Universidad de Sevilla
Biblioteca

Tacito
Augusti
annalium
Libri

1581

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. CORNELII TACITI
EQVITIS ROMANI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM LIBRI QVATVOR PRIORES,

ET IN HOS OBSERVATIONES CAROLI PASCHALII CVNEATIS.

His obſeruationibus obſcura illuſtrantur, preſſa & concinna τῆς φράσεως explicantur; ſcitu digna, atque adeò ea, quæ in ima præcordia demitti ab iis, qui publica munia capeſſunt, debent, in breues præceptiones redacta ſunt.

PARISIIS,
Apud Robertum Colombellum via ad D. Ioannem Lateranenſem in Aldina Bibliotheca.
M. D. LXXXI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPITOME PRIMI LIBRI
ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

CVM tam Iulianarum quàm Pompeianarum partium duces aut bello, aut proscriptione extincti essent, atque ex nobilibus ij tantùm tot cladibus essent superstites, qui, dummodo honoribus & opibus extollerentur, facilè eum, à quo hæc acciperent, rerum potiri passuri erant; populus autem Romanus, prouinciæque neque in legibus, quibus nullus erat locus, neque in magistratibus, quibus Resp. quæstui erat, quidquam esse præsidij animaduerterent, nullum tot malis præsentius remedium inueniri potuit, quàm vt tam perturbata, ac distracta respub. ab vno regeretur. Ideo minimè mirandum est, si tali rerum statu Augustus, vt primùm victoriis, ita mox benignitate, & comitate, suisque artibus cuncta ad se trahens, patefecit sibi aditum ad principatum, quem, post oppressum Pompeium, extinctosque Triumuiros, tenuit sub nomine Tribunitiæ potestatis per septem & triginta annos continuatæ. Huic successit Tyberius Nero priuignus ab ipso non solùm in adoptionem, verùm etiam in collegium & consortium summæ potestatis assumptus. Hinc planior ei via ad principatum, quem, Augusto extincto, matris potissimùm artibus adeptus, continuò Posthumum Agrippam, æmuli impatiens, simulato Augusti mandato, è medio sustulit. Cumque, libertate semel amissa, omnis generis homines certatim in seruitium ruerent, Sex. Pompeius, & Sex. Apuleius coss. primi in verba Tiberii iurauerunt. mox in Consulum ii omnes, qui remp. administrabant. Cæterùm quamuis Tiberius Augusti vestigiis insistens Tribunitio iure contentus esset, tamen haud nescius quantùm in eo momenti esset, vt legiones, quarum in manu sita erat res Romana, protinus, quisnam principatum adeptus esset, scirent; simulque id veritus, ne Germanicus, cuius in manu erant octo legiones, præter immensa sociorum auxilia, habere imperium, quàm expectare mallet, literas, tanquam adepto principatu, ad exercitus misit. Augusto quidem cùm ipsius testamentum per Virgines Vestæ in Senatum illatum esset, iusta ex dignitate sunt facta, addito templo, & cælestibus religionibus. At Tiberius vt vocatus, electusque potiùs à Rep. quàm per vxorium ambitum, & senili adoptione ad principatum irrepsisse crederetur, mira arte versat animos patrum, id per speciem recusans quod reuera omnium flagrātissimè cupiebat; donec eò flexit, non equidem vt fateretur suscipi à se imperium, sed vt negare, & rogari desineret. Eodem tempore duplex se-

A. V. C. DCCXXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditio in exercitibus Romanis, vna inter Pannonicas, altera inter Germanicas legiones coorta est. Illa Drusi, hæc longè violentior, & periculosior Germanici sapientia compressa est. Post quæ Germanicus ingenti clade Germanos affecit, vtus in eo bello singulari opera A. Cæcinnæ legati. Hoc anno Iulia Augusti filia olim ob adulterium à patre relegata moritur: eiusq; adulter Sempronius Gracchus, eãdem ob causam relegatus, iussu Tiberij, interficitur. Augustales & sacerdotes, & ludi tum primùm instituti sunt, & editi. Sequenti anno, Coss. Druso Cæsare, & C. Norbano, triumphus Germanico decretus. Is Chattos improuisò adortus magnam eorum stragem edidit. Segestem, ob egregiam erga Romanos fidem, à popularibus obsessum liberat, inque suam potestatem redigit vxorem Arminij filiam Segestis: cui oranti Germanicus, data incolumitate, veterem sedem in prouincia pollicetur. Interim Arminius concitis ad arma Chetusci, aliisque gẽtibus, & Inguiomero patruo, contra Romanos magnum bellum parat. aduersus quem cùm Germanicus exercitum ductãs eò peruenisset, vbi Varus ab eo cum tribus legionibus cæsus fuerat, & imperatori, & militibus, quorũ adhuc reliquiæ iacebãt insepultæ, suprema soluit. Inde cum Arminio æquis manibus pugnat. At A. Cæcinna, cui Germanicus quadraginta cohortes distrahendo hosti dederat, hostium vi, iniquitate locorum, rerumque omnium inopia diu conflictatus, tandem magna ex Germanis parta victoria, incolumis euasit. Neque verò prætereunda est animi magnitudo Agrippinæ, quæ, in magna trepidatione, cùm pontem Rheno impositum solui prohibuisset, & benignè militibus multa fecisset, rem Romanam sustentauit. Cærerùm secunda, & quartadecima legiones, quas Germanicus P. Vitellio, itinere terrestri ducendas tradiderat, sæuitia Aquilonis, & fluctuum vi miserè conflictatæ, tãdem in editiora subductæ, periculoque exemptæ sunt. Segimerus frater Segestis, ipsiusque filius in deditionem accipiuntur. Eo anno triumphalia insignia decernuntur A. Cæcinnæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Germanico gestas. Tiberius repudiat nomen patris patriæ, neque in acta sua iurari permittit. legem tamen maiestatis reducit. Falanium & Rubrium Equites Ro. leuibus de causis maiestatis accusatos pœnæ eximit. Marcellus item maiestatis postulatus opera Cn. Pisonis absoluitur. Tibris plana vrbis stagnauit. Achaiæ, & Macedoniæ onera deprecantibus Tiberius subuenit. Actum apud patres de histrionum licentia, ex qua turbæ natæ erant, coercenda: sed valuit verbum Augusti, qui immunes verberum histriones quondam responderat. Templum struitur Augusto in prouincia Tarraconensi; datumque in omnes prouincias exemplum.

A. V. C.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM LIBER PRIMVS.

ET IN HVNC OBSERVATIONES
Caroli Paschalij Cuneatis.

VRBEM Romam à principio reges habuere. [a] Libertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus sumebantur: neque Decemuiralis potestas vltra biennium, neque tribunorum militum consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. Et Pompeij, Crassique potentia citò in Cæsarem: Lepidi, atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, nomine principis, sub imperium accepit. Sed veteris pop. Rom. prospera vel aduersa claris scriptoribus memorata sunt: temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec gliscente adulatione deterrerentur. Tyberij, Caiique & Claudij, ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falsæ, postquam occiderant recentibus odiis compositæ sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto, & extrema tradere: mox Tyberii principatum, & cætera [b] sine ira, & studio, quorum causas procul habeo. Postquam Bruto, & Cassio cæsis, nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar dux reliquus, posito Triumuiri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam [c] ple-

OBSERVATIONES.

a *Libertatis nomine continentur omnes Reip. formæ, extra vnam monarchiam.*

b *Satis constat, esse quosdã historiæ scriptores, quos verius μωσοχάρεις appelles, qui vel infensi, vel obnoxij multa offenſæ, multa gratiæ dant, id est, metu, odio, studio, libidine assentandi præpediti, mira audacia, posteritati imponunt. Id quod, difficile memoratu est, quantopere historiæ auctoritatem eleuet. Proin quisquis ad scribendam accedit historiam, sciat is, primam eius legem esse, vt incorruptæ fidei opera detur, ne, quod scripti genus veritate potissimùm niti debet, sua vanitate protinus corruat. Itaque imperabit sibi, vero neque addere quicquam, neque demere, hoc est, non iisdem animi motibus in quæ tendit, scribere, quibus gesta sunt, sed ita, scilicet, eminere, vt nulla animi perturbatione afficiatur.*

c *Quæ pars in rep. est validissima, huius se caput, ac propugnatorem profiteri debet is, qui ad summum fastigium euehi vult. Id autem haud dubie assequetur, si ea munia capesset, quibus illorum, quos tuendos suscepit, securitatem summæ sibi curæ esse, maximè declarare poterit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bem [a] tribunitio [b] iure contentum: vbi militem donis, populum [c] annona, cunctos dulcedine [d] otij pellexit, [e] insurgere paulatim, [f] munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante: cùm ferocissimi per acies, aut proscriptione cecidissent: cæteri nobilium, quanto quis seruitio promptior, [g] opibus & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti, [h] tuta [i] & præsentia, quàm vetera, & periculosa mallent. Neque Prouinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus, populique imperio, ob [k] certamina potentium, & auaritiam magistratuum, inualido legum auxilio; quæ [l] vi, ambitu, postremò pecunia

OBSERVATIONES.

a *Quid absurdius, magisue præposterum dici potest, quàm potentiæ insigniis ornari prius, quàm potentiam adeptus sis? Ideo cautissimè & Augustus, & Tiberius, ille Romanæ monarchiæ autor, hic firmator, vt cætera, quæ rei, quam moliebantur, postulabat, præstiterunt, tum verò id imprimis cauerunt, ne prius superbos titulos assumerent, quàm ipsa re ita principatum adepti essent, vt sibi amplius eripi non posset. Ideo hanc cautionem adhibebit is, qui id agit, vt statum liberæ reip. mutet, ipseque in ea regnum possideat, vt, nondum planè confirmato, & corroborato principatu, ijs appellationibus sit contentus, quæ populares, & iamdiu receptæ sunt.*

b *Quemadmodum superbia regum multitudinem perpulit, vt his imperium abrogaret, vnde originem traxit libertas pop. Romani, ita fessa rep. bellis ciuilibus, id est, cùm ob ingentia potentiorum certamina, ac diuersa populi studia, res in eum statum adducta est, vt pristinæ reip. vix vlla vestigia appareant, nempe, quia luctuosum ciuile bellum plerunque excipit tanta rerum omnium perturbatio, vt magistratus remp. quæstui habeant: atque in legibus nihil cuiquam sit præsidij, iudiciorum autoritas, senatus maiestas extincta sit, non est mirandum, si non modò perturbato, sed & planè euerso statu, necessaria est potentia vnius ad connectendas reip. partes malis ciuilibus planè distractas, ac dissipatas, atque adeo ad ipsam remp. quæ planè concidit, erigendam. Tali rerum statu, qui ex potentioribus vnus præteritis cladibus est superstes, eiusque nomen victoriis iam est celebre, is haud dubiè patefaciet sibi aditum ad principatum, si liberalitate militem, validosque exercitus sibi deuinciet; populi studia abundè suppeditanda annona, sibi conciliabit; nam vt quarto hist. Tacit. ait, vulgo vna ex rep. annonæ cura: nouos homines, & honorũ cupidos honoribus, ad rem attentos opibus, & diuitiis extollet; ac postremò vniuersæ reip. diuturnis conflictatæ bellis pacem, & securitatem toties optatam magis, quàm speratam præstabit. Qui hanc rationem sequetur, is, concedentibus cunctis, princeps erit. quippe, ita comparatum est, vt multitudo diu sine rectore esse non possit, præstatque ab vno, quàm a nemine regi.*

c *Princeps is est, penes quem vnum sunt munia senatus, magistratuum, legum. atque adeò rempub. occupare, est hæc singula ad se trahere. nam in omni reip. administratione hæc sunt necessaria, senatus, quod est publicum consilium: ex hoc creantur magistratus, quorum munus est, legum autoritatem sartam tectam conseruare.*

d *Cautus princeps singulis, pro cuiusque ingenio, satisfaciat. quem scilicet, opibus inhiare videt, hunc donis, ac muneribus sibi conciliet: honorum cupidos, atque ambitiosos homines honoribus, ac speciosis titulis honestet.*

e *Is mihi sapere videtur, qui tuta, & præsentia, dummodo honesta sint, veteribus, & periculosis anteponit.*

f *Quæ in rep. hæc tria simul conspiciuntur, certamina potentium, auaritia magistratuum, inualidum legum auxilium, hæc haud longè abest ab interitu.*

g *Tunc legibus in rep. locus dicitur esse nullus, cùm quod nonnisi obsequio, virtute, iustis precibus, iure obtineri debet, id vi, ambitu, pecunia extorquetur.*

turba-

SERENISSIMO CAROLO EMANVELI DEI GRATIA DVCI ALLOBROGVM, ITALIÆ SVBALPINÆ PRINCIPI, &c.

CAROLVS PASCHALIVS CVNEAS S. P. D.

QVi multa experientia, magnisq; laboribus exercitus est, CAROLE SERENISSIME PRINCEPS, cæteris mortalibus loco pręscij, & pręcipui numinis est. nempe, optimi reip. status autor, legũ sanctor, solidę quietis firmator, deniq; generis humani rector hactenus est, vt ad eum vnum omnia deferri, quibus publica salus continetur, & possint, & debeant. Cæterùm qui ad hunc sapientiæ gradũ nititur per cõpendia præceptorum persæpe assequitur eum, qui longum experimentorũ iter pergit. His vnis ferè præceptis quia diuina Cornelij Taciti scripta contexta sunt, cæteros historiæ scriptores Græcos pariter, ac Romanos infra huius magnitudinẽ iacere existimo. Quippe, vnus omniũ veterum in rerum obscurissimarum veritatem penetrauit; in intimum callidissimorum hominum pectus inspexit; vera æstimatione quanti quidque sit; perpẽdit; mixta cum principatu morientis vestigia libertatis, cum falsis vera, cum ludibriis seria, cum adumbratis solida; consociatum cum fide obsequium seruile, cum virtutibus fallaces species virtutibus similes; denique cum rebus rerum imitamenta introspexit, discreuit, & signa, quibus singula dignoscantur, impressit. Cæterùm, nullam hîc prodigam verborum copiam, nullas pusillas, suspitiosas, superuacuas sententias; nihil falsum, otiosum, compositum in ostentationem in se habet concinnitas hæc valida sensibus, in qua nec verba, nec periodos numeres, sed singula æstimes, & expendas; nec sonitum inanis, fractæ, & eneruatæ orationis exaudias, sed robur adstrictæ, & collectæ sentias, ac maiestatem validissimæ; ac sapientissimæ eloquentiæ, quæ tota ex grauissimis, verissimisque sensibus exundat, admirere. Iam verò nec virtutes, nec vitia silentur; neutrum in maius effertur; sed ea moderatione merito laus tribuitur, qua peccatum non asperatur. Nec est quod vereare, quicquam hic supra imitationem esse positum, aut in miracula corruptũ. omnia sunt obuia, ante pedes, in communi vsu posita; nimirum, priscis verbis hodierna facta ostenduntur. Denique is Tacitus est, qui nonnisi ei placere potis est, quẽ erudit; nec quenquam erudit, nisi qui ex propriis, non alienis experimẽtis tantum prudentiæ collegit, vt, hoc duce, honesta ab deterioribus, vtilia ab noxiis discernere possit. vsque eò omnia instrumenta, quibus ad omnes vitę status subsidia parantur, ex hoc sacrario promi possunt;

Universidad de Deusto
Biblioteca

pempe illa, quorum ope futura præuideri, imminentia vitari, ſecunda temperari, dubia prudenter tractari poſſunt. Alios neſcio. me quidem exquiſitiſſimum hoc ſolidę doctrinæ genus ita cœpit, vt, non mihi ipſe prius ſatisfecerim, quàm ex quatuor prioribus Annalium libris, omnium accuratiſsimè ſcriptis, quibus, ſcilicet, continentur præcipua rerum agitata ſub cautiſsima Tiberii ſenectute, veriſsima axiomata collegi. nimirū anniſus ſum, vt in ima huius ſcriptoris ſenſa deſcenderem, eaque perſpicerem, & quæ perſpexiſſe videor veluti in locos communes coniicerem, & in rationes præceptionis redigerem; atque has, quomodo in omni vita explicari debeant, tanquam digito demonſtrarem. Quam ad rem equidē non adhibui orationem comptam, & ſollicitam, & quam vnam plus æquo multi admirantur, verborum iactantiam, qui ſatis intelligam, hæc me animis, non auribus ſcribere: neque ſuperuacua, & odioſa multæ lectionis oſtentatione (quod hodie vſitatiſsimum eſt) veriſsimos Taciti ſenſus prætexere volui; vna autoris dignitate, & magnitudine contentus. Denique id ſedulò egi, ne falſis lectori imponerem, eumue inanibus morarer. Porrò etſi mihi hæc ſepoſueram, tamen non licuit obfirmare me. quippe iis mos gerendus fuit, qui me vt ea emitterem, impensè rogarūt. Itaque dantur in hominum conſpectum; ſed ea lege dantur, vt in tuo nomine appareant, CAROLE SERENISSIME PRINCEPS, vt omnes gentes, & ipſe te, hoc eſt, eminentes virtutes, ſine quibus haud quiſquam Dei vice in terris fungi poteſt, quarum potiſſimas Tacitus exequitur, quibus es inſtructiſſimus, veluti in ſpeculum inſpiceres. Etſi quantùm illæ poſsint, à prudentiſsimo quoque iam diu præſumptum, ex publica fęlicitate, quæ nunc eſt, homines perſpiciunt. Quippe ſimulatque dies ille tuus natalis illuxit, pax ante, quā tu eſſes, cœpta veriùs, quā firmata hominibus pariter illuxit. nimirum, quod cœleſte bonum irati Dii noſtrę genti ante multos annos eripuerant, illud ipſum propitij, te ſponſore, tua, inquam, fide, optātibus magis, quàm ſperantibus elargiti ſunt. Vſqueadeò eſſe nō potuiſti, quin eadē præſtares, vt ingenti hominū multitudini bene eſſet, & quod magni reges præclaris victoriis conſequi non potuerūt, ſtatim vt editus eſſes, id primū tui muneris mortales haberēt. Cui eximiæ fælicitati ne quicquā deeſſet, protinus æmula virtus comes ire cœpit. harū vtraq; certatim tantū bonorū in te cumulauit, vt educationē probitas, ætatem prudentia, multiplicata hominum vota tua ſumma fortuna anteuerterit. Enimuero te patri filium pientiſsimum, adiutorem ſapientiſſimum, ſucceſſorem digniſsimum externę gentes admirantur, æmuli fatentur, tui experiuntur: qui animum induxeris, ſummum imperium eſſe, Deum vereri; Iuſtitiam colere; abſtinentem eſſe; animum ſupra fortunam gerere; bonum tuum à publico non diſtinguere; te reip. non tibi remp. dicare; imperium non vi, ſed beneficio cuſtodire; nec prouincias tributis pre-

premere; ſed iis oportere eſſe contentū, quibus pacē fęliciſſimè tueris; nihil venale pati, quod reip. exitium, tibi inuidiam, contrahentibus infamiā cōciliare poſſit; ſed per omnia præſtare, vt quod ſorte naſcendi tibi obtigit, ingentibus meritis datum, & quę res tota voti erat, à iudicio eligentiū principem profecta videatur. Hæc, SERENISSIME PRINCEPS, quia, vt maxima ſunt, ita perpetua fore nos iſta virtus ſperare iubet, nō mirū eſt, ſi gratos tot bonorum æſtimatores nactus es. neq; enim iis populis, quibus regendis à Deo impoſitus es, temerè hic eſt cōſenſus, propria ſingulorū ſalute tuā, ſi res poſtulet, redimendi, & ſuorum obiectu corporū eius magnitudinē protegendi, cuius fida tutela vniuerſorum ſecuritatem cōtineri intelligunt. adeò tua bonitas non adūbrata cuiuſquā lętitia, ſed veriſſimis laudibus celebratur: adeò te moderatio, & ſapientia vix prima ſpatia florentiſſimi iſtius principatus ingreſſum ea fælicitate cumularunt, quam omnes optant, pauci merentur, vni virtute præſtantes adipiſcuntur. Ipſe quidem in publica lætitia facere non potui, quin obſeruantiam in te meam aliquo argumento teſtatam facerem. nec alio conſilio meis hiſce in Tacitum obſeruationibus nomen tuum inſcripſi. Quo genere monimētorum ſi delectabere; & exiguum hoc munus, ab optimo tamen animo profectum, ſolita comitate exceperis, me tu quidem non exiguo beneficio deuinxeris, atque ad maiora nitenti & animum, & robur addideris. Pariſiis Prid. Id. Maij. M. D. LXXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IDEM LECTORI.

NOn fuit consilium ea persequi quæ ad Grammaticam rationem pertinent, etsi hoc vnum nec præterea quicquam admirantur quidam, qui hodie literarum, & literatorum arbitros agunt: quibus vetera adeò non placent, vt totos dies conspiciantur vltro & citro cursantes, ac rogitantes, ecquid noui in lucem prodierit. Quippe, qui Græcum, aut Latinum scriptorem vix vllum perlegerunt, recentes, quæ est hominum audacia, censorio supercilio probant, improbant, extollunt, deprimunt. Ex illo grege vnum nominarem, si esset, vt modestia temeritatem insectari posset. Hic, quòd illa quæ ad rerum inuestigationem magis, quam quæ ad verborum interpretationem pertinent, sectatus sim, vix vna, aut altera meorum obseruationum linea perlecta, quicquid operæ hic à me positum est, vituperauit. Cui ego, & siqui alij ita sentiunt, etsi respondere possum, non hæc me ideo scripsisse, vt ipsis placerem, sed vt, quid mihi placeret, ostenderem; tamen illud addam; me, ac præter me quidem eos omnes, quibus pectus sapit, non parum dolere, quòd ad cetera nostri sæculi mala & hoc accessit, quòd pro superuacuis mirè sudamus, nec vitæ, sed scholæ discimus; & quod merum instrumentum est, in hoc, tanquam in opere perfecto aquiescimus. Hæc sunt inania verborum, in quibus qui sollicitè versantur, hi, quæ aliorum est facilitas, ne dicam, imperitia, de literis optimè meriti existimãtur. Pudet in hoc genere exequi nostrorum Grammaticorum triumphos, qui sibi pulchri videntur, si è vetusto codice, aut è fragmine lapidis didicerint, siue pro seu, Quintum pro Sexto esse reponendum; & huiusmodi gerras germanas, & λήρους λήρων non modò vsque ad satietatem, sed vsque ad fastidium oggãniunt. Quæ tamen ineptiæ, & literarum dedecora ferri aliquo pacto possent, si non sæpiùs antiquam, veramque lectionem peruerterent, ac liquidis sensibus tenebras obducerent. Horum mihi ratio, ac totum literaturæ genus vt nunquam probari potuit, ita vs assentior, qui non alio consilio Græcè, & Latinè discunt, quàm vt, quæ ex veterum monimentis vtilia excerpi, & colligi possunt, ad suum vsum seponant. Neque tamen sum nescius, è scriptoribus priscis alios dictionis potius, quàm rerum gratia legendos esse; apud alios sibi aduersus fortuita quærendum esse præsidium: ac sine illorum ope hos adiri non posse, hos, inquam, grauissimos, & sapientissimos vitæ moderatores, Senecam, & hunc nostrum. sed optima rerum studiosè in his inuestigantem, etiam verborum difficultatibus passim attineri, & eorum rudem esse, quæ prius didicisse oportuit, hoc verò totum puerile, ineptum, præposterum esse aio. Cæterùm nego ei, qui bonos Latinitatis autores peruolutarit, Taciti verba, & genus dictionis videri fractum, arduum, præruptum, atque adeò haud satis candidum, vt quosdam falsò existimare video; præter admodum pauca, quæ & verum, quas scripsit, & aulæ, & sæculi propria fuere: nempe, genus dicendi, vt ait Seneca, imitatur publicos mores. Quæ tamen huiusmodi sunt, vt, quem illa semel aduertere, huic non modò propria, sed singularia, significantia, neruosa, eadémque plana, & æquabilia, vt sunt, ita videantur. Quicquid hic inest difficultatis, quod haud parum est, id abditis, ac reconditis sensibus continetur. hos introspicere, atque, vt ita dicam, perrumpere, laudabilis operæ pretium est. Hic me sudasse fatebor. an hoc arduum euaserim, integris sapientum animis diiudicandum relinquo. Nonnulla forte leuia grauissimis inserta videbuntur; sed qui eo consilio hoc opus aggressus sim, vt singula, prout series contextus postulat, persequerer, malui libero cuiusque iudicio quid studiosè amplectendum, quid item in leui habendum putet, committere, quàm quicquam negligere quòd meritò desiderari posset. Quanquam & illa ipsa quæ primo aspectu leuia fortasse videri possunt, illis, quibus iamdiu sunt cognita, hoc ipso gratiora fore puto, quòd Taciti autoritate firmantur. Neque verò improbo conatus illorum, qui dictionum, & historiæ ambigua distinguunt, implicita soluunt, obscura illustrant, abdita recludunt. Quin, vt hos laudo, ita singulos hortor, vt quantum quisque diligentia, & doctrina valet, in commune consulat. Me quidem nec difficilia sæpe interpretari, & meas coniecturas, sicubi contextus est mutilus, aut depranatus, proferre, atque alia huiusmodi, quæ ad verborum interpretationem pertinent, ex ipso potissimùm Tacito excerpta cursim persequi, & in arctiorem libri marginem coartare non piguit, vt & hac in parte studiosis Taciti satisfacerem. Hæc, lector, scire te volui, vt instituti mei rationem cognosceres; simulque apud te ijs responderem, qui quòd sciunt nihil, omnia se scire putant; nec vllo merito suo, sed aliena contumelia splendent. Vale.

turbabantur. Cæterùm Augustus[a] subsidia dominationi Claudium Marcellum sororis filium admodum adulescentem Pontificatu & curuli ædilitate, M.[1] Agrippam[b] ignobilem loco, bonũ militia, & victoriæ socium, geminatis consulatibus extulit: mox, defuncto Marcello, generum sumpsit: Tyberium Neronem, & Claudium Drusum priuignos imperatoriis nominibus auxit, integra etiamdum domo sua. nam genitos Agrippa, Caium ac Lucium in familiam Cęsarum induxerat: necdum posita puerili prætexta principes iuuentutis appellari, destinare consules,[c] specie recusantis, flagrantissimè cupiuerat. Vt Agrippa vita concessit, L. Cæsarem euntem ad Hispanienses exercitus; Caium remeantem Armenia, & vulnere inualidum mors fato propera, vel nouercæ Liuiæ dolus abstulit. Drusoque pridem extincto, Nero solus è priuignis erat. illuc cuncta vergere: filius,[d] collega imperij, consors tribunitiæ potestatis adsumitur, omnisque per exercitus[e] ostentatur, non obscuris, vt antea, matris artibus, sed palam hortatu. Nam[f] senem Augustum[g] deuinxerat adeò, vti nepotem vnicum Agrippam Posthumum in insulam Planasiam proiiceret, rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolidè

1 Patre Agrippa ne posit Agrippa quidem fuit nobilis, vt ait Seneca de benef. li. 1. Cap. 10.

OBSERVATIONES.

a *Quem propria & virtus, & fortuna, euersa vetere repub. ad principale fastigium extulit, hic nonnisi illis dignitates, imperia, & maximarum rerum administrationem mandare debet, quorum ergæ se fidem, rebus suis dubijs, perspexit; vt illis porrò, tanquam firmis nouæ dominationis subsidijs niti possit.*

b *Quem penes est virtus, huic ad ea, quæ meritus est, nitenti generis ignobilitatem obesse planè iniquum est.*

c *Non semper honorum recusatio fidem facit animi moderati, sed interdum arrogantis, & superbi; cum quis de eo vogari vult, quod flagrantissimè cupit.*

d *Nunquam nouus princeps committere debet, (vt infra suo loco obseruabo) vt ius successoris sui in incerto sit. id autem ne accidat, quem sibi proximum successorem destinat, hunc collegam imperij, summæque, quam obtinet, potestatis consortem adsumat, atque eum, se viuo, in partem curarum, vt alibi Tacit. ait, vocet.*

e *Qui collega imperij assumitur, iis ostentari, atque adeò illorum fidei credi debet, quorum studijs, vi, opibus, & gratia adeptum principatum retinere potest. veluti, si in manu legionum resp. est, militaria studia vsque eò quæri debent, vt futurus princeps palam faciat, ita se animatum esse, vt imperium, tanquam munus fidelissimi exercitus habiturus sit. Quòd si senatus pollet, aut ipsa plebs, horum fauor, iis artibus, quas tempus, & res suggerit, conciliandus est illi, qui proximus destinatur. Hoc autem totum ad id referri potest, quod hodie principes faciunt; nempe, successorem per singulas imperij prouincias circumducunt; omnesque ordines sacramento in illius verba adigunt.*

f *Persæpe non plus credendum est seni, quàm puero. quippe neuter, propter ætatis imbecillitatem, satis firmus est aduersus aut minas, aut illecebras, quibus facile circumuenitur.*

g *Neque nouum, neque mirandum est, vxores pro imperio, quod, scilicet, habent in viros, & innata calliditate sua, illorum ingenia, prout collibitum est, versare, eorúmque inepta facilitate ad sua libidines sæpiùs abuti. Quid multa? Liuiæ vxori morem potiùs vt gereret, ac prolem suam, suum, inquam, sanguinem auersaretur, alienum foueret, augeret, ornaret, Augustus ipse tantus vir in animum inducere potuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferocem, nullius tamen flagitii compertum. At hercule Germanicum Druſo ortum octo apud Rhenum legionibus impoſuit, adſcirique per adoptionem à Tyberio iuſſit; [a] quanquam eſſet in domo Tyberii filius iuuenis, ſed quò [b] pluribus munimentis inſiſteret. Bellum ea tempeſtate nullum, niſi aduerſus Germanos ſupererat, [c] abolendæ magis infamiæ, ob amiſſum cum Quintilio Varo exercitum, quàm cupidine proferendi imperii, aut dignum ob præmium. Domi res tranquillæ, [d] eadem magiſtratuum vocabula. Iuniores poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes plerique inter bella ciuium nati, quotusquiſque reliquus, qui remp. vidiſſet? Igitur verſo ciuitatis ſtatu, nihil vſquam priſci, & [e] integri moris: omnis, exuta [f] æqualitate, [g] iuſſa principis aſpectare, nulla in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus, [h] ſeque, & [i] domum, & pacem ſuſtentauit. Poſtquam prouecta iam ſenectus ægro & corpore fatigabatur, aderatque finis, & ſpes nouæ, pauci [1] bona libertatis [2] incaſſum diſ-

1 Affirmat Veſpaſianum lib. 4. hiſtor. Sibi parem, dominumque curæ fore. 2 Sic lib. 4. hiſtor. Vim Romanam, pacifque bona differrans.

OBSERVATIONES.

a *Et quibus eſt virile ſexus, adoptant.*

b *Non legiones, non claſſes, vt alio loco Tacit. ait, perinde ſunt firma imperij munimenta, quàm numerus liberorum. ea re, danda omnino eſt opera ei, qui perpetuitati imperij ſui optimè proſpectum eſſe cupit, vt plures liberos habeat, quò pluribus munimentis inſiſtat. Satis conſtat plures ſucceſſores maiori mole cuerti, quàm vnum. Ideo ſi plures numerantur, nemo, opinor, dubitat, quin praua multorum ſpes cohibeantur. Sic Tacit. lib. xij. Annal. de Pallante loquens: Stimulabat, inquit, Claudium conſuleret veip. Britannici pueritiam robore circumdaret. ſic apud Diuum Auguſtum, quanquam nepotibus ſubnixum, viguiſſe priuignos. à Tiberio, ſuper propriam ſtirpem Germanicum aſſumptum. ſe quoque accingeret iuueni [Neroni] partem curarum capeſſituro.*

c *Non ſemper bella ſuſcipiuntur proferendi imperij gratia, aut dignum ob præmium, i. quod operæ pretium ſit ea ſuſcipi, ſed ſtudio abolendæ infamiæ, quæ cauſa iuſtiſſima eſt & grauiſſima. Infamia autem cenſenda eſt, ſi cladem accipias ab eo, qui nec fama, nec opibus, neque copiis tecum comparari poteſt.*

d *In nouo principatu præſtat manere vetera magiſtratuum vocabula, quàm ſi mutentur. ſiquidem nouus princeps id agere debet, vt veteris liberæ reip. ſtatus immutetur, ſpecies autem ipſa reip. maneat. ne quid in ea immutatum eſſe meritò quiſquam queri poſſit.*

e *Multa in penatibus principum auarè, ambitioſè, crudeliter, libidinoſè fiunt. & illinc ad cæteros manant. non igitur mirum eſt, integros, & antiquos mores in libera potiùs repub. retineri, quàm ſub principe.*

f *Reſpublica is propriè vniuerſorum ſtatus dicitur, in quo ſeruatur æqualitas, hoc eſt, vbi æquo iure viuitur. hanc Ariſt. 1. Politic. appellat ἰσονομίαν καὶ ἐλευθερίαν.*

g *Principatus, ſiue monarchia, is propriè ſtatus dicitur, in quo, omni exuta æqualitate, ſinguli iuſſa vnius principis aſpectant.*

h *Nihil omnino princeps agere debet, quod non ad hæc tria referatur: nempe, vt ſe, domum, & pacem ſuſtentet. ſe quidem; hoc eſt, ea omnia, quæ à ſua perſona ſeparari nequeunt; cuiuſmodi eſt honos, laus fama, immortalitas; ne his adjiciam externa & fortuita. Domum, quam potentia, & opibus ita firmare (quantum humano conſilio effici poteſt) debet, vt illa perpetuò regnatrix ſit. Pacem, quia ſi is, qui recens remp. quondam liberam occupauit, pacem (quo bono nullum magis homines poſt ingentia bella admirantur) populo præſtare pergit, is tanti eam, quanti vult & æſtimat, & vendit, nempe, regno, & dominatu.*

i *Libertate ſemel amiſſa, fruſtra de illius bonis diſſeritur.*

ſerere, [a] plures bellum paueſcere, alii cupere: pars multò maxima imminenteis dominos variis rumoribus differebant: trucè Agrippam, & ignominia accenſum, non ætate, neque rerum experientia tantæ moli parem. Tyberium Neronem [b] maturum [1] annis, ſpectatum bello: ſed vetere, atque inſita Claudiæ familiæ [c] ſuperbia: multaque indicia ſæuitiæ, quanquam [2] premantur, erumpere. Hunc & prima ab infantia eductũ in domo regnatrice, congeſtos iuueni conſulatus, triumphos; ne iis quidem annis, quibus Rhodi, ſpecie ſeceſſus, exulem egerit, aliquid, quàm iram, & ſimulationem, & ſecretas libidines meditatum. accedere matrem muliebri impotentia; [d] ſeruiendum fœminæ, duobuſque inſuper adoleſcentibus, qui rempublicã [3] interim [* *] premant, [4] quandoque diſtrahant. Hæc atque talia agitantibus, graueſcere valitudo Auguſti. & quidam ſcelus vxoris ſuſpectabant. Quippe rumor inceſſerat, paucos ante menſes Auguſtum, electis conſciis, & comite vno Fabio Maximo, Planaſiã vectum, ad viſendum Agrippam. multas illinc vtrinque lachrymas, & ſigna charitatis; ſperaſſe ex eo fore, vt iuuenis [e] penatibus aui redderetur. Quod Maximum vxori Martiæ aperuiſſe, illam Liuiæ, C. Nauum id Cæſari. Neque multò poſt, extincto Maximo (dubium an quæſita

1. virum ætate compoſitu, vt loquitur lib. 12. Annal.
2. occultentur.

3. Dum pater Tiberius viuit. 4. f. Aliatores patri ſint in rep. penitus extinguenda. hoc enim ſignificat premere, vt lib. 3. vt premeret vulgi ſermones 3. cum Tiberius vita ſceſſiſſet. Nec dena natus nec mutilus locus eſt. e. Sic infra, An prætorias cohortes, quæ binos denarios accepiant, quæ poſt ſexdecim annos penatibus ſuis reddantur, &c. & alibi illos ſolitæ sum, & reip. redderet.

OBSERVATIONES.

a *Hæc ſingula, cùm princeps moritur, principatum vetuſtate, & longa annorum ſerie nondum confirmatum, & corroboratum labefacere, & euertere poſſunt; deſiderium libertatis; metus nouorum dominorum; ſtudium rerum nouarum, & cupido belli. Quibus ſingulis nouus princeps ita obuiam ire debet, vt, abundantia annonæ, dulcedine otij, iuſtitia, temperantia, benignitate, fœderibus, & cultu optimarum amicitiarum, ac proinde ſumma publici ſtatus fælicitate obliteretur deſiderium, & memoria libertatis: ac præſentem rerum ſtatum homines admirentur, ament, perpetuum ſibi, & poſteris optent; pro eius incolumitate, cuius opera tot bonis fruuntur, publicè & priuatim vota ſuſcipiant. Mox ſucceſſores ita inſtituere, vt iiſdem veſtigiis virtutis inſiſtant; & cùm multitudo cum bonis recordationibus famam nominis ſui proſequetur, eandem optimam mentem, in illis eſſe verè lætetur; ad. ò vt, præter principis perſonam nihil mutatum intelligat. ac proinde optima illius inſtituta, bono publico, etiamnum manere ſentiat. Poſtremò ne quis, ex potentioribus poſtquam ipſe conceſſerit, aut nimia fortuna ſuperbus, aut nimia potentia abutens, aut (quod deterius, & periculoſius eſt) odio, ac deſperatione ſpem quærens res nouas coepet, ſinguli ipſe, dum viuit, aut ſatisfacere debet iis rationibus, quas ſupra memorauí, ac deinceps ſuis locis obſeruabo; aut qui occultè infenſi nullo beneficio molliri poſſunt, dum rerum potitur, eo redigere; vt ſe commouere, quantumuis contumaces, nequeant. Ita firmata pace, & exempto ſtudio rerum nouarum; & cupidine & facultate belli gerendi, optimè principatum ſtabiliſſe dicetur.*

b *Hæc à principe meritò exiguntur; vt ſit maturus annis; ac proinde eam habeat rerum experientiam, quæ principatus moli, cui inſidet, par ſit. poſtremò ne careat bellicis laudibus.*

c *Hæc ſolent eſſe principum teterrima vitia; ſuperbia, ſæuitia, ira, libidines, ſimulatio, diſſimulatio; quam Tiberius tanti faciebat, vt ex virtutibus ſuis nullam æquè, vt lib. 4. Tacitus ait, diligeret.*

d *O miſeram illorum conditionem, qui ſeruitutem ſeruiunt fœminæ, & adoleſcentibus!*

e *Duabus rationibus principes remp. vexant: nam eam aut premunt, aut diſtrahunt. premitur reſp. conſpiratione principum ad vendicandam multitudinem; diſtrahitur, ipſorum diſcordia, ſic lib. 4. Annal. Inſtabat quippe Seianus, incuſabatque diductam ciuitatem, vt ciuili bello, eſſe qui ſe partium Agrippinæ vocent, ac ni reſiſtatur fore pluris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

morte) auditos in funere eius [a] Martiæ gemitus semet incusantis, quòd causa exitij marito fuisset. Vtcunque se ea res habuit, vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur. Neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud vrbem Nolam, an exanimem reperierit. [b] acribus namque custodiis domum, & vias sepserat Liuia; lætique interdum nuntij vulgabantur; donec prouisis quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit. [c] Primum facinus noui principatus fuit Posthumi Agrippæ cædes: quem ignarum, inermumque, quamuis firmatus animo, centurio ægrè confecit. Nihil de ea re Tyberius apud senatum disseruit. Patris iussa simulabat, quibus præscripsisset tribuno custodiæ adposito, ne cunctaretur Agrippam morte adficere, quandocunque ipse supremum diem expleuisset. Multa sine dubio, sæuaque Augustus de moribus adulescentis questus, vt exilium eius senatus consulto sanciretur, perfecerat. cæterùm [d] in nullius vnquam suorum necem durauit. [e] neque mortem nepoti pro securitate priuigni inlatam credibile erat. propius vero, Tybe-

OBSERVATIONES.

a *Etiam atque etiam cauto opus est, ne, quod arcanum esse volumus, id vxorum taciturnitati quæ nulla est, credamus. quippe deblaterant omnia; plenæ rimarum sunt; tacere sciunt nihil; nec intelligunt, dum linguæ moderari nesciunt suis se viris perniciem sæpiùs afferre.*

b *Quàm grande momentum sit in occasionibus scienter captandis, vel hinc intelligere licet, quòd sæpe ad maxima imperia, arte magis, quàm vi peruenitur. Cæterùm quod ad rem pertinet, hoc agam. Si quem principi graui morbo implicato, & de cuius salute desperatur, proximum successorem destinas, æmulum, quisquis esse potest, priùs amoue, ac lepidè, hoc pacto, ludificare. Vide, ne principis mors priùs vulgetur, quam cui faues, quæ tempus monet, prouiderit; & quæcunque ad potentiam, & principatum adipiscendum pertinent, diligenter conquisita, & collecta in promptu habeat. ideoque acribus custodiis regia quoquouersus vt septa sit, imprimis cura; ne quicquam eorum, quæ intus fiunt, à quoquam enunciari possit; donec is, cui operam dat, ad id, quod vult, peruenerit; simulque & excessisse principem, & rerum potiri quem vis, idem nuntiis, famaque eadem ferat. Tale quiddam legitur lib. 12. Annal. Iam primum, inquit, Agrippina velut dolore victa, & solatia conquirens, tenere amplexu Britannicum; veram paterni oris effigiem appellare, ac variis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque, & Octauiam sorores eius attinuit, & cunctos aditus custodiis clauserat.*

c *Non satis est, imperium adipisci; sed & æmulus, si quis est, si non continuò amouetur, maximum ab eo periculum est. quippe mansura haud dubiè æmulatio & discordia est, si non earum semina continuò restinguantur. ei periculo tribus rationibus obuiam itur. nam aut is magnitudine beneficiorum deuinciri potest, ne altiora spectet, ac tentet: aut, si hoc parum est specie honoris, in longinqua loca amouetur; ibique in custodia habetur; aut (id quod in maximis imperiis expeditissimum, & tutissimum est) protinus euertitur. Quòd si quis clamitat, indignum facinus esse, innocentem, nec opinantem opprimi; huic oppono verissimum illud Taciti dictum, Annal. lib. 14. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos vtilitate publica rependitur.*

d *Hominis est valde sæui, durare in necem suorum.*

e *Vix credibile est, quemquam eò sæuitiæ deuenisse, vt ideo propinquiorem interimat, vt remotiori faueat.*

rium

SVMMA PRIVILEGII.

REGIAE Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis ab hinc annos decem C. CORNELII TACITI QVATVOR PRIORES ANNALIVM LIBROS, ET IN HOS OBSERVATIONES CAROLI PASCHALII CVNEATIS, nisi ipsius PASCHALII permissu, typis excudat, aut, extra ditionem regni Galliæ excusos, & æditos vspiam venales habeat. Qui secus faxit, huic multa futura est ea, quæ Regio diplomate continetur dato Blesiis die vicesimo primo Aprilis 1581.

Subscripto,

BRVLART.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium ac Liuiam, illum metu, hanc [a] nouercalibus odiis, ſuſpecti & inuiſi iuuenis cædem feſtinauiſſe. Nuntianti centurioni ([b] vt mos militiæ) factum eſſe quod imperaſſet, [c] neque imperaſſe ſeſe, & rationem facti reddendam apud ſenatum reſpondit. Quod poſtquam Salluſtius Criſpus particeps ſecretorum (is ad tribunum miſerat codicillos) comperit, metuens ne reus ſubderetur, iuxta periculoſo, ficta ſeu vera promeret, monuit Liuiam, [d] ne arcana domus, ne conſilia amicorum, miniſteria militum vulgarentur, néue Tyberius [e] vim principatus reſolueret, cuncta ad ſenatum vocando: eam conditionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſter, quàm ſi vni reddatur. At Romæ ruere in ſeruitium Conſules, Patres, Eques, quanto quis inluſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes, vultuque cõpoſito, [f] [1] ne lęti exceſſu principis, neu triſtiores primordio, lacrymas, gaudium, queſtus adulatione miſcebant. Sextus Pompeius, & Sext. Apuleius Coſſ. Primi [g] in verba Tyberii Cęſaris iurauere, apudque eos Seius Strabo, & C. Turranius, ille prętoriarum cohortium præfectus, hic annonæ. mox ſenatus, mileſque, & populus. Nam Tibe-

1 Forte legendũ, nec pro ne & non, ſed hoc tam vsque ad illa l. primordio, poſtea ſecludes. mihi ſi. Tacitũ ſed è margine irrepſiſſe in contextum.

OBSERVATIONES.

a *Nouercali odio intenſius nihil eſt. certè nouerca perraro caret ſuſpitione, ſi atrox aliquod facinus admiſſum eſt, quod inde profectum eſſe quiſquam ſuſpicari poſſit.*

b *Qui mos militiæ eſt, omnibus in rebus ſeruandus eſt, nempe, ſimulatque imperata facta ſunt, cui id negotij datum eſt, continuò id ipſum an ex animi ſententia, an verò ſecus ceſſerit, imperatori, aut ei, à quo mandata accepit, renuntiare debet.*

c *Nunquam non princeps, ſi quod facinus admiſſum eſt, quod hominum opinionibus turpe eſt, etſi id in ſuam ipſius vtilitatem redundet, aut etiam ab ſe profectum eſt, eoque ipſe mirificè lætatur, ei ſe autorem eſſe pernegare debet, & ſuo exemplo homines docere, nihil eſſe vtile, quod non idem honeſtum ſit. ſic lib. 1. hiſtor. Obuius, inquit, in palatio Iulius Atticus ſpiculator cruentum gladium oſtentans, occiſum à ſe Otlionem clamauit: & Galba, Commilito, inquit, quis iuſſit?*

d *Prudentia principum tribus in rebus potiſſimùm perſpicitur; ſi, quæ occulta, & arcana eſſe debent, recondit; ſi fidelibus, & prudentibus amicorum conſilijs paret; ſi eorum miniſteria, ſine minus ſua intereſſe, quæ, mandatu ſuo, occultè facta ſunt, recondit, quàm ea, priusquàm fierent, non vulgari interfuit.*

e *Vis principatus in eo conſiſtit, vt omnia non ad ſenatum, aut ad magiſtratus, ſed ad vnum principem vocentur; neque cuiquam, niſi vni ipſi, eorum omnium, quæ aguntur, ratio reddatur.*

f *Principe mortuo, amicus principis (hos hodie vocamus aulicos) vultu neque in nimium dolorem, neque in immoderatam lætitiam compoſito eſſe, ſed lachrymas ob exceſſum ſuperioris principis obortas temperare gaudio debet; nempe, vt probet nouo principi, ſe non tam id dolere, quòd ſuperior vita conceſſit, quàm ipſius imperio, & principatu lætari; ſeque eius honorem ſumma gratulatione excipere.*

g *Is qui in principatu nondum adulto, & confirmato recens ſucceſſit, rebus omnibus hanc præuertere debet, vt, ſcilicet, ſupremi magiſtratus in ſua verba iurent; mox ſenatus, miles, & populus; hoc eſt, ij omnes, quorum in manu reſp. eſſe creditur. nempe, vt ij, quibus publica munia mandata ſunt, planè intelligant, nihil in rep. agi, quod non ad principem referri oporteat. cùm vnius ipſius perſona, auctoritate, dignitate, ac maieſtate ſingulorum ſalus contineatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rius cuncta per consules incipiebat, [a] tanquam vetere Repub. & ambiguus imperandi. ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, nisi tribunitiæ potestatis præscriptione posuit, sub Augusto acceptæ. [b] Verba edicti fuere pauca, & [c] sensu permodesto: de honoribus parentis consulturum. [d] neque abscedere a corpore, idque vnum ex publicis muneribus vsurpare. sed defuncto Augusto [e] signum prætoriis cohortibus, vt imperator dederat. excubiæ, arma, cætera aulæ: [f] miles in forum, miles in curiam comitabatur. [g] literas ad exercitus, tanquam adepto principatu, misit, nusquam cunctabundus, nisi cùm in senatu loqueretur. Causa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum fauor [h] habere imperi-

OBSERVATIONES.

a *Qui mutato reip. statu, ipse imperium adeptus est, is illud ita confirmare debet, vt nulla in posterum ratione labefactari possit. quibus artibus eò perueniatur, earum hæc videtur esse potissima; nempe, vt, tanquam si sua etiamnum maneat libertas reip. nec ipse statutum habeat, suscipiat imperium, necue, ipsos veteris reip. magistratus retineat; eorum opera, & ministerio, omnibus in rebus, vtatur, ac si non ipse remp. pro arbitratu, regat; sed nihil non ab illis, quorum ius, & potestas est, administretur. Sed antequam hoc agat, debet maiores magistratus, atque adeò primores omnes sibi, omni quacunque ratione potest, deuincire, & præstare, vt in sua verba iurent. quippe satis constat, fore, vt, cum hos sacramento adegerit, rerum planè omnium, nullo aduersante, potiatur: cùm suum imperium veteris reip. forma & imagine prætexet.*

b *Edicta illius, qui principatum apud liberos quondam homines adeptus est, sensu permodesto scribi, & in pauca verba coartari debent. Siquidem multorum verborum interpretatio huc illuc, pro singulorum ingenio, trahi potest. certè nihil neque frigidius, neque ineptius esse, quàm legem cum prologo, docet Seneca epist. lib. 24. epist. 95.*

c *Vulgus hominum verba, soli prudentes sensum verborum attendunt.*

d *Non abscedere à corpore mortui principis, & illius custodiæ adpositum esse, connumeratur inter publica munera.*

c *Supra annotaui, & infra dicendum sæpius erit illud ipsum, quod hic repetere cogor; principem nouum non tam id agere debere, vt inanibus insigniis principatus continuò honestetur, quàm ea sectari, quæ ad veram potentiam maximè pertinent. idque discat de Tiberio, qui primo suo edicto non principem se, dictatorem, aut regem pop. Romani præscripsit, sed tantùm tribunum plebis, qua appellatione non alia populo Rom. acceptior vnquam fuit. cuius edicti præscriptionem & verba, & sensus, ipsius que factum imitata sunt. nam cum posset is ex publicis muneribus maxima, & splendidissima quæque vsurpare, eo contentus fuit, ex quo modestiæ, & pietatis laudem haud dubiè consequebatur. Qui tamen idem Tiberius non est passus, quenquam mortalium prætoriis cohortibus signũ dare (quod factum vnius est principis) præter se vnum. statimque voluit legiones, quarum in manu resp. erat, intelligere se principem esse; ac denique nihil eorũ prætermisit, vt infra suis locis videbimus, quibus verus principatus, summumque imperium continebatur.*

f *Tum ad maiestatem, tum ad securitatem noui principis potissimùm pertinet, dare operam, vt, quocunque it, sit stipatus milite, qui in pace decus; in bello præsidium est.*

g *Princeps is, qui aut ipse remp. oppressit, aut ab alio oppressam accepit, protinus iis se principem esse aperte declaret, quorum fauore, & ope adeptum principatum retinere potest. sic lib. 4. histor. de Vespasiano loquens; cæterum vt princeps loquebatur.*

h *Cuius in manu est validus exercitus, atque adeò is, qui sua vi omnia secum trahere potest, idemque generis nobilitate pollet, cuique magnus est apud populum fauor, hic causa est, quamobrem vocatur princeps ne habere imperium, quam expectare malit: adeo difficilis est hominibus vtcunque conceptæ spei mora. proinde nunquam prudens princeps tantas copias vni, si sapiet, committet.*

rium

rium, quàm expectare mallet. [a] dabat & famæ; vt vocatus, electusque potiùs à Repub. videretur, quàm per vxorium ambitum, & senili adoptione inrepsisse. Postea cognitum est, ad [b] introspiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem. [1] Nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat. Nihil primo senatus die agi passus, nisi de supremis Augusti, cuius [c] testamentum inlatum per virgines Vestæ, Tyberium, & Liuiam hæredes habuit. Liuia in [d] familiam [e] Iuliam, nomenque Augustæ adsumebatur. In spem secundam nepotes, pronepotesque: tertio gradu primores ciuitatis scripserat, [f] pleroscque inuisos sibi; sed iactatia, gloriaque ad posteros. Legata non vltra ciuilẽ modum, nisi quod populo & plebi cccc x x x v, prætoriarum cohortium militibus singula nummum millia, legionariis autẽ cohortibus ciuium Romanorum trecenos nummos viritim dedit. Tum consultatum de honoribus. Ex quis maximè insignes visi: vt [g] porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius: vt [h] legum latarum rituli, victarum ab eo gentium vocabula [i] anteferrentur, L. Arruntius censuere. addebat Messala Valerius, [k] renouandum per annos sacramentum in nomen Tyberii. interrogatusque à Tyberio, num se mandante eam sententiam promsisset, sponte dixisse respondit: neque in iis quæ ad Remp. pertinerent, consilio nisi suo

1 Sic lib. 4. hist. Id magis vitandum, ne pernicaria quorumdã initaretur animus nouo principatui suspensus, & vultus quoque, ac sermones omnium circumspectans.

OBSERVATIONES.

a *Et si nouus princeps aut vi, aut malis artibus adeptus est principatum, tamen id debet dare operam vt fama, & sermone hominum dicatur esse vocatus, & iudicio potiùs reip. quàm iniquiore aliqua ratione ad principatum irrepsisse.*

b *Non semper princeps dubitat, aut cunctatur, cùm dubitare, aut cunctari videri vult; sed dubitationem, scilicet, inducit ad introspiciendas voluntates eorum, quos suspectos habet.*

c *Omnia quæcunque ad principem pertinent, ne iis quidem exceptis, quæ rem familiarem spectant, omnis ex illius dignitate pensari debent. certè Testamentum Augusti summa veneratione, nempe per virgines Vestæ in senatum illatum, apertum, & lectum est.*

d *Etiam testamento quis in familiam, nomen, & dignitatem adsumebatur.*

e *Vxores à viris in familiam adsumi posse constat.*

f *Qua ex re laudem adipiscemur, si ex animo faciemus, eam nihilominus, etsi reuera nolumus, ac si futura esset, velle nos simulemus, cùm non fore scimus. hac in re callidus princeps imitabitur Augustum, qui primores ciuitatis quosdam inuisos sibi hæredes ideo scripserat, quia satis intelligebat, nunquam fore, vt sua bona ad ipsos peruenirent; cum tamen ex hoc facto ingentem se laudem apud posteros consequuturum intelligeret.*

g *Portæ aliæ aliis solent esse honoratiores. porta quidem triumphali qui insignes victorias, ex hostibus reportauerant, ingrediebantur; at capitali pœna damnati, per portam Esquilinam ad supplicium trahebantur.*

h *Leges ferre tanti certè est, quanti gentes vincere, ac domare.*

i *Funeri principum, & clarissimorum hominum ea anteferri debent, quæ maxima, & clarissima à mortuo, dum vixit, edita sunt.*

k *Non ab re videri potest vt, singulis annis renouetur sacramentum in nomen noui principis; nempe, ad ipsius imperium, & potentiam stabiliendam, ac in dies confirmandam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vltrum, vel cum periculo offensionis. [a] Ea sola species adulandi superebat. Conclamant patres, corpus ad rogum [b] humeris senatorum ferendum. Remisit Cæsar [c] adrogati moderatione; populumque edicto [d] monuit, ne, vt quondam, nimiis studiis funus diui Iulii turbassent, ita Augustum in foro potiùs, quàm in campo Martis, sede destinata, cremari vellent. Die funeris milites velut præsidio stetere: multum inridentibus, qui ipsi viderant, quique à parentibus acceperant diem illum crudi adhuc seruitii, & libertatis [e] improsperè repetitæ; cùm occisus dictator

OBSERVATIONES.

a *Hoc demum est deterrimum & exquisitissimum genus adulationis, atque adeò illud, quo sæpissimè vtuntur ij, quos principes suis consiliis intimos habent, vt dicant, etiam tum, cùm maximè adulantur, se in iis, quæ ad remp. pertinent, nullius vti consilio, nisi suo, i. nullius autoritate adduci posse, vt eam de rep. sententiam dicant, quæ non sibi optima videatur, vel cum periculo offensionis, quam se non pertimescere egregiè simulant. Hinc & illud notandum est; Vere senatorem, seu consiliarium dici eum, qui non ad cuiusquam voluntatem loquitur, sed qui nulla re, ac ne præsentia quidem principis, magnóque offensionis periculo deterreri potest ab dicenda liberè sententia iis de rebus, quas reip. maximè expedire arbitratur.*

b *Ad solemnes funeris cæremonias pertinet, vt corpus honoratiorum humeris efferatur.*

c *In moderatione deprehenditur interdum arrogantia.*

d *Cùm respub. priùs libera in vnius potestatem concessit, etsi is, à quo est oppressa, meritò tyrannus appellari, ac iure trucidari videtur posse, videat tamen is qui id facinus cœptat, quid inde assequi respub. possit. Si enim sublato tyranno, libertas reuocatur, illa cædes, ex qua tam insigne bonum oritur, nonnisi præclara, reique pub. salutaris videri potest. Quòd si, interempto tyranno, futurum est, vt, non de libertate, sed de principatu inter potentiores certetur; neque tanta lis, nonnisi luctuosissimis bellis, atque atrocissimis reip. cladibus dirimi potest, adeò non modò non libera resp. sed ne vlla quidem, nisi lacera, miserèque distracta futura est, certè tali re, ac tempore, tyrannum, reique pub. statum ab illo constitutum, cuiusmodi tandem ille est, omnino ferre præstat, quàm inanibus libertatis illecebris in maximas perturbationes publicã rem coniicere, & libertatem imaginariã, i. quæ verè tunc nulla esse potest, improsperè repetere. In hac sententia fuit sapientissimus Seneca, cuius verba hic referã, vti sunt li. 2. de benefic. cap. 20. Mihi enim (inquit, de M. Bruto loquẽs) cùm vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer errasse, nec ex institutione Stoica se egisse; qui aut regis nomen extimuit, cùm optimus ciuitatis status sub rege iusto sit; aut ibi speranit libertatem futuram, vbi tam magnum præmium erat & imperandi, & seruiendi, aut existimauit ciuitatem in priorem formam posse reuocari, amissis priscis moribus; futuramque ibi æqualitatem ciuilis iuris, & staturas suo loco leges, vbi viderat tot millia hominum pugnantia, non an seruirent, sed vtri seruirent. & quæ sequuntur. Sic & Tacit. lib. 2. historiar. Nam rebus modicis, inquit, æqualitas facilè habebatur sed vbi subacto orbe, & æmulis vrbibus, regibúsue excisis, securas opes concussas facilè habebatur sed vbi subacto orbe, & æmulis vrbibus, regibúsue excisis, securas opes concutiebat, piscere vacuum fuit, prima inter patres, plebémque certamina exarsere. modò turbulenti tribuni, modò consules præualidi, & in vrbe, ac foro tentamenta ciuilium bellorum. mox è plebe infima C. Marius, & nobilium sæuissimus L. Sylla victam armis libertatem in dominationem verterũt. post quos Cn. Pompeius occultior, non melior. & nunquam postea nisi de principatu quæsitum. & quæ sequuntur. Denique huc illud referri debet, quod verissimè idem Seneca scriptum reliquit. Cn. Pompeius, inquit, eò redegit remp. vt salua esse non posset, nisi beneficio seruitutis. de benef. lib. 5. ca. 16. Idem epist. lib. 2. epist. xiiij. Quid tibi vis, inquit, M. Cato? iã non agitur de libertate: olim pessundata est. Quæritur vtrum Cæsar, an Pompeius possideat Remp. Quid tibi cum ista contentione? nullæ partes tuæ sunt; dominus eligitur &c. nostrer item Tacit. lib. primo histor. postquam, inquit, bellatum apud Actium, atque omnem potestatem ad vnum conferri pacis interfuit.*

Cæsar

Cæsar, aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur: nunc senẽ principem longa potentia, prouisis etiam hæredum in Remp. opibus, auxilio, scilicet, militari tuendum, [a] vt sepultura eius quieta foret. Multus hinc ipso de Augusto sermo; plerisque vana mirantibus, quod idem dies [b] accepti quondam imperii princeps, & vitæ supremus: quòd Nolæ in domo & cubiculo, in quo pater eius Octauius, vitam finiuisset. numerus etiam consulatuum celebrabatur, quo Valerium Coruinum, & C. Marium simul æquauerat: continuata per septem & triginta annos tribunitia potestas; nomen imperatoris semel atque vicies partum, aliaque honorum multiplicata, aut noua. At apud prudentes [c] vita eius variè extollebatur, arguebaturve. Hi [d] pietate erga parentem, & necessitudine Reipub. in qua nullus tunc legibus locus, ad arma ciuilia actum, [e] quæ neque parari possent, neque haberi [f] per bonas artes. Multa Antonio, vt interfectores patris vlcisceretur, multa Lepido concessisse: postquam hic [g] socordia senuerit, ille per libidines pessum datus sit, [h] non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quàm vt ab vno regeretur. Nõ regno tamen, neque dictatura, sed [i] principis nomine cõstitutam Rempub. mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium: legiones, prouincias, classes, [k] cuncta inter se connexa: [l] ius apud ciues, modestiam apud socios, vrbem ipsam [m] magnifico ornatu: pauca admo-

OBSERVATIONES.

a *Hic solet esse exitus tyrannorum, vt, etsi diu regnarunt, opesque ingentes hæredibus reliquerunt, adeò tamen sint exosi, vt eorum sepultura parum sit quieta, atque adeò ad eam tutandã opus sit auxilio militari.*

b *Vanum est mirari, insigne aliquod facinus certis locis, ac diebus, ijsque reciduis accidere.*

c *Mortuo principe, vita eius variè aut extollitur, aut arguitur.*

d *Vlcisci mortem parentis est pium.*

e *Ciuilia arma neque parari, neque haberi per bonas artes possunt; hoc est, impius est quisquis belli ciuilis concitor est.*

f *Si finis, ad quem tendimus, est laudabilis, quibus artibus eò cõtendimus, etsi minùs fortasse probantur, nihilominus tamen excusatione dignæ videri possunt.*

g *Multi qui plura virtutis documenta initio dederunt, postea aut socordia senescunt, aut per libidines pessum dantur. hinc fit, vt, prudentes homines suum de quouis iudicium eousque sustineant, quoad is vita concesserit.*

h *Rep. distracta nullum præsentius est remedium, quàm si ab vno regatur. Vide id quod supra annotaui, ibi Quemadmodum superbia &c.*

i *Principis nomen est minus odiosum quàm regis, aut dictatoris; ac videtur indicare speciem quandam libertatis eius reip. quæ hoc nomine constituta est.*

k *Potissimas imperij sui partes, ne lacerum sit, debet princeps connectere, quò illud firmius reddatur. præcipuæ autem imperij partes sunt prouinciæ, eaque quæ ad earum securitatem maximè pertinent, cuiusmodi sunt legiones, & classes. huc adde vectigalia, tributa, & cætera eius generis.*

l *Ciues iure, socii modestia retineri debent.*

m *Inter cæteras laudes vrbis non minima hæc est, vt sit magnifico ornatu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum vi tractata,[a] quò cęteris quies esset. Dicebatur contra, pietatem erga parentem, & tempora Reipublicæ obtentui sumpta: cæterùm cupidine dominandi concitos per largitionem veteranos; paratum ab adolescente[b] priuato exercitum; corruptas consulis legiones, simulatam Pompeianarum gratiam partium: mox vbi decreto patrum, fasces, & ius prætoris[c] inuaserit, cæsis Hircio & Pansa (siue hostis illos, seu Pansam venenum vulneri adfusum, siue milites Hircium, &[d] machinator doli Cæsar abstulerat) vtriusque copias occupauisse: extortum inuito senatu consulatum; armaque quæ in Antonium acceperit, contra Remp. versa; proscriptionem ciuium, diuisiones agrorum, ne ipsis quidem qui fecere, laudatas. sanè Cassij & Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, (quâquam[e] fas sit priuata odia publicis vtilitatibus remittere) sed[f] Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ deceptos. post Antonium Tarentino Brundusinoque fœdere, & nuptiis sororis inlectum subdolæ adfinitatis pœnas morte exoluisse. pacem sine dubio post hęc, verùm[g] cruentam, Lollianas, Varianasque clades, interfectos Romæ Varrones, Egnatios, Iulos.[h] Nec domesticis abstinebatur: Abducta Neroni vxor; & consulti per ludibrium pontifices,[i] an concepto, necdum edito partu rite nuberet: qui Atedij & Vedij Pollionis luxus: postremò Liuia grauis in Remp. mater, grauis domui Cæsarum nouerca:[k] nihil deorum honoribus relictum, cùm se templis & effigie numinum per flamines, & sacerdotes coli vellet. ne Tyberium quidem charitate, aut Reip. cura successorem adscitum,[l] sed quoniam adrogantiam sæuitiamque eius introspexerit,[m] comparatione deterrima sibi gloriam quæsiuisse. Etenim Augustus paucis antè annis, cùm Tyberio tribunitiam potestatem à Patribus rursum postularet (quanquam honora oratione) quædam de[n] habitu cultuque, & institutis eius iecerat, quæ[o] velut excusando[p] exprobraret. Cæterùm sepultura more perfecta, templum & cœlestes religiones decernuntur. Versæ inde ad Tyberium preces. & ille variè differebat, de magnitudine imperij, sua modestia: solam diui Augusti mentem tantæ molis capacem, se in partem curarum ab illo vocatum[q] experiendo[r] didicisse, quàm arduum, quàm subiectum fortunę[s] regendi cuncta onus: proinde in ciuitate tot illustribus viris subnixa,[t] non ad vnum omnia deferrent: plures facilius munia Reip. sociatis laboribus executuros.[u] Plus in oratione tali dignitatis, quàm fidei erat. Tyberioque, etiam in rebus quas non occulteret, seu natura, siue adsuetudine,[x] suspensa semper & obscura verba. tunc verò nitenti, vt sensus suos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicaban-

1. Non culpa mortis Caniinium in Cæsare confirmabatur, vt auctor est Dio, lib. 57.

2. Vide Sen. de Clem. lib. 1. ca. 18. & de ira li. 3. cap. 40.

OBSERVATIONES.

a *Consilio omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet, vt ait Terent. in Eunu. Vi certè nonnisi perrarò, & pauca admodum tractari debent. & hæc ipsa non alio cõsilio, quàm vt cæteris quies sit. bellum enim iustum est, cùm alia via ad pacem perueniri non potest. adeo vt ex bello pax; ex vi quies proficiscatur.*

b *Quicunque priuatus exercitum parat, & conscribit, is, vt mea fert opinio, non hostis, sed latro dicendus est.*

c *Non quicquid publico decreto fit, id statim iure fieri dicitur, si terrore, & armis illud decretum ab infirmiori, aut corrupta Reip. parte extortum, atque ereptum est. hoc declarauit Tacit. hac dictione, inuaserit. nam etsi Augustus decreto patrum fasces & ius prætovis obtinuit, ea tamen, si rem, vt est, eloqui volumus, inuasit: cùm ea non tam Reip. quam copiis suis accepta referre posset.*

d *Paterna & priuata odia publicæ vtilitati remitti fas est.*

e *Hostes imagine pacis; nostri specie amicitiæ decipi possunt.*

f *Vtrum maiori odio dignum censeas, bellumne, an pacem cruentam?*

g *Non solùm quæ princeps publicè delinquit, sed & domesticæ illius turpitudines notantur.*

h *Eadem ratio est potentiæ actui proximæ, atque actus ipsius. quod cùm ita se habeat, in iis quæ ad nuptias pertinent, eadem certè religione tenetur mulier concepto, atque edito partu.*

i *Quid, obsecro, Deorum honori relinquitur, si principes templis, & effigie numinum per flamines, & sacerdotes coli volunt?*

k *Principes interdum, vt sui desiderium relinquant maximum, successores sibi adsciscunt mortalium deterrimos; vt suas virtutes, si quæ vnquam in ipsis fuerunt, hac ratione illustriores reddant, atque vt sua flagitia successoris grauioribus tegantur.*

OBSERVATIONES.

a *Gloria non semper virtute, sed sæpissimè comparatione mali cum deteriori quæritur.*

b *Quidam in ea sunt sententia, vt existiment, in iis, quæ ad principum habitum, cultúmque pertinèt, non esse reprehensioni locum, quod tamen falsum esse, nec licere principi habitu, cultuque pro arbitrio vti, docuit Augustus, cùm quæ ad hanc rem pertinent Tiberio apud patres exprobrauit.*

c *Callidissima criminandi alicuius ratio hæc est, vt eum, scilicet, excusemus. nam vel tum maximè ei vitia exprobramus; præsertim si ea excusatione nihil opus fuit.*

d *Tantum potest siue ambitio, siue gloria, vt inter coniunctissimas personas, cuiusmodi sunt pater, & filius deprehendatur æmulatio, & inuidia.*

e *Non melius dici quàm experiendo potest. vel sic; is verè scire dici potest, qui experiendo didicit.*

f *Nemo scit quàm arduum, quamque subiectum fortunæ sit onus cuncta regendi, nisi qui experiendo didicit.*

g *Principatus, siue regnum non melius, non aptius, non significantius definiri posse videtur, quàm tribus his verbis, onus cuncta regendi. huius definitionis vim si, quanta sit, intelligerent principes, præclarius & cum illis, & nobiscum ageretur.*

h *In rep. multis illustribus viris subnixa causa est nulla, quamobrem ad vnum omnia deferantur. Siquidem plures facilius munia Reip. sociatis laboribus exequuntur, adeò vt, verissimum illud verbum sit; plus vident oculi quàm oculus.*

i *Hæc est astutissima ratio petendi principatus ab iis, qui dare possunt; nempe, vt dicat is, qui principatum ambit, se in partem curarum à superiore principe vocatum esse, experiendoque didicisse, quàm arduum, quamque fortunæ subiectum sit onus cuncta regendi. idem enim propemodum est, ac si dicat; cum ipse, qui iam multos annos tanti imperij gubernacula tractaui, & longa experientia doctus sum, quomodo administrari resp. debeat, vix, ac ne vix quidem me tanto oneri sustinendo parem fore credam; nimis videre velim, ecquis sit vestrum tam audax, tamque impudens, qui cùm nullum Reip. regendæ experimentum antea cœperit, tamen audeat postulare, vt sibi rerum summa concredatur. Itaque hæc verba, etsi, primo aspectu, modesta videri possunt, tamen singulos senatores ita vrgent, vt, velint nolint, cogantur fateri se eo loco indignos: at verò dignum principatu esse eum, qui, quid sit principem esse, experiendo didicit.*

k *Callidi, & astuti principes siue natura, siue adsuetudine suspensa, & obscura verba plerunque habent. id autem potissimum perspicitur cum in eo toti sunt, nituntúrque vt sensus suos penitus abdant. tum enim ipsorum verba in incertum, & ambiguum magis implicantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. At patres quibus vnus metus, [a] si [1] intelligere viderentur, [b] in questus, lacrymas, vota effundi, ad deos, ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere, cùm proferri [c] libellum, recitarique iussit. Opes publicæ continebantur, quantum ciuium, sociorumque in armis, quot classes, regna, prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & [d] necessitates, ac largitiones. Quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus, [e] addideratque

1 Sic lib. 4. Historiar. intelligebantur antea, sed pars obliqui in eo, ne deprehenderentur. & lib 2. Annal. Ille ignarus doli, vel si intelligere crederetur, vim meditans &c.

OBSERVATIONES.

a *Cùm princeps id agit, vt, qui sunt animi sui sensus, hos penitus abdat, atque ad eam rem verbis vtitur suspensis, & obscuris; etsi rem, vt est, perspicimus, tamen non semper est è re nostra vt intelligere videamur. quin potius enixè danda opera est, vt ipsi quoque simulemus ea, quæ ab ipso dicta sunt, ita à nobis accipi, ac si non dissimulanter, sed ex animo dicta essent. Itaque dissimulandus est intellectus. nam qui, quòniam princeps spectet, intelligit, seque intelligere videri vult, is sibi sæpius malum quærit. Sic lib. 14. de Agrippina loquens, Obseruans etiam, inquit, Acroniæ necem, simul suum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur, &c.*

b *Cùm resp. ita constituta est, vt ab vno regi debeat, satis constat fore, vt, quò magis is, qui principatū ambit, quique iam maximas opes, & potentiam adeptus est, id dignitatis recusare se simulabit, hoc magis resp. ad infimas obtestationes procumbat. tunc verò eum vi, malisue artibus imperium adeptum esse meritò conqueri nemo poterit, cùm vltro ab iis, qui dare possunt, delatū ei erit.*

c *Princeps imprimis debet singillatim scire ea omnia, quibus imperium suum continetur, nempe, opes publicas, quantum habeat militum, quot classes, regna, prouincias, tributa, vectigalia, necessitates, largitiones, atque, vt lib. 1. hist. Tacitus scribit, qualis status vrbis, quæ mens exercituum, quis habitus prouinciarum; quid in suo imperio validum, quid ægrum sit. hæc omnia libello contineri debent, qui ipsius manu sit perscriptus; nempe, quia princeps vel maximi, & potentissimi omnino interest, ne hæc vulgentur; sed iis tantùm palam fiant, quos ipse suis consiliis intimos habet; ac Tyberij exemplum sibi proponat, qui statim vt principatum iniit, cum libellum, quo hæc omnia continebantur, in Senatu proferri, recitarique iussit. id autem ab Tyberio ea re factum esse puto, vt intelligeret senatus, quamuis maxima esset imperij moles, ipsum tamen, quia ab Augusto collega imperij assumptus, & in partem curarum vocatus esset, experiendo que ei præsse didicisset, vnum è tot optimatum, ac senatorum numero, tanto oneri sustinendo parem fore.*

d *Etiam in magnis imperiis non desunt necessitates, quas princeps omnino scire debet, vt largitionibus abstinere, manumque contrahere, quando opus est, sciat: itemque sua liberalitate, ac benignitate homines sibi deuinciat, cum vnde id fieri possit, erit.*

e *Censebat Augustus (vt testis est Xiphil. ex Dione in Augusto) populum Romanum debere esse contentum rebus præsentibus, quòd tam longè, latéque patens imperium vix vlla cuiusquam mortalis cura diu tutari posset. Hinc diligenter obseruent principes id, quod apud ipsos est loco paradoxi, etsi verissimum est; Non eò omnes ipsorum curas, & cogitationes referri debere, vt suæ ditionis fines quàm longissimè possint, proferant, sed vt iis terminis, ac finibus, qui longè omnium tutissimi sunt, imperium circumscribant suum, atque hac ratione eius perpetuitati consulant. nam amplissima quæque imperia vix possunt vnius aut principis, aut Senatus cura, consilijs, & auctoritate regi; multoque pluribus fortunæ casibus obnoxia esse constat, quàm quæ mediocria sunt. denique magnitudine ita laborant sua, vt vno impetu corruant. Siquidem difficilis in perfecto mora est. quod non accidere solet iis imperiis, quorum principes industriæ, vigilantiæ, curæ suæ locum ita relinquunt, vt non tam omnium se potiri glorientur, quàm in eo statu imperium suum, & se ipsos esse, vt virtute sperent se id, quod nondum habent, consequi posse. nam qui ita omnium potitur, vt nihil sit vltra quod speret, is extollere se non potest: quin potius socordia adeò senescit, vt imperij ipsius, licet longè latéque patentis, interitus sit certissimus.*

consilium

consilium, coercendi intra terminos imperij, incertum [a] metu, an per inuidiam. Inter quæ senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit fortè Tyberius, se, [b] vt non toti Reipub. parem, ita quæcunque pars sibi mandaretur, eius [c] tutelam susceptorum. Tum Asinius Gallus, Interrogo, inquit, Cæsar quam [1] partem Reip. mandari tibi velis? [d] Perculsus improuisa interrogatione paulùm reticuit, dein collecto animo respondit: [e] Nequaquam decorum pudori suo legere aliquid, aut euitare, ex eo, cui in vniuersum excusari mallet. Rursum Gallus ([f] etenim [g] vultu offensionem coniectauerat) non idcirco interrogatum ait, vt [h] diuideret, quæ separari nequirent: sed vt sua confessione argueretur, [i] vnum esse Reip. corpus, atque vnius animo regendum. Addidit laudem de Augusto, Tyberiumque ipsum victoriarum suarum, [k] quæque in toga per tot annos egregiè fecisset, admonuit. [l] Nec ideo iram eius leniuit

1 Quamam, & quot essent hæc reip. partes, vide Dionem, lib. 57.

OBSERVATIONES.

a *Princeps nouus, idémque prudens nunquam non aut metuit, aut inuidet. metuit, ne sua culpa de imperio aliqua diminutio fiat, cúmque id meritò, sibi adscribi possit, ea res sit sibi infamiæ. Hinc fit vt contentus eo, quòd remp. oppressit, verúmque solus potitur, plerunque abstineat bellis externis: ne quod arte, & fortuna duce est adeptus, id sibi ab irato Marte eripiatur. hanc ob causam pacì tantum studet, eámque populo præstare pergit; in quo vno ipsum elaborare debere supra suo loco obseruaui. Inuidet autem iis, quorum opera magnis in rebus vti necessariò debet. Ac ne ab his auctum imperium dici possit, suáque ipsi in manu habeant validos exercitus, ac proinde ipsum depellant (id quod insequentibus Tiberij ætatem temporibus non semel accidit) nihil quicquam magni momenti illis committit. non ergo mirum est, si, has ob causas, Augusto fuit in animo coercere imperium.*

b *Facilius est partem Reip. regere, quàm toti præesse.*

c *Quibus mandata est Resp. sciant, se tutores, non dominos esse. proinde si tutori, exacto tempore tutelæ, reddenda est ratio suæ administrationis ipsi minori, eccui mirum sit, si princeps is, qui tanquam prædo priuatos euertit fortunis, suóque arbitratu, vt infensissimus hostis, in rep. grassatus est, tandem ab eodem populo sua sede deturbatur? Sic lib. 12. Claudius cùm Meherdatem alloqueretur, eique daret præcepta, admonuit, vt non dominationem, & seruos, sed rectorem, & ciues cogitaret. Denique, id agere debet princeps, vt sibi quidem potestatem populi, sed non in populum datam esse ostendat.*

d *Etiam magni viri improuisa interrogatione perturbantur.*

e *Non satis sibi constare videtur is, qui cui rei se in vniuersum excusari vult, eius rei partem sibi ipse legit.*

f *Tunc demum verè offendimus, cùm, cuius mentem nouimus, huius verba captamus. Sic Cic. 1. in Cat. quid expectas autoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis?*

g *Amicus principi, si principem aliqua re offensum esse videt (offensio vultu est coniectanda) eius iram continuò qua re maximè potest, leniat, potissimùm verò caueat, ne principem inepta, aut intempestiua interrogatione, verbisue asperioribus offendat. quòd si inter loquendum aliquid ei excidit, quo dicto, aut facto meritò is offendi potuerit, continuò sua verba alio detorqueat, alióque sensu ab se prolata esse affirmet, quàm quo ea princeps est interpretatus.*

h *Quæ separari nequeunt ea diuidi non debent.*

i *Qui monarchiæ fauent hoc argumento plerunque vtuntur, vt dicant; cùm vnum sit Reip. corpus vnius animo regendum videri.*

k *Egregie gesta in toga victoriis æquantur.*

l *Vana est adulatio post offensionem. Vel sic; semel offensus princeps adulatione non placatur.*

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

pridem inuisus, tanquam [a] ducta in matrimonium Vipsania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tyberij vxor fuerat, pluſquam ciuilia agitaret, Pollioniſque, Aſinij patris [b] ferociam retineret. Poſt quæ L. Arruntius haud multum diſcrepans à Galli oratione perinde offendit, quanquam Tyberio nulla vetus in Arruntium ira; [c] ſed diuitè, [d] promptum artibus egregiis, & [e] pari fama publicè ſuſpectabat. Quippe Auguſtus [f] ſupremis ſermonibus cùm tractaret, [g] quinam adipiſci principē locum, ſuffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel idem poſſent cuperentque, M. Lepidum dixerat [i] capacem, ſed aſpernantem, Gallum Aſinium auidum & minorem, L. Arruntium non indignum, & ſi caſus daretur, auſurum. De prioribus conſentitur. pro Arruntio quidam Cn. Piſonem tradidere. omneſque; præter Lepidum, variis mox criminibus, [h] ſtruente Tyberio, circumuenti ſunt. Etiam Q. Haterius & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxere. Haterius cùm dixiſſet, [i] quouſque

i Sic lib. 1. hiſt. Omnium conſcius capax imperij.

OBSERVATIONES.

a *Qui principū affinitatem ambit, plus quàm ciuilia, hoc eſt, altiora, quàm ciuem facere par eſt, ſpectare videtur. cum ea affinitate ſe quoque ad principum numerum quodammodo adſcribat.*

b *Ad filios non ſolum hæreditas earum rerum, quæ aut ſoli ſunt, aut mouentur, peruenit, verùm etiam perraro virtutum, ſæpiſſimè vitiorum, & cupiditatum. ideo non eſt mirandum, ſi ex patre feroci filius pari quoque ferocia naſcitur.*

c *Diuites prompti artibus egregiis, ac celebres homines nouis principibus plerunque ſunt ſuſpecti: nam cùm vtraque re plurimùm poſſint, velle etiam, aut audere videntur tentare ea, quæ plus, quàm ciuilia ſupra dixit Tacit.*

d & e *Tria omnino deſiderantur in eo, qui res magnas ſpectat, & tentat; quorum primæ ſunt diuitiæ; quæ quidem per ſe haud multum vtique poſſunt, ſi non ad his alterum quoque accedit, nempe, artes egregiæ, quæ vnæ docent opulentum hominem diuitiis vti. Atqui horum vtrumque eſt tanquam gladius in vagina, ſi ignoratur is, penes quem ſunt: itaque ex his celebritas famæ colligi debet, qua multitudinis fauor haud dubiè conciliatur.*

f *Plerunque ſupremi principum ſermones memoriæ mandantur.*

g *Sciendum eſt, tria eſſe hominum genera eorum, quorum mentio ita fit, vt hominum quibus munia reip. committi debent; quidam enim ſuffecturi, i. capaces in adminiſtratione reip. verſari nolunt. alij etſi impares, & minores, tamen volunt (quod genus hominum longè lateque patet). Alij etiam reperiuntur, qui iidem & poſſunt, & cupiunt, & ſi caſus detur, audent. Quod ſi princeps eos quibus cum res ipſa eſt, noſcet ita, vt quod ad genus redigi vnuſquiſque debeat, ſciat, bonis haud dubiè miniſtris vtetur, nec ſe in eo deceptum eſſe poſtea queri poterit.*

h *Tyrannus iis, quos imperio digniores iudicari, quàm ipſe eſt, videt, varia crimina ſtruit, eoſque tandem circumuenit.*

i *Hæc verba etſi ita accipi poſſunt, ac ſi dicat; cur non continuò, omiſſa omni cunctatione, te caput reip. hoc eſt, imperij Romani principem eſſe profiteris? tamen Tiberius ſuſpicioſiſſimus homo offenſus fuit duobus his verbis, caput reip. quippe aliud eſt, eſſe caput reip. & aliud eſſe dominum, & monarcham. nam vbi omnia ſunt in poteſtate vnius, ibi remp. nullam eſſe conſtat. Siquidem appellatione reip. deſignatur libertas, vt docent multa loca Taciti. libertate autem nihil neque grauius, neque odioſius dici poteſt ei, qui remp. oppreſſit. itaque non mirum eſt, Tiberium, eo patiſſimum loco, ac tempore, quo potentiam & principatum ſuum, conſenſu Senatus & pop. Romani firmare volebat, vel ſola libertatis & veteris reipub. mentione grauiter offenſum eſſe.*

patieris

patieris Cæſar non adeſſe [a] caput reipub? Scaurus quia dixerat, ſpem eſſe ex eo, non inritas fore ſenatus preces, [b] quod relationi conſulum, iure tribunitiæ poteſtatis, [c] non interceſſiſſet. In Haterium ſtatim inuectus eſt. Scaurum, cui [i] implacabiliùs iraſcebatur, [d] ſilentio tramiſit. Feſſuſque clamore omnium, expoſtulatione ſingulorum, flexit paulatim, non vt fateretur ſuſcipi à ſe imperium, ſed vt negare, & rogari deſineret. Conſtat Haterium, cùm deprecandi cauſa palatium introiſſet, ambulantiſque Tyberii genua [k] aduolueretur, prope à militibus interfectum, quia Tyberius caſu, an manibus eius impeditus, prociderat. Neque tamen periculo talis viri mitigatus eſt, donec Haterius Auguſtam oraret, eiuſque [e] accuratiſſimis precibus protegeretur. Multa patrum & in Auguſtam [f] adulatio, [g] alij parentem, alij matrem patriæ appellandam, plerique vt nomini Cæſaris adſcriberetur, [h] Iuliæ filius, cenſebant. Ille [i] moderandos fœminarum honores dictitans, eadémque ſe [k] temperantia vſurum in his, quæ ſibi tribuerentur,

i Sic lib. 4. hiſt. inda graues ſimultates, quas Antonius impolitus, Mutianus vallidè, eoque implacabiliùs nutriebat.

k Sic lib. 4. hiſt. ex plebe Alexandrina quidam oculorum tabe nouus genus eius adulatus eſt. Sic Pater. lib. 2. hiſtor. genibus eius adulatus eſt.

OBSERVATIONES.

a *Princeps eſt caput Reip.*

b *In ſenatu ſententiæ de eo dicebantur quod Conſules ad eum retuliſſent. Retulerant autem, vt ex his verbis colligitur, vt S. C. fieret, quo S. C. Tiberius renunciaretur princeps. cui relationi poterat is, cum Tribunus plebis eſſet, intercedere, hoc eſt, impedire quominus ſententiæ ea de re dicerentur. id quod cùm non feciſſet, apertè ſatis quæ mente eſſet, declarabat; nam principatum adipiſci flagrantiſsimè cupiebat. Stultè itaque Mamercus Scaurus, qui arguit id à Tiberio, cùm poſſet, non eſſe factum, quod ſi factum eſſet, hoc eſt, ſi relationi Conſulum ab ipſo interceſſum eſſet, princeps non foret. nam his verbis artem Tiberij, quam is occulere ſummè ſtudebat, in apertum proferebat. Itaque præſtat omnino tacere, quam ea coram principe, aut de principe loqui, præſertim non neceſſaria, quæ poſſunt illius animum ſuſpicacem perſtringere.*

c *Qui remp. opprimit, huius verba ſint modeſtiæ plena. cæterùm nihil committat quominus ad id, quod vult, perueniat. atque imitetur Tiberium, qui in ſenatu variè diſſerebat de magnitudine imperij, confebátque in ciuitate tot illuſtribus viris ſubnixa non ad vnum omnia deferri oportere. qui tamen cùm Cõſules de eius principatu ad ſenatum retuliſſent, ei relationi nequaquam, cùm poſſet, interceſsit.*

d *χρειοσων γὰρ βασιλεὺς, inquit Calchas Teſtorides apud Homer. Ιλια. α. ὅτε χόλον ἀνδρὶ χέρηϊ, ἐπῖσῳ γὰρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ κατατέψῃ, ἀλλά γε καὶ μετόπισθε ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ ἐν σῇσιν εἰσὶ, planiſſimè. nam cui principes implacabiliùs iraſcuntur, cum hoc non verbis diſceptare ſolent; ſed odium vſque eò alto condunt pectore, quoad circumueniendi, perdendique hominis tempus adſit. Itaque obſeruandum eſt; factis, aut verbis ſemel offenſum principem vix vnquam mitigari.*

e *Accuratis matrum precibus filij valde mitigari ſolent.*

f *Adulatio non modò perſonam principis, verùm etiam eos omnes, qui auctoritate apud ipſum plurimùm poſſunt, circunſtat.*

g *Ineunte principatu nullus adulandi modus eſt.*

h *Summi honores qui fœminæ, atque adeò matri principis tribui poſſunt, hi ſunt, nempe, vt parens, materue patriæ appelletur; aut vt nomini principis adſcribatur, N. filius.*

i *Qui impotentem animum gerunt, cuiuſmodi ſolent eſſe fœminæ, his non plus honorum, & potẽtiæ tribui, quàm capere poſſunt, debet.*

k *Nouus princeps in ijs honoribus, qui ſibi tribuuntur, magna temperantia vti debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cæterùm anxius inuidia, & muliebre fastigium [a] in diminutionem sui accipiens, ne lictorem quidem ei decerni passus est: aram que adoptionis, & alia huiusce modi prohibuit. [b] At Germanico Cæsari proconsulare imperium petiuit, [c] missique legati qui deferrent, simul [d] mœstitiam eius, ob excessum Augusti, solarentur. quo minus idem pro Druso postularetur, ea causa, quòd designatus consul Drusus, præsensque erat. Cãdidatos præturæ duodecim nominauit, numerum ab [e] Augusto traditum: & hortante senatu, vt augeret, [f] iureiurando obstrinxit, se nõ excessurum. Tum primùm è campo comitia ad [g] patres trãslata sunt. Nam ad eam diem, etsi potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant. Neque [h] populus adẽptum ius questus est, nisi inani [i] rumore: & senatus largitionibus ac precibus sordidis exolutus, libens tenuit, [k] moderante

OBSERVATIONES.

a *Obseruent principes, sibi imprimis cauto opus esse, ne cui mortalium, quisquis ille est, ac ne parẽtibus quidem maiores, quàm ipsi vsque adepti sunt, honores decerni patiantur. qui quid enim fastigij apud alios est, id haud dubiè vertitur in diminutionem sui. Quin & illud addo; Quò magis propinqui, & affines principis erecti sunt in spem adipiscendi summos honores, tanto impensius principem eniti debere vt eos deprimat; adeò vt nunquam non eos sibi subiectos despectet; illi autem ipsum suspiciant. Tiberius certè matri ne lictorem quidem decerni passus est.*

b *Quem princeps ob genus, ac virtutem, principatum, regnumue adipisci posse, si modò velit, videt, huic vt non maxima quæque concedere, ita & multa vltro tribuere debet. Siquidem ex nimia amoris significatione, verendum est, ne is insolens, ac principi ipsi intolerandus euadat. contra etiã si spretus, contemptúsque sit, eò vsque irritetur, vt id tandem, quod se posse sperat, audeat.*

c *Nihil est tam vsitatum, ac tritum, quàm dignitates absentibus per legatos mitti posse.*

d *Mittuntur etiam legati ad propinquos principis defuncti; nempe, ad solandam eorum mœstitiam propter illius obitum.*

e *Consultè faciet princeps, si non mutabit, quoad eius fieri potest, ea, quæ à defuncto principe, cui ipse in principatu successit, gratissimæ memoriæ homine instituta, & obseruata sunt.*

f *Libero iureiurando quemque obstringi constat.*

g *Ea est natura principatus, vt populo eripiat ius suffragii ferendi; illudque transferat ad paucos principi deuinctos.*

h *Nouus princeps etsi in eo totus esse debet, vt, quacunque ratione potest, omnia ad se vnum trahat, tamen id sensim facere debet, ne ob repentinam status mutationem, vno omnium ore tyrannus, hoc est, reip. hostis iudicetur, ac proinde parum suæ & vitæ, & existimationi consulat. Certè Augustus ius suffragij ferendi populo non eripuit quidem, sed id dedit operam, vt potissima quæque arbitrio suo administrarentur. id quod cùm suis artibus, suáque potentia adeptus esset, potuit Tiberius paruo negotio, quod reliquum erat, perficere, nempe, eripere populo pristinæ libertatis immemori ius suffragij ferendi. quod cùm reuera esset inane, siquidem maximæ quæque res ab vnius principis voluntate pendebant, non mirum est, si speciem & imaginem hanc libertatis veriùs, quàm libertatem, ab Augusto per ludibrium relictam sibi eripi nequaquam populus est questus.*

i *Princeps vt populi consensum non spernere, ita inani eiusdem rumore commoueri non debet.*

k *Qui recens oppressit remp. id agere debet, vt ipse vnus magistratus creet eos, qui sibi ab senatu commendantur. Sic enim potentioribus satisfacit, sibique illos deuincit, qui quam obtinent dignitatem ipsi acceptam referunt. hi autem qui designantur, seu commendantur debent esse pauci; ne, cùm paucos creari oporteat, multi, qui repulsam passi sunt, se spretos esse queri possint.*

Tyberio, ne plures, quàm quatuor cãdidatos commẽdaret, sine repulsa & ambitu designandos. Inter quæ tribuni plebei petiuere, vt proprio sumptu ederẽt ludos, qui de nomine Augusti Fastis additi Augustales vocarẽtur. sed decreta pecunia ex ærario, vtque per circum triumphali veste vterentur. curru vehi haud permissum. Mox celebratio annua ad prætorem translata, cui inter ciues, & peregrinos iurisdictio euenisset. Hic rerum vrbanarum status erat, cùm Pannonicas legiones seditio incessit, nullis nouis causis, nisi quod [a] mutatus princeps licentiam turbarum, & ex ciuili bello [b] spem præmiorum ostendebat. Castris æstiuis tres simul legiones habebantur, præsidente Iunio Blæso, qui fine Augusti, & initiis Tyberij auditis, ob iustitium, aut gaudium [c] intermiserat solita munia. Eo principio [d] lasciuire miles, discordare, pessimi cuiusque sermonibus præbere aures, denique luxum & otium cupere, [e] disciplinam & laborem aspernari. Erat in castris Percennius quidam, [f] dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, [g] procax lingua, & miscere cœtus histrionali studio doctus. [h] Is imperitos animos, & quænam post Augustum militiæ conditio ambigentes, impellere paulatim nocturnis conloquiis, aut flexo in vesperam die, & dilapsis melioribus, deterrimum quenque congregare. Postremò promptis iam & aliis seditionis ministris, velut concionabundus interrogabat, cur [i] paucis centurionibus,

OBSERVATIONES.

a *Principatu nondum planè confirmato, & corroborato, mutationem principis apud milites licentiam turbarum creare satis constat.*

b *Qui ex ciuilli bello victor redire studet, quod vi non potest, id arte det operam vt assequatur. atqui inter cæteras artes, quæ ad eam rem sunt necessariæ, hæc, scilicet, inter præcipuas connumeratur, vt validos exercitus magna spe præmiorum ad suas partes pertrahat.*

c *Simulatque imperator solita munia intermittit, lasciuire miles incipit; nullumque non mali genus in exercitu oritur.*

d *Hi gradibus sensim ad seditionem perueniunt; lasciuia, discordia, seditioso cuique præbendo aures, luxu, otio; quæ omnia sunt contraria disciplinæ, & labori.*

e *Militia duabus potissimùm rebus nititur; disciplina & labore.*

f *Obseruet is, cui id negotij datum est, vt exercitum conscribat, Militiam vsque eò esse sacrosanctam, vt in eam assumi infames personas, id verò perquam indignum sit. siquidem vix fieri potest, vt quisque non eas artes in castra conferat, quas tenet. quod siquis artẽ ludicram, priùs quàm miles esset, professus est, eccui dubium est, quin aliquando ea abutatur ad corrumpendam disciplinam militarem? At histriones esse infames docet Iurisconsultus in tit. ff. de his qui not. infam.*

g *Procacitas linguæ obscurum hominem, malisque artibus imbutum arguit.*

h *Hic est seditiosorum hominum mos, vt animos imperitos impellant nocturnis colloquiis, aut iam appetente nocte, ac dilapsis melioribus deterrimum quemque congregent.*

i *Seditiosi homines, rerumque nouarum cupidi solent verbis extenuare numerum, ac vires eorum, qui cæteris imperant. qui si cum obedientium ingenti multitudine conferantur, perpauci, ac proinde cæteris impares reperientur. eandem propemodum fuisse orationem Manlij ad plebem Romanam testis est Liu. lib. 6. histor. ab vrbe cond.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauciores tribunis, in modum [a] seruorum [b] obedirent? quando ausuros expoſcere remedia, niſi [c] nouum, & nutantem adhuc principem precibus, [d] vel armis adirent? ſatis per tot annos [e] ignauia peccatum, quòd tricena, aut quadragena ſtipendia ſenes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent: ne dimiſsis quidem finem eſſe militiæ, ſed apud vexillum retentos, [f] alio vocabulo, eoſdem labores perferre: ac ſi quis tot caſus vita ſuperauerit, trahi adhuc diuerſas in terras, vbi [g] per nomen agrorum, vligines paludum, vel inculta montium accipiant. [h] Enimuero militiã ipſam grauem, [a] infructuoſam: denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari: hinc veſtem, arma, tentoria, hinc ſæuitiam centurionum, & vacationes munerum redimi. at hercule verbera, & vulnera, duram hyemem, exercitas æſtates, [h] bellum atrox, aut ſterilem pacem ſempiterna: nec aliud leuamentum, quàm ſi certis ſub legibus militia iniretur; vt ſingulos denarios mererent; [i] ſextuſdecimus ſtipendii annus finem adferret, ne vltra ſub vexillis tenerentur, ſed iiſdem in caſtris præmium pecunia ſolueretur. An prætorias cohortes quæ binos denarios acceperint, quæ poſt ſexdecim annos penatibus ſuis reddantur, plus periculorum ſuſcipere? non obtrectari à ſe vrbanas excubias, ſibi tamen [k] apud horridas gentes è cõtuberniis hoſtem aſpici. [l] Adſtrepebat vulgus diuerſis incitamentis; hi uerberum notas, illi caniciem, plurimi detrita

[g] Ita loquitur lib 12. an vt æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoueret.
[a] Sic lib. 1. hiſt. denique infructuoſam, & asperam militiã tolerauerat.

OBSERVATIONES.

a *Non omne imperium vnius & eiuſdem eſt naturæ. nam aut imperamus iis, qui noſtri ſunt. in hos autem poſſumus vti patria poteſtate, aut ea, quæ eſt dominorum in ſeruos: aut iis præfecti ſumus, qui aut vltro, aut mercede nobis, aut reip. operam præſtant. ab his autem ſiquid præter id, quod æquum eſt, poſtulatur, de eo nemini dubium eſt, quin meritò conqueri ad quos ea res pertinet, poſſint.*
b *Subiectis principum & militibus nihil eſt æquè odioſum ac ſeruitus.*
c *Multo minori negotio princeps nouus, & adhuc nutans euerti poteſt, quàm is, qui principatum firmis iam ſubſidiis munit.*
d *Duabus omnino rationibus id, quod volumus, conſequimur; precibus; aut, vbi his parum procedit, vt quicquam agamus, vi. quòd ſi cum principe res eſt, illas ſubiecti, hanc adhibent ſeditioſi.*
e *Ignauiæ eſt ſimulachrum patientiæ; ſiquidem illa eſt vitium affine huic, quæ connumeratur inter maximas virtutes.*
f *Lepidè interdum imperator in exercitu, & princeps in rep. fruſtrari homines poſſunt, mauis mutandis nominibus earum rerum, ob quas tumultus excitantur, quàm res ipſas. ſic enim nihilominus quod volunt, peragunt; & iis quibuſcum ipſis res eſt, ſatisfaciunt.*
g *Querelæ militum elegantiſsimè à Tacito his verbis deſcribuntur; enimuero militiam. &c.*
h *Mali, atque ignaui milites neque bellum, neque pacem pati poſſunt; illud nimis atrox; hanc ſterilem appellant.*
i *Qui ſexdecim annos militauit, is miſsione dignus videri poteſt.*
k *Haud dubiè multò grauior eſt militia apud exteras, longinquas, eaſque horridas gentes, vbi multa damna toleranda ſunt, quàm in patria, & apud penates ſuos.*
l *Vulgus ad deterrima quæque ſe libenter adplicat, præſertim cùm accedunt incitamenta, quibus eò impelli poteſt.*

tegnima

tegmina, & nudum corpus exprobrantes. Poſtremò eò furoris venere, vt tres legiones [a] miſcere in vnam agitauerint. Depulſi [b] æmulatione, quia ſuæ quiſque legioni eum honorem quærebant, aliò vertunt, atque vnà tres aquilas, & ſigna cohortium locant, ſimul cõgerunt cæſpites, extruunt tribunal, quò magis conſpicua ſedes foret. Properantibus Blæſus aduenit, increpabatque, ac retinebat ſingulos, clamitans, mea potiùs cæde imbuite manus: [c] leuiore flagitio legatum interficietis, quàm ab imperatore deſciſcitis: aut incolumis fidem legionum retinebo, aut iugulatus pœnitentiam adcelerabo. Aggerebatur nihilominus cæſpes. iamque pectori vſque adcreuerat, cùm tandem peruicacia victi incœptum omiſere. Blæſus [d] multa dicendi arte, [e] non per ſeditionem & turbas deſideria militum ad Cæſarem ferendâ ait: [f] neque veteres ab imperatoribus priſcis, neque ipſos à diuo Auguſto tam noua petiuiſſe, & [g] parum in tempore, incipientes principis curas onerari. Si tamen tenderent in pace tentare quæ ne ciuilium quidem bellorum victores expoſtulauerint, cur contra [h] morem obſequii, [i] contra fas [k] diſciplinæ vim meditentur? decerne-

OBSERVATIONES.

a *Quemadmodum qui aliquem infringere ſtudet, ei danda eſt opera, vt illius vires, quâ poteſt, diſtrahat; ita qui magnum, ac periculoſum aliquod facinus aggrediuntur, hi quicquid habent virium, quibus nituntur, quaſi vnum in corpus redigere debent, ne perrumpi poſſint. cæterùm nouarum rerum auctor conſultè faciet, ſi ſuarum partium homines ita miſcebit vt, quid quiſque ſeorſim ab cæteris aut dixerit, aut egerit, non internoſci queat; ne poſt victoriam aliquos, ac nimium forte aſſe multos præmiis donare, ob diſcretam virtutem, & manifeſtius ſpectatam, cogatur; aut ſi forte res malè cadat, in præcipuos aliquos turbarum auctores grauius animaduerti ab eo principe, qui eo facto læſus eſt, poſſit; tanquam in eos qui non publica omnium cauſa continentur; ſed qui, quòd inter cæteros noſcitari potuerunt, ipſi ſua quoque & dicta, & facta præſtare debent.*
b *Aemulatio honoris, quem quiſque ſibi potiùs, quam alij tribui vult, plus vtique poteſt, quàm furor, & ſeditio.*
c *Leuiore flagitio interficitur legatus, ſeu quis alius dux exercitus, quàm deficitur ab imperatore, ſiue principe. hoc eſt, nullum licet atrociſsimum crimen tantum eſt, vt cùm eo comparari poſsit, cùm læditur maieſtas principis deficiendo ab eo.*
d *Perpaucos reperias egregios fuiſſe imperatores, qui non ijdem multa dicendi arte præſtiterint.*
e *Nec populi, nec militum deſideria per ſeditionem, & turbas ad principem, ſeu imperatorem deferri oportet. idque adeò verum eſt, vt, quod iuſtum deſiderium fortaſſe eſt, illud ipſum vis, & ſeditio iniquiſsimum reddat. Siquidem omnibus in rebus, quæcunque tandem illæ ſunt, non magis quod agitur, quàm qua ratione, quaque arte quidque agatur, attendi & ſolet, & debet.*
f *Veterem, & recentem hiſtoriam tenere debet imperator, vt ex ea promere exempla, prout res poſtulabit poſsit.*
g *Planè iniquus, & impudens eſt is, qui nouis, & inuſitatis petitionibus incipientes principis curas onerat.*
h *Quemadmodum obſequio ſubiectorum nititur principis maieſtas, ac proinde ſecuritas reip. ita obſequium militum eſt fundamentum diſciplinæ militaris; quo ſublato militiam atque adeo imperium intercidere conſtat.*
i *Illud ipſum repeto quod paulò ante obſeruaui; omnia, quæcunque ab ſubiectis in principem, aut ab exercitu aduerſus imperatorem per vim aguntur, fieri contra fas.*
k *Exercitus in omnibus, etiam grauiſsimis poſtulatis, morem obſequij, & diſciplinam militarem retinere debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent [a] legatos, [b] seque coram mandata darent. Adclamauere vt filius Blæsi tribunus legatione ea fungeretur, peteretque militibus missionem ab sexdecim annis: [c] cætera mandaturos vbi prima proueniissent. Profecto inuene modicum otium: sed superbire miles, quòd filius legati orator publicæ causæ, satis ostēderet, [d] necessitate expressa, quæ [e] per modestiam non obtinuissent. Interea manipuli ante cœptam seditionem Nauportum missi, [f] ob itinera, & pontes, & alios vsus, [g] postquam turbatum in castris accepere, vexilla conuellunt, direptisque proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod municipii instar erat, retinentis centuriones [h] inrisu & contumeliis, postremò verberibus infectantur, præcipua in Aufidienum Rufum præfectum castrorum ira, quem direptum vehiculo sarcinis grauant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes, an tam immensa onera, tam longa itinera libenter ferret? Quippe Rufus [i] diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus, antiquam, duramque militiā reuocabat, inuictus operis ac laboris, & eò immitior quia tolerauerat. Horum aduentu redintegratur seditio, & vagi circumiecta populabantur. Blæsus paucos maximè præda onustos [k] ad terrorem cæterorum adfici verberibus, claudi carcere iubet. Nam etiam tum legato à centurionibus, & optimo quoque manipulariū parebatur. Illi obniti trahentibus, prensare circunstantium genua, ciere modò nomina singulorum, modò centuriam quisque cuius manipularis erat, cohortem, legionem,

OBSERVATIONES.

a *Per legatos omnia legitimè aguntur.*

b *Ad militarem disciplinam pertinet, dare operam, ne quidquam exercitus agat, nisi coram, & præsente, & si fieri potest, auctore imperatore.*

c *Multa & maxima petituros obseruet, non omnia simul peti oportere; sed gradatim; atque ita vt, quæ facilius impetrari posse videntur, priùs petat: quæ vbi prouenerint, tum demum illa, quæ difficilius obtineri possunt, tentare tendat.*

d *Tum maximè superbiunt homines cùm, quæ abiecta modestia, per vim, sunt expressa, procedut.*

e *Interdum necessitate exprimuntur quæ priùs per modestiam obtineri non potuerant.*

f *Quàm sæpissimè apud veteres scriptores obseruari potest, ad militarem disciplinam & hoc pertinuisse, vt milites ipsi sibi itinera, pontes, aliáque eius generis, cuiusmodi sunt, aggeres, vallum, fossæ, turres, aliaque conficerent, & reficerent, secus quàm hodie fit. quippe ne miles otio corrumperetur, patientia laborum durari eum oportere maximus quisque vir semper existimauit.*

g *Similes à similibus ad deterrima quæque facilè impelluntur.*

h *Hi sunt gradus iniuriæ; inrisus; contumelia; verbera.*

i *Is demum qui cæteris præficiatur dignus est, non qui, vt hodie mos est, priùs imperat, quàm antea obtemperauerit, sed quem ab infimo ad supremos militiæ gradus propria virtus euexit. hic certè quia labores militares aliquando tulit, cùm quos ad bellum ducat, sunt, non corruptam, ac depraua-tam, cuiusmodi cuperent ignaui milites, sed inuictus scilicet, operis, ac laboris, antiquam, duramque militiam, cuius ope res maximæ geruntur, reuocat.*

k *Seditione in exercitu coorta, dux, seu imperator in paucos animaduertere debet ad terrorem cæterorum. in quos autem animaduertit, ij esse debent, qui in eo scelere deprehensi sunt, cuius nulla, ne apud furentes quidem excusatio reperiri potest; exemplo Blæsi, qui præda onustos punit, quia in eo peccatum esse aduersus disciplinam militarem inficiari nemo poterat.*

eadem

eadem omnibus imminere clamitantes: simul probra in legatum cumulant, cœlum, ac deos obtestanttur; [a] nihil reliqui faciunt; quò minus inuidiam, misericordiam, metum, & iras permouerent. Adcurritur ab vniuersis; & carcere effracto, soluunt vincula: [b] desertoresque, ac rerum capitalium damnatos sibi iam miscent. Flagrantior inde vis, [c] plures seditioni duces. & Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blæsi adleuatus circunstantium humeris apud turbatos, & quid pararet intentos; Vos quidem, inquit, his innocentibus, & miserrimis lucem & spiritum reddidistis, sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem missum ad vos à germanico exercitū de communibus commodis, nocte proxima iugulauit per [d] gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque armat? Respondē, Blæse, vbi cadauer abieceris. [e] ne hostes quidem sepulturam inuident. cùm oculis, cùm lacrimis dolorem meum impleuero, me quoque trucidari iube, dum, interfectos nullum ob scelus sed quia vtilitati legionum consulebamus, ii sepeliant. Incendebat hæc fletu, & [f] pectus atque os manibus verberans: mox disiectis, quorum per humeros sustinebatur, præceps, & singulorum pedibus aduolutus, tantum consternationis inuidiæque conciuit, vt pars militum, gladiatores qui è seruitio Blæsi erant, pars cæteram eiusdem familiam vincirent; alii ad quærendum corpus effunderentur, ac nî properè neque corpus vllum reperiri, & seruos, adhibitis cruciatibus, abnuere cædem, neque illi fuisse vnquam fratrem pernotuisset, haud multum ab exitio legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectum castrorum extrusere. Sarcinæ fugientium direptæ. & centurio Lucillius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, cedo alteram, indiderant: quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat. Cæteros latebræ texere, vno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, [g] ob promptum ingenium. Quin ipsæ inter se legiones octaua &

OBSERVATIONES.

a *Hic est mos illorum, quos propria flagitia debitis offerunt suppliciis, vt eos sibi in auxilium adnocent, quos ipsos eadem, aut grauiora meritos intelligunt.*

b *Seditio sæpe multis, quorum de vita, ob flagitia, actum erat, opem tulit.*

c *Si non initio seditio compescitur, adeò crebrescit, vt, pro vno plures ei duces exuroant.*

d *Odiosum atque adeò turpe est, vti opera aliorum, quàm militum, in bello: nisi id necessitas suadet. gladiatores certè inde amoueri procul dubio debent. id quod alius Taciti locus apertè docet, lib. 2. histor. ac deforme, inquit, insuper auxilium, duo millia gladiatorum, sed per ciuilia arma etiam seueris ducibus vsurpatum.*

e *Hostis hosti sepulturam non inuidet.*

f *Non temperare manus à pectore, & ore, est animi valde impotentis argumentum, atque adeò eius, qui nihil minus sentit, quàm id, quod videri vult.*

g *Quidam promptum ob ingenium maximis persæpe periculis eripiuntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quintadecuma ferrum parabant, dum centurionem cognomento Sirpicum, illa morti deposcit, quintadecumani tuentur, ni miles Nonanus preces,& [a] aduersum aspernantis minas interiecisset. Hæc audita, quanquam abstrusum,& tristissima quæque maximè [b] occultatem Tyberium perpulere,vt Drusum filium cum primoribus ciuitatis, duabusque prætoriis cohortibus mitteret,[c] nullis satis certis mãdatis,ex re consulturum. & cohortes delecto milite supra solitum firmatæ. Additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, qui tum custodes Imperatori aderant: simul prætorii præfectus Aelius Seianus collega Straboni patri suo datus,magna apud Tyberium autoritate, [d] rector [e] iuueni, & cæteris [f] periculorum,præmiorumque ostentator. Druso propinquanti quasi per officium obuiæ fuere legiones,non lætæ(vt adsolet) neque insignibus fulgentes, sed inluuie deformi & vultu, quanquam mœstitiam imitarentur, [f] [g] contumaciæ propiores. Postquam vallum introiit, [g] portas stationibus firmant:globos armatorum certis castrorum locis opperiri iubent:cæteri tribunal ingenti agmine circumueniunt. Stabat Drusus,silentium manu poscens.illi [h] quoties [i] oculos ad multitudinem retulerant,vocibus truculentis strepere: rursum [i] viso Cæsare, trepidare. [h] murmur incertum, atrox clamor,& repente quies, diuersis animorum motibus [l] pauebant terrebantque. Tandem interrupto tumultu literas

[a] Sic lib. 1. hist. rasus per vias populus, mœstis plenus, deiecti in terrã militum vultus,ac plus tristitiæ, quàm pœnitentiæ. & lib. 4. nemo supplicia vel ioco, sed tristes, & truces, &c.
[b] Sic lib. 1. hist. sed plurima ad fingendum, credendumque materies in ipsis vitiis, odio, metu, & vbi vires suas respexerãt, fecuritate.

OBSERVATIONES.

a *Hæc est optima ratio componendarum litium, cùm res ad arma spectat, vt, qui vtrique parti optimè consultum cupit, aduersus vtramque adhibeat preces, vt amicè quicquid est controuersiæ dirimatur. Mox vbi parum procedit, vt precibus quicquam profici possit, aduersus aspernantes minas interueiat, quibus deterriti ferociores arma ponant,& concordiam amplectantur.*

b *Prudenter facit princeps, si non tristissima quæque vulgat, sed ea quàm maximè fieri potest, occultat.*

c *Vbi periculum est in mora, quàm maxima celeritate fieri potest, princeps quò res postulat, legatos mittere debet, nullis satis certis mandatis, (nam cur mandet, si quid mandandum sit, nescit?) sed ex re præsenti quod facto opus erit, consulturos.*

d *Adolescentibus, quibus res magnæ sunt commissæ, dandi sunt rectores.*

e *Qui pericula idem præmia ostentare debet. quicquid secus fit, præter æquum fit.*

f *Vultus tristis non semper mœstitiæ, sed interdum contumaciæ index est. idem iudicauit de Romanorum demisso vultu, fixisque in terram oculis Ofilius Calauy Ouy Campani filius, vt est apud Liu. lib. 9. histor. ab vrbe cond.*

g *Qui in sua potestate locum aliquem retinere studet, portas stationibus firmet, & globos armatorum certis locis disponat.*

h *Seditionis authores quoties oculos conuertunt ad multitudinem ferocem, & contumacem, vocibus truculentis obstrepunt: inde enim suo furori opẽ & auxilium sperant. nimirum accidit plerunque, vt exercitus contemplatus frequentiam suam (vt est apud Paterc. lib. 2. histor.) à disciplina desciscat, & quod cogere se putat posse, vogare non suslineat.*

i *Aspectus principis (mirum dictu) seditiosissimum, & ferocissimum quemque terret.*

k *Multitudo adeo est discolor, vt ex ea murmur incertum, atrox clamor, repente etiam quies, effectus diuersorum animi motuum oriantur.*

l *Hæc est natura multitudinis, vt, vel tum maximè cùm terret, paueat.*

patris recitat,in quis perscriptum erat,[a] præcipuam ipsi fortissimarum legionum curam, quibuscum plurima bella toleraussset. Vbi primùm à luctu requiesset animus,acturum apud patres de postulatis eorum:misisse interim filium, vt sine cunctatione[b] cõcederet quę statim tribui possent:cætera senatui seruanda, [c] quem neque gratiæ,neque seueritatis expertem haberi par esset. Responsum est à concione, mandata Clementi centurioni quæ præferret: is orditur de missione à sexdecim annis, de præmiis finitæ militiæ:vt denarius diurnum stipendium foret:ne veterani sub vexillo haberentur. Ad ea Drusus cùm arbitrium senatus & patris [d] obtẽderet,clamore turbatur:cur venisset, neque augendis militum stipendiis,neque adleuandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia. At [e] hercule verbera,& necẽ cunctis permitti. Tyberium olim,nomine Augusti,desiderta legionum frustrari solitum. easdem artes Drusum retulisse.nunquamne nisi ad se filios familiarum venturos?nouum id planè, quod Imperator sola militis commoda ad senatum reiiciat: eundem ergo senatum consulendum quoties supplicia, aut prælia indicantur. an præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse? Postremò deserunt tribunal, vt quis prætorianorum militum, amicorumue Cæsaris occurreret, manus intentantes, [f causam discordiæ,& initium armorum] [g] maximè infensi Cneo Lentulo, quòd is ante alios ætate & gloria belli,firmare Drusum credebatur,& illa militiæ flagitia primus aspernari.Nec multò post digredientem cum Cæsare,ac prouisu periculi hyberna castra repetentem circunsistunt rogitantes, quò pergeret? ad imperatorem, an ad patres?vt illic quoque commodis legionum aduersaretur? simul ingruunt, saxa iaciunt. Iamque lapidis ictu cruentus,& exitii certus, adcursu multitudinis, quæ cum Druso aduenerat, protectus est. Noctem minacem,& in scelus erupturam fors leniuit. Nam Lu-

[f] hæc supra sunt.

OBSERVATIONES.

a *Imperator mirificè sibi conciliat benevolentiam exercitus, si palam profitetur, sibi illius præcipuã esse curam; ac milites rerum ab se,ipsorum opera & virtute gestarum commonefacit, eosque suorum laborum,ac periculorum socios nominat.*

b *Seditio ijs rebus continuò sedari potest, quæ illi causam dederunt, si concedantur.*

c *Amplissimi ordinis arbitrium esse debet, quos princeps gratia complecti debeat; & erga quos itidem seueritatem adhiberi oporteat.*

d *Imperatores nomine principis, i. obtendentes se principem consulturos esse, desideria militum lepidè frustrari possunt. quid prohibet, quominus hac arte vtantur ij omnes, quibus principum negotia sunt commissa?*

e *Planè iniquum est, vt supra annotaui, ei permitti supplicia, & grauissimas quasque animaduersiones, cuius in manu non est commodis, & vtilitati eorum prospicere, quibus præest.*

f *Nequam, & seditiosi homines ijs plerunque sunt infensi, quos præ cæteris gloria belli, & virtute præstare, ac proinde sua flagitia aspernari vident. certè in eorum perniciem, siquidem eos suis commodis aduersari putant, mira audacia, ac ferocia præcipites ruunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

na clariore penè cælo visa langvescere. Id miles rationis [a] ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans, prospereque cessura quæ pergerent, si fulgor & claritudo deæ redderetur. Igitur æris sono, tubarum, cornuumque concentu strepere, prout splendidior, obscuriorue lætari aut mœrere: & postquam ortæ nubes offecere visui, creditumque conditam tenebris, vt sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes, sibi æternum laborem portendi, sua facinora auersari deos lamentantur. [b] Vtendum inclinatione ea Cæsar, & quæ [c] casus obtulerat in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria iubet. Accitur centurio Clemẽs, & siqui alii [d] bonis [e] artibus [f] grati in vulgus, in vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inserunt, spem offerunt, metum intendunt. Quousque filium imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennione & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius & Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? denique pro Neronibus & Drusis imperium populi Rom. capessent? quin potiùs [g] vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœniten-

1. de militibus Sic Tasit. lib. 1 histor. quorum, inquit, finorem, vt largitionis, & ambitu malè acquirit, ita per bonas artes mutandum.

OBSERVATIONES.

a *Quarum rerum cognitione plebs abuti potest, has ipsam nescire, quam scire, præstat. Quin & illud addo; doctos homines aut admitti à principe debere ad gubernacula reip. vt horum operæ cæteris posiea vtatur facilioribus, & obsequentioribus; aut certè principi alia obtendenti, id agendum esse, quominus ij, quibus imperat, disciplinarum imperfecta cognitione imbuantur. hi enim plerumque omni exuto obsequio, & modestia, eò arrogantiæ, temeritatisque deueniunt, vt cur, quaque ratione quidque à principe agatur scisciatari, scrutarique audeãt, non priùs obtẽperaturi, quàm eam rem sibi probari affirmarint. Ex quo fonte ecquid nõ mali non modò priscis tẽporibus, sed & nostro hoc corruptissimo sæculo manauit? At optandũ est vt omnes philosophentur. quis negat? sed hoc dico, nos experientia docere, esse genus hominum, quod latè patet, qui dum id agunt, vt multa scire videantur, eo tandem inertibus studiis, & vana doctrinæ ostentatione euadunt, vt segne otium hoc studiorum nomine velent, ac sibi ipsis inutiles, cæteris non ferendi, morum optimorum, legum, principum, denique omnis disciplinæ sint contemptores: denique aspiciantur molesti, intempestiui, contumaces, & refractarij. certe principis interest, habere subiectos magis viros bonos, quàm literatos.*

b *Cùm imperitæ multitudinis perculsæ semel mentes mobiles sint ad superstitionem, siquid fortè accidit huiusmodi, cuius etsi ij, qui diu in causarum naturalium inuestigatione versati sunt, rationem reddere possunt, id tamen cuiusmodi sit plebi ignorate, ac proinde pauet, tunc si ita est è re nostra, insuper adiiciendi sunt metus ex iis, quæ dura & aspera, præterquè consuetudinem eueniunt; cuiusmodi est præmatura hiems, imbres continui, ac sæui, turbines, aquæ, ignes cælestes, & cætera huiusmodi, quæ prodigij loco habentur, quæ omnia tanquam à cælesti ira missa sanax imperator in exercitu, aut princeps in rep. interpretari debet, quasi aduersus impios hebescant sydera, nuant tempestates; vt dicet infra, nec aliud esse tot malorum leuamen iis persuadeat, quàm si quisque solutus piaculo ad officium redeat suum. nempe, hac ratione fidem sibi quisque, etiam falsis, ac futilibus præstruere potest, si modo talia sunt, quæ, vt ipse interpretatur, ac vult, ita esse credantur.*

c *Hominis est longè sapientissimi, quæ fors offert, ea in sapientiam vertere.*

d *Eximiæ est felicitatis, bonis artibus (id quod raro accidere videmus) gratiam apud vulgus adipisci: quippe satis constat, sæpius malis artibus popularem fauorem quæri.*

e *Sedandæ seditionis ratio hæc tutissima est, vt res, scilicet, per eos agatur, qui grati sunt in vulgus; illi enim vbique se inserere, spem offerre, ac metum seditiosis impune possunt intendere.*

f *Venia, & miseratione digni videntur, qui nouissimi in culpam, primi ad pœnitentiam sunt.*

tiam

tiam [a] sumus? [b] Tarda sunt quæ in commune expostulantur, priuatam gratiam statim mereare, statim recipias. Commotis per hæc mentibus, & inter se suspectis, [c] tironem à veterano, legionem à legione dissociant. Tum redire paulatim amor obsequii, omittunt portas, signa vnum in locum principio seditionis congregata suas in sedes referunt. Drusus orto die, & vocata concione, [d] quanquam rudis dicendi, nobilitate ingenita, incusat priora, probat præsentia: [e] negat se terrore, & minis vinci: flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri, vt placatus legionum preces exciperet. orantibus, rursum idem Blæsus & L. Apronius eques Romanus è cohorte Drusi, Iustusque Catonius primi ordinis centurio ad Tyberium mittuntur. Certatum inde sententiis, cùm alii opperiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem censerent, alii fortioribus remediis agendum: [f] nihil in vulgo modicum: terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impune contemni: dum superstitio vrgeat, [g] adiiciendos [h] ex duce metus, sublatis seditionis autoribus. Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. vocatos [i] Vibulenum & Percenniũ interfici iubet. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos: alii corpora extra vallum abiecta ostentui. Tum vt quisque præcipuus turbator, conquisiti: & pars extra castra palantes à centurionibus, aut prætorianarum cohortium militibus cæsi: quosdam ipsi manipuli [k] documentum fidei tradidere. Auxerat militum curas [l] præmatura

1 Sic loquitur lib. xi. metus ex imperatore & in vita Agricolæ, prop. fin. ex legato timor.

2 Sic lib. 4. hist. Apud interpretes pro ligula eo accipiebatur ipsa aquatilis pennis, tanquam nos ancones quoque & virgea imperij animimenta dicerent.

OBSERVATIONES.

a *Haud dubiè persuadet is, qui ita loquitur, tanquam si sit in coniuncta & re, & causa cum iis, apud quos verba facit.*

b *Quæ in commune i. reip. aut corporis alicuius gratia postulantur, ea solent esse tarda; i. non statim referuntur gratia vniuersis, eam vt singulis: ergo est tutius priuatam gratiam meueri, quàm contineri publica, quæ plerunque est tarda.*

c *Inter potissimas rationes sedandæ seditionis hæc connumeratur, vt seditiosi alij ab aliis, rationibus probabilibus, dissocientur; sintque inter se suspecti.*

d *Vir magnus, & illustris etsi rudis est dicendi, tamen nobilitate ingenita sit, vt, quæ loquitur magnum apud omnes pondus habeant. nam vtidem Tacit. lib. xv scribit, viro militari, hic adde, aut principi, authoritas pro facundia est.*

e *Hæc est principis in rep. maiestas, & imperatoris apud exercitum auctoritas, vt, vel in ipso summo discrimine, palam profiteatur se nequaquam terrore, ac minis vinci; Sed si flexos ad modestiam homines videat, si supplices audiat, tum verò se hac ratione adduci posse, vt, quæ ab se petuntur, concedat.*

f *Cum nihil sit in vulgo modicum, hæud dubiè aut pauet, aut terret. hæc cùm ita sint, danda omnino est opera vt pauear & pertimescat. id quod si erit, impune postea contemni potest.*

g *Simulatque vulgus pauere cœpit, insuper adiiciendi sunt metus.*

h *Sublatis seditionis autoribus sedatur seditio. Ita remota causa remouetur effectus.*

i *Simulatque seditio incipit labascere, fortia quæque remedia ad eam planè extinguendam protinus adhiberi debent.*

k *Documentum fidei satis magnum tradunt ij, qui in socios, aut in commilitones ideo sæuiunt, vt operam & fidem principi præstent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

hyems imbribus continuis, adeoque sæuis, vt non egredi tentoria, congregari inter se, vix tutari signa possent, quæ turbine atque vnda raptabãtur, durabat & formido cœlestis iræ, nec frustra aduersus impios hebescere sydera, ruere tempestates: non aliud malorum leuamentum, quàm ti linquerent castra infausta temerataque, & soluti piaculo suis quisque hybernis redderẽtur. primùm octaua, dein quintadecuma legio rediere. Nonanus opperiendas Tyberii epistolas clamitauerat. mox desolatus aliorum discessione [a] imminentem necessitatem sponte præuenit. & Drusus non expectato legatorum regressu, quia præsentia satis consederant, in vrbem rediit. Iisdem ferme diebus, iisdem causis Germanicæ legiones turbatæ, [b] quantò plures, tantò violentiùs, & magna spe fore, vt Germanicus Cæsar imperium alterius pati nequiret, daretque se legionibus, vi sua cuncta tracturus. Duo apud ripam Rheni exercitus erant, cui nomen superiori sub C. Silio legato, inferiorem A. Cæcinna curabat. Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui tùm intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua, [c] fortunam seditionis alienæ speculabantur. Inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab vndeuicesimanis quintanisque initio, & tractis prima quoque, ac vicesima legionibus. nam iisdem æstiuis in finibus Vbiorum habebantur per [d] otium, aut leuia munia. Igitur audito fine Augusti, [e] vernacula multitudo nuper acto in vrbe delectu, lasciuiq; sueta, laborum intolerans, implere cæterorum rudes animos: venisse tempus quo veteran imaturam missionem, iuuenes largiora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcerent, sæuitiamque centurionum [f] vlciscerentur.

OBSERVATIONES.

a *Sapienter facit is, qui imminentem tempestatem & necessitatem sponte præuenit.*

b *Quò maior est multitudo seditiosorum, hoc violentior est seditio.*

c *Seditiosorum non vna, eademque ratio est; alij enim timidiores fortunam alienæ seditionis interdum speculantur; nempe, vt ipsi postea ex ipsa re, & aliorum euentu sibi consulant. alij statim in rabiem prolabuntur. Vtri sint deteriores non facilè dixerim.*

d *Cùm omni tempore, omnibusque locis ac rebus otium vitari debet, tum verò potißimùm in exercitu valido. nam ex otio lasciuia, luxus, contumacia, seditio, cædes, teterrima quæque proficisci constat.*

e *Quid ab eo milite speres, à vernacula, inquam, multitudine, quæ nuper acto in magna aliqua vrbe delectu, lasciuiæ sueta, laborumque militarium intolerans est; nisi vt, simulatque ad exercitum venerit, cæterorum militum rudes animos impleat contumacibus vocibus, quæ nihil nisi maximam, & violentißimam seditionem commoueant? Ei igitur, cui conscribendus est exercitus, auctor sim, atque hoc consilij perlubens dederim, vt, non tam ex vrbana, ac vernacula multitudine corruptis, ac deprauatis moribus dedita, lasciuiæque sueta, quàm ex agris, iisque hominibus, qui laboribus, duritiæ, malo assuescunt, delectum habeat. nam fortior miles, vt ait Seneca lib. 7. epistol. epist. 52. ex confragoso venit: segnis est vrbanus & verna. Et paulo post, nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur.*

f *Hoc est proprium contumaciæ, vt, non id tantùm, quo sua commoda contineri putat, per vim eripiat; verùm etiam, quibus obtemperare æquum est, his non modò non pareat, sed, veluti ruptis habenis, vt hostes vlciscatur, aut vt reos ad supplicium trahat.*

Non

[a] Non vnus hęc vt Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora voceſque: [b] sua in manu sitam rem Romanam, suis victoriis augeri Remp. in suum cognomentum adsciscì imperatores. Nec Legatus obuiam ibat, [c] quippe plurium vecordia constantiam exemerat. repẽte [1] lymphati districtis gladiis in centuriones inuadunt [ea vetustissima militaribus odiis materies, & sæuiendi principium] prostratos verberibus multant, sexageni singulos, vt numerum centurionum adæquarent. Tum conuulsos laniatosque, & partim exanimos ante vallum, aut in amnem Rhenum proiiciunt. Septimius cùm perfugisset ad tribunal, pedibusque Cæcinnæ aduolueretur, eò vsque flagitatus est, donec ad exitium dederetur. [2] Cassius Chærea, mox cæde C. Cæsaris memoriam apud posteros adeptus, tum adolescens, & animi ferox, inter obstantes & armatos ferro viam patefecit. Non tribunus vltra, non castrorum præfectus ius obtinuit; vigilias, stationes, & si qua alia præsens vsus indixerat, ipsi partiebantur. Id militares animos altiùs coniectantibus præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, [d] quòd neque discìecti, nil paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent, tanta æqualitate & constantia, vt regi crederes. Interea Germanico per Gallias (vt diximus) census accipienti, excesisse Augustum adfertur. Neptem eius Agrippinam in matrimonio, pluresque ex ea liberos habebat. Ipse Druso fratre Tyberii genitus, Augustæ nepos; sed anxius occultis in se patrui auięque odiis, [e] quorum causæ acriores, quia iniquę: quippe Drusi mag-

[1] Sic lib. 2. hist. lymphatis ęco pectore animis.

[2] Vide Senecã lib. in sapientiã ubi cod. mittcap. 18. & Sueton. in Caligula.

OBSERVATIONES.

a *Tum demum periculosa est seditio, cùm non vnus, aut alter verba seditiosa in vulgus, atque apud trepidas militum aures iacit, seque seditioni ducem præbet; sed cùm sunt multa seditionis ora, voceſque in exercitu valido, quique se, suasque vires hactenus nouit, vt in sua manu remp. esse, eamque suis victoriis augeri, atque in suum cognomentum adsciscì imperatores videat.*

b *Cum res Romana eo potentiæ deuenerit vt, armis, & disciplina militari, hæc legionum propria, veraque laus videbatur esse, vt in ipsarum manu sita esset; suisque victoriis augeretur resp. inque suum cognomentum adsciscerentur imperatores.*

c *Quàm sæpißimè accidit, vt plurium vecordia vnius constantiam eximat. id quod in principe, & duce exercitus adeò est periculosum, vt, si cum furore, ac minis perterritum tam labascere sentiat furiosus miles, aut seditiosa multitudo, vix postea vllis furori, & impotentiæ modus imponi possit.*

d *Illud est teterrimum, ac periculosißimũ seditionis genus, atque adeò indicium motus implacabilis, cùm multitudo non est discꝛecta, aut discors, vt plerunque accidit in nouis tumultibus, sed adhibet virtutem, hoc est, concordiam ad tuenda sua mala, nempe furorem, & seditionem; nihilque agit paucorum instinctu; tunc enim sublatis, aut mitigatis autoribus, & ducibus, seditio sedari posset; sed omnes pariter ardescunt, pariter silent, tanta æqualitate, & constantia, vt regi credas. adeo vt tot, tantisque malis remedium adhiberi nulla ratione possit, nisi singulis quoque pariter satisfiat. Denique, vt vno verbo dicam; illa est teterrima seditio, quæ iisdem artibus fouetur, quibus maxima quæque imperia administrantur.*

e *Tunc verè offendimur, cùm iniquis, & falsis accusationibus nostram innocentiã peti intelligimus,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nũ apud populum Roma. memoria. [a] credebaturque si rerum potitus foret, libertatem redditurus. vnde [b] in Germanicum fauor, & spes eadem. Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuersa à Tyberii sermone, vultu, adrogantibus & obscuris. Accedebant muliebres offensiones, nouercalibus Liuiæ in Agrippinam stimulis, atque ipsa Agrippina paulò commotior, nisi quod [d] castitate, & mariti amore, quamuis indomitum animum in bonum vertebat. Sed Germanicus [e] quantò summę spei propior, tantò impensius pro Tyberio niti: Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in [f] verba eius adigit. Dehinc audito [g] legionum tumultu, [g] raptim profectus, obuias extra castra habuit, [h] deiectis in terram oculis, velut pœnitentia. Postquam vallum iniit, dissoni questus audiri cœpere. & quidam prehensa manu eius per speciẽ exosculandi inserunt digitos, vt vacua dentibus ora contingeret. alii curuata senio membra ostendebãt. Adsistentem concionem, quia permista videbatur, [i] discedere in manipulos iubet: sic meliùs audituros responsum: vexilla preferri, vt id saltem discerneret cohortes. tardè obtemperauere. Tunc

OBSERVATIONES.

a *Non maiori est odio ciuibus is, qui libertatem ipsis eripit, quàm charus & gratus is, qui eam Reip. reddit.*

b *Fauor patris plerunque filios etiam complectitur. Siquidem spes est, non modò opum, potentiæ, ac dignitatis, verùm etiam paternæ virtutis hæreditatem ad filios esse peruenturam.*

c *Difficile memoratu est, quàm grata sit in vulgus comitas principis, eiusque ciuile ingenium; & contra, quantò omnibus sit odio sermo, & vultus ipsius arrogans, & obscurus. Hinc itaque obseruandum est, eum, qui principi hominibus parum grato proximus est, sperateq; se principem locum obtinere posse, ita se debere componere, vt, quæ propter vitia ille merito cuiuis odio est, his summo studio declinatis, impleat pectus suum iis virtutibus, quæ illius vitiis planè aduersantur. nempe, si ille est auarus, hic sit liberalis; si propter crudelitatem malè audit, hic clementiam exerceat. id quod simulac viderit populus, qui solet esse acris animaduersor, & scrutator morum principis, quò magis illum odit, hoc magis hunc fouebit, colet, amabit; deque eius incolumitate, salute, ac dignitate sollicitus erit.*

d *In mulieribus amor mariti parit castitatem; hæc autem cætera vitia obtegit; efficitque, vt quamuis illæ habeant animum indomitum, eum tamen in bonum vertant.*

e *Hæc est natura viri præstantissimi, vt, quo propior summæ spei est, tantò impensiùs pro eo, penes quem sunt gubernacula reip. nitatur.*

f *Adigere populos, & ciuitates in sua verba, dubio adhuc rerum statu, omnino debet princeps. hoc autem nihil est aliud, quàm quod hodie dicitur, facere homagium.*

g *Simulatque ad imperatorem perlatum est, tumultum esse in castris, militémque seditione sæuire, si inde abest, nequaquam cunctari, sed eò raptim proficisci debet, vt sua præsentia militem ad sanitatem reuocare, rebusque perturbatis, & afflictis consulere possit.*

h *Vix fieri potest, vt non eum, qui se graniter peccasse, pœnamque commeritum esse intelligit, etsi iudice, aut principe ipso valentior est, pudeat scelerum: idque adeò, vt non audeat eos, quibuscum ipsi res est, porrecta fronte alloqui; sed deiectis in terram oculis contumacẽ pœnitentiam declaret.*

i *Ad maiestatem, & dignitatem imperatoris, atque adeò ad militarem disciplinam maximè pertinet, exercitum non confusum, ac permixtum, sed suis ordinibus, cohortibus, manipulis, vexillis distinctum alloqui.*

à ve-

à [a] veneratione Augusti orsus, flexit ad victorias triumphosque Tyberii, præcipuis laudibus celebrans quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima feciſſet. [b] Italiæ inde cõsensum, Galliarum fidem extollit, nil vsquam turbidũ, aut discors. [c] silentio hæc, vel murmure modico audita sunt. Vt seditionem attigit, vbi [d] modestia militaris, [e] vbi veteris disciplinæ decus, quonam tribunos, quò centuriones exegissent, rogitans: [f] nudát vniuersi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant: mox indiscretis vocibus, pretia vacationum, angustias stipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus incusant vallum fossas, pabuli, materiæ, lignorum adgestus, & si qua alia ex necessitate, aut [g] aduersus otium castrorũ quæruntur. Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut supra stipendia numerantes, mederetur fessis, neu mortem in iisdem laboribus, sed finem tam exercitæ militiæ, neque inopem requiem orabant. fuere etiam qui legatam à diuo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus: &, si vellet imperium, promptos ostentauere. [h] Tum verò quasi scelere [i] cotaminaretur præceps tribunali desiluit. oppositerunt abeunti arma, minitantes, ni regrederetur. [k] At ille moriturum potiùs, quàm fidẽ exueret, clamitans, ferrum à latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi præhensam dextrã vi attinuissent. extrema & conglobata inter se pars concionis, ac vix credibile dictu, quidam singuli propiùs incedentes, ferirent, hortabantur: & miles nomine Calusidius strictum obtulit gladium, addito, a-

OBSERVATIONES.

a *Qui apud seditiosos verba facit, debet exordiri à veneratione eius, cuius memoriam augustissimam, ipsisque seditiosis gratissimam esse scit: mox flectere ad commemorationem earum rerum, quas aut ipse, aut quouis alius imperator eorum opera præclarè gessit. hæc est vna ratio conciliandæ sibi beneuolentiæ apud seditiosos, & furentes.*

b *Seditiosi vel maximè terrentur commemoratione consensus, & concordiæ cæterorum.*

c *Quæ vera sunt, ea vel ab ipsis seditiosis hominibus vel silentio, vel modico murmure audiuntur.*

d *Modestia est vna ex potissimis virtutibus militaribus.*

e *Qualem eam militiam esse dicas, vbi veteris disciplinæ decus amissum est?*

f *Nullum est planius, veriusue responsum, quàm si pro dictu vel ipsæ proferantur.*

g *Ad disciplinam militarem imprimis pertinet, vt, non modò cogente necessitate miles, verùm etiam ad vitandum otium, fossas, & vallum extruat; pabulum, materiam, ligna aggerat.*

h *Eximiæ, ac singularis fidei argumentum erga principem est, delatum sibi imperium ab iis qui dare possunt, recusare, atque adeò, hoc est regnum, nolle regnare cùm possis: vt ait Seneca de benefic. lib. 3. cap. 36.*

i *Quæ si faceremus, scelere non careremus, ea si libenter audimus, eadem scelere contaminamur.*

k *Mortem potiùs oppetere, quàm fidem exuere, hoc est, mortem ipsam præferre perfidiæ, est generosi animi facinus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cutiorem esse.[a] Sæuum id malique moris etiam furentibus visum. ac spatium fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur. consultatum ibi de remedio. etenim nuntiabatur parari legatos, qui superiorem exercitum ad causam eandem traherent; destinatum excidio Vbiorum oppidum, imbutasque præda manus in direptionem Galliarum erupturas. Augebat metum gnarus Romanæ seditionis, & si omitteretur ripa, inuasurus hostis. at si auxilia, & socii aduersum abscedentis legiones armarentur, ciuile bellum suscipi; periculosa seueritas, flagitiosa largitio, seu nihil militi, seu omnia cõcederentur, [f] in ancipiti Rep. [b] Igitur volutatis inter se rationibus, placitum vt epistolæ nomine principis scriberentur; missionem dari vicena stipendia meritis; exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, cęterorum immunes, [c] nisi propulsandi hostis: legata, quæ petiuerant exolui, [d] duplicarique. Sensit miles in tempus conficta, [e] Itatimque flagitauit. missio per tribunos maturatur; largitio differebatur. in hyberna cuiusquam non abscessere quintani, vndeuicesimanique, donec iisdem in æstiuis contracta ex viatico amicorum, ipsiusque Cæsaris pecunia persolueretur. Primam ac vicesimam legiones Cæcinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, cùm fisci de imperatore rapti inter signa, interque Aquilas veherentur. Germanicus superiorem ad exercitum profectus, [f] secundam & tertiam decu-

OBSERVATIONES.

a *Quædam per se adeò sunt atrocia, vt ab ipsis furentibus, sociisque sceleris sæua, malique moris videantur. at, quid magis sæuum, quidue peioris in omnem posteritatem exempli, morisque est, quàm, vt subiectus principis, milesue imperatoris necem non modo non, quà re maximè potest, impediat, verùm etiam ei gladium, quo se interimat, offerat?*

b *Magna coorta seditione in exercitu valido, eoque qui sua vi cuncta trahere potest, seueritas adeò est periculosa, vt ex ea nonnisi permicies ducis, tribunorum, centurionum, ac denique vastatio prouinciarum, totiusque reip. interitus, proficisci possit. alieno, scilicet, loco ac tempore, adhibetur seueritas erga eum, qui se, suasque vires adeò nouit, vt, quicquid penes alios est dignitatis, & auctoritatis, id omne vno suo obsequio contineri sciat; quod si exuat, haud dubiè futurum sit, vt statim appareat, illos nulla vi, sed inanibus tantùm esse subnixos. Largitio item, siue concessio earum rerum, quæ à militibus seditiosè petuntur, est flagitiosa, i. flagitio, scelere, ac vi, ab imperatore extorta. Itaque cùm, si nihil militi, siue omnia concedantur, vtrinque maximum sit periculum; is penes quem est verum summa, mediam quandam rationem sequi debet, ne nihil sibi tributum esse miles queri possit, nec quicquid sibi collibitum est, abstulisse se, insolenter glorietur. Quicquid autem tam periculoso rerum statu decernetur, id agi debet ex dignitate, & maiestate principis; nempe, ipsius epistola, & edicto. Nam cùm sibi princeps in rep. aut imperator in exercitu aliquid necessitate extorqueri videt, saltem consulat dignitati suæ; hac ratione, vt, quæ propediem futurum est, vt vi extorqueantur, ea ipse antea concedat edicto suo, aut epistola; ac si non à furiosis, & potentioribus, atque ipsa necessitate expressa sint, sed ab se, suaque liberalitate proficiscantur.*

c *Immunes munerum, ac laborum militarium, non censentur immunes hostis propulsandi.*

d *Qui vult aliquem fallere, non solùm ei id quod petit, exoluit, sed id, si potest, duplicat.*

e *Qui quod sibi promissum est in tempus confectum esse putat, is quod petit, id statim sibi curet persoluendum.*

f *Cui duci est suspecta exercitus sui fides, is det operam vt milites quamprimùm sacramento adigat.*

mam & sextam decumam legiones nihil cunctatus sacramento adigit. Quartadecumani paulùm dubitauerunt. Pecunia & missio, [a] quamuis nõ flagitantibus oblata est. At in Chaucis cœptauere seditionem præsidium agitantes vexillarii discordium legionum: & [b] præsenti duorum militum supplicio paulùm repressi sunt. Iusserat id Mennius castrorum præfectus, [c] bono magis exemplo, [d] quàm cõcesso iure. deinde intumescente motu profugus, repertusque, postquam [e] intutæ latebræ, [f] præsidium ab audacia mutuatur: [g] Non præfectum ab iis, sed Germanicum ducem, sed Tyberium imperatorem violari: simul exterritis, qui obstiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, & si quis agmine decessisset pro desertore fore clamitans, [h] reduxit in hyberna turbidos, & nihil ausos. Interea legati ab senatu regressum iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones prima atque vicesima, veteranique nuper missi sub vexillo hyemabant. [i] Pauidos, & conscientia vecordes intrat metus, venisse patrum iussu, qui inrita faceret quæ per seditionem expresserant. vtque mos vulgo, [k] quamuis falsis reum subdere, Munatium Plancum consulatu functum, principem legationis, autorẽ senatusconsulti incusant: & nocte concubia [l] vexillum in domo Germanici situm flagitare occipiunt; concursuque ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæsarem, tradere vexillum, intento mortis metu, subigunt: mox vagi per vias obuios habuere legatos, audita consternatione, ad Germanicum tendentes: ingerunt contumelias, cędem parant Planco, maximè, [m] quem

OBSERVATIONES

a *Quàm sæpissimè accidit, vt ea vltro offerenda sint quæ minimè petuntur; nempe iis, quos periculum est, ne ea vi, quam adhibere possunt, extorqueant: ac ne iis quidem fortasse contenti posthæc maiora tentent.*

b *Si seditio paucorum supplicio reprimi potest, in hos animaduerti optimum est.*

c *Interdum id iuris, eamque potestatem sumere licet, cùm id necessitas reip. postulat, quæ alioqui nobis non est concessa. id quod cùm accidit, bono magis exemplo, quàm concesso iure fieri dicitur.*

d *Præfectus castrorum non habet ius animaduertendi in milites capitali supplicio.*

e *Interdum accidit, vt, cui in latebris nihil, huic in audacia multùm sit præsidij.*

f *In eum statum aliquando adducimur, vt præsidium nobis ab audacia sit mutuandum; & quam obtinemus dignitatem tanto spiritu, tantaque animi magnitudine sit extollenda, vt eos, quibuscum nobis res est, quibusque meritò aduersamur, perterrefaciamus.*

g *Qui minori alicui magistratui iniuriam facit, is haud dubie ipsius principis maiestatem lædit.*

h *Seditiosi, nondum adulta seditione, à viro forti, & audace in officio contineri, eoque redigi possunt, vt nihil vltra audeant.*

i *Conscientia vecordes facilè intrat metus se eo supplicio, quo digni sunt, affectum iri.*

k *Vulgi mos est, quamuis falsis reum subdere, i. etiam earum rerum, quæ falsæ & nullæ sunt, culpam in aliquem conferre.*

l *Quem penes est vexillum, is imperium in exercitu habere dicitur.*

m *Fuga dedecet hominem magnæ authoritatis, præsertim in seditione, quæ plerunque magnorum virorum constantia sedari potest.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignitas fuga impediuerat. Neque aliud periclitanti subsidium, quàm castra primæ legionis: illic signa, & aquilam amplexus, [a] religione sese tutabatur: ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, [b] rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani, Romanis in castris sanguine suo altaria deûm cõmaculauisset. Luce demum, postquam dux, & miles & facta noscebantur, ingressus castra Germanicus perduci ad se Plancum imperat, recipitque in tribunal. Tum fatalem increpans rabiem, [d] neque militum, sed deûm ira resurgere, cur venerint legati aperit: ius legationis, atque ipsius Planci grauem, & immeritum casum; simul quantum dedecoris adierit legio, facundè miseratur: attonitaque magis, quàm quieta concione, legatos præsidio auxiliarium equitum dimittit. Eo in metu arguere Germanicum omnes, quòd non ad superiorem exercitum pergeret, vbi obsequia, & contra rebellis auxilium. [e] Satis superque missione & pecunia, & mollibus consultis peccatum. vel, si vilis ipsi salus, [f] cur filium paruulum, cur grauidam coniugem inter furentes, & omnis humani iuris violatores haberet? illos saltem auo, & [g] Reip. redderet. Diu cũctatus, aspernantem vxorem, cùm se diuo Augusto ortam, [h] neque degenerem ad pericula testaretur, [i] postremò vterum eius, & communem filium multo cum fletu complexus, vt abiret, perpulit. Incedebat muliebre, & miserabile agmen, profuga ducis vxor paruulum sinu filium gerens, lamentantes circum amicorum coniuges, quę simul trahebantur: nec minùs tristes qui manebant. Non florentis Cæsaris, neque suis in castris, sed velut in vrbe victa facies, gemitusque, ac planctus etiam militum aures oraque aduertêre. Progrediuntur contuberniis, quis ille flebilis sonus? quod tam triste? fœminas inlustres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris, aut comitatus soliti, pergere

a Tac. lib. 3. hist. Sergi dare aquilæ ea præfidia de fensa fuerant, ta rium etiam in ter externas gentes legationum ius, & pa mentia ci nullis exhiberi vsque in exitium remeraffet.

OBSERVATIONES.

a *Signa militaria adeò sunt sacrosancta, vt, qui ea amplexi sunt, hos violare religio sit.*
b *Perrarò accidit, vt ius gentium violetur: ledendis legatis, etiam inter infensissimos hostes, nedum inter suos, id quod si quando accidit, difficile dictu est, quàm atrox & indigna res videatur omni hominum generi.*
c *Legatus principi à duce exercitus, seu quo alio magistratu in tribunal recipi rectè potest.*
d *Qui apud seditiosos verba facit non tam culpam in milites ipsos conferre, quàm Deûm iræ, aut calamitati temporis quicquid malè accidit adscribere debet.*
e *Etiam atque etiam principi, aut duci exercitus cauendum est, ne nimia indulgentia adiuuet, augeatque furorem seditiosorum militum.*
f *Cui sua ipsius salus vilis est, is, si in locis seditione inquinatis, non sine vitæ discrimine versatur, det operam vt eos saltem, qui aliquando reip. vtiles esse possunt, cuiusmodi sunt pueri, & adolescentuli, periculo eximat, ne & ipsa reip. semina extingui voluisse videatur.*
g *Sciant singuli, ac potissimùm principes, se non tam sibi, quàm reip. esse natos.*
h *Maximis viris prognati id debent imprimis cauere, ne ab summa illa virtute, quæ maiores suos ad amplissimos dignitatis gradus extulit, degenerent.*
i *Quod maritus vxori non tribueret, neque hæc item marito, id vterque dat charitati communium liberorum, quos intelligunt se non tam sibi, aut ipsis, quàm reip. genuisse.*

ad

ad Treuiros, & externæ fidei. [c] Pudor inde & miseratio, & patris Agrippæ, Augusti aui memoria, socer Drusus, [b] ipsa insigni fœcunditate, præclara pudicitia, iam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo [1] Caligulam appellabãt [quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.] Sed nihil æque flexit, quàm [d] inuidia in Treuiros: orant, obsistunt, rediret, maneret: pars Agrippinæ occurrantes, plurimi ad Germanicum regressi. isque, vt erat recens dolore & ira, apud circunfusos ita cœpit: [e] Non mihi vxor, aut filius patre & Rep. chariores sunt: sed illum quidem [f] sua maiestas, imperium Romanum [g] ceteri exercitus defendẽt: [h] coniugem, & liberos meos, quos pro gloria vestra libens ad exitium offerrem, nunc procul à furentibus summoueo; vt quicquid isthuc sceleris imminet, meo tantum sanguine pietur: neue occisus Augusti pronepos, interfecta Tyberii nurus nocẽtiores vos faciat. quid enim per hos dies inausum, intemeratumue vobis? quod nomen huic cœtui dabo? milites ne appellem? [i] qui filium imperatoris vestri vallo, & armis circunsedistis? [k] an ciues, quibus

1 De nomine Caligulæ vide Suet. lib. in Cap. non cad. in iur. rap. 18. 2 hæc supra sunt.

OBSERVATIONES.

a *Maximorum, & clarissimorum hominum calamitas, & comparatio superioris florentis ipsorum status cum præsenti, vel apud ipsos seditiosos, huius calamitatis autores, non parum pudoris gignit, ac miserationis.*
b *Quæ fœminæ tribui laudes maximæ possunt, hæ sunt; insignis fœcunditas, & præclara pudicitia. illa est felicitatis, hæc virtutis.*
c *Etsi paruum, & ridiculum videri potest, tamen verum est, non parum fauoris sibi principem apud vulgum conciliare, si iis vtitur indumentis, quæ multitudini probantur: nam, vt ait Seneca, id agendum est, vt meliorem vitam sequamur, quam vulgus, non vt contrariam.*
d *Nihil æquè hominum animos perstringit atque inuidia; quæ non solùm est, cùm quis ob alius fœlicitatem liuet, & macescit, sed cùm quæ nobis debentur, ea ipsa aliis tribui videmus. quæ sanè est iustior, quàm illa prior.*
e *Plus apud nos posse debet charitas reip. quàm vxor, filij, propinqui.*
f *Princeps nullo validiori præsidio, quàm maiestate sua tutus esse potest. hæc autem cùm non modo opibus, & dignitate, sed & iis maximè virtutibus, quæ principum virorum propriæ sunt, contineatur, ei, penes quem sunt gubernacula reip. danda est opera, vt cuiusmodi palam faciat suam personam vel sola maiestate, hoc est, iis rebus, ex quibus maiestas oritur, esse tutam. nam, teste Seneca epist. 96. sine bonitate nulla maiestas est.*
g *Magno principi cautio est adhibenda, ne quicquid virium penes se est, id contractum vnum in locum simul, semperque habeat; ne si is exercitus seditionem, aut rebellionem cœptauerit, non opprimi si opus erit, possit. quòd si quicquid habet copiarum, id plures in exercitus diuisos erit, si vnus insanire occeperit, huius insaniæ & conatus aliorum subsidio, viribusque infringi possint. Sic lib. 1. histor. sed longis spatiis discreti exercitus, quòd saluberrimum est ad continendam militarem fidem, nec, vitiis, nec viribus miscebantur.*
h *Is demum dux suo exercitui gratus est, quem milites intelligunt, non tam suam sibi vitam, non coniugem, non liberos charos esse, quin eos, cùm res postulabit, pro gloria sui exercitus ad exitium offerat.*
i *Militis appellatio est honestior & sanctior, quàm vt ea seditiosis conueniat.*
k *Ciues appellari minimè possunt ij, quibus tam proiecta magistratuum, senatusque autoritas est, vt sibi nihil nefas esse existiment.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam proiecta senatus autoritas?[a] hostium quoque ius, & sacra legationis, & fas gentium rupistis. Diuus Iulius seditionem exercitus verbo vno cõpescuit,[b] Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant. [c] Diuus Augustus vultu, & aspectu Actiacas legiones exterruit. nos, vt nondum eosdem, ita ex illis ortos si Hispaniæ, Syriæue miles aspernaretur, tamen mirũ & indignum erat. Primane, & vicesima legiones, illa signis à Tyberio acceptis, tu tot prĕliorum socia, tot præmiis aucta,[d] egregiã duci vestro gratiam refertis? hunc ego nuntium patri, læta omnia aliis è prouinciis audienti feram: ipsius tyrones, ipsius veteranos, non missione, non pecunia satiatos? hic tantùm interfici centuriones, eiici tribunos, includi legatos, infecta sanguine castra, flumina, meque [e] precariam animam inter infensos trahere? Cur enim primo concionis die ferrum illud, quod pectori meo infigere parabam, detraxistis, improuidi amici? melius & amantius ille, qui gladium offerebat. cecidissem certè [e] nondum tot flagitiorum exercitui meo cõscius. legissetis ducem, [f] qui meam quidem mortem impunitam sineret, Vari tamen & trium legionum vlcisceretur. [f] Neque enim dii sinant, vt Belgarum ([g] quanquam offerentium) decus istud, & claritudo sit, subuenisse Romano nomini, compressisse Germaniæ populos. Tua, diue Auguste, cælo recepta mens, tua, pater Druse, imago, tui memoria iisdem istis cum militibus, quos iam [h] pudor & gloria intrat, [i] eluant hanc maculam, [k] iraſque ciuiles in exitium hostibus

e lib. 4. histor. precariam vitam dicit.

2. Venient legiones, inquit Cerialis lib. 4. histor. quæ neque me inulto, neque vos impunitos patiantur.

i Sic lib. 3. hist. Mox conuersis ad signa & bellorum Deos hostium potiùs exercitui illam furorem illam discordiã inijcerent, orabat, donec fatisceret seditio.

OBSERVATIONES.

a *A quibus legati violantur, ij illud ipsum ius, quod hostibus etiam sacrosanctum est, sacra legationis, & fas gentium rumpere dicuntur. quo quid tetrius dici potest?*

b *Cùm miles immemor sacramenti, ac disciplinæ militaris seditionem cœptat, hunc dux exercitus, quia militis neque potest, neque debet, saltem ciuis appellatione, aut alia fauorabili & grata in vulgus, prout eam res, & occasio suggeret, in officio det operam vt contineat. hac ratione magnæ persæpe seditiones à magnis imperatoribus sunt sedatæ. ex his regula generalis hoc modo colligi potest; Qui adscititio non commouetur, hic proprio nomine est appellandus.*

c *Difficile dictu est, quantum sit momenti in maiestate magni alicuius, clarissimique imperatoris; siquidem vultu, & aspectu solo seditiosum exercitum exterrere potest.*

d *Nulla re vehementiùs quisquam perstringi potest, quàm si ei exprobretur vitium ingrati animi, quod omnium teterrimum est.*

e *Videtur & ipse non carere culpa, qui flagitiorum, quæ ab iis, quibus imperat, facta sunt, conscius est. Siquidem videri potest, ne admitterentur, sua vigilantia, & auctoritate præstare potuisse.*

f *Ad maiestatem, dignitatem, ac securitatem imperij potissimùm pertinet, non tam alienis, quam propriis viribus niti, rebus dubijs, ac tempore luctuoso. nam, vt ait Tacit. lib. 13. nihil rerum mortalium tam instabile, ac fluxum est, quàm fama potentiæ non sua vi nixa.*

g *Et si principi probari debet animus eorum, qui rebus ipsius dubijs fidem hactenus ei præstare sunt parati, vt illorum virtute ipsi vitam, atque imperium manssisse postea vere dici possit, tamen caueat quantum potest, ne se tam insigni beneficio deuinciri patiatur; ne, cùm illi in sua manu imperium fuisse viderint, aliquando, (vt ad omnes occasiones sunt mobilia populorum studia) mutato animo audeant id, quod se posse intelligunt.*

h *Pudor, & gloria sunt accerrima incitamenta virtutis.*

i *Macula contracta ex flagitijs præclarè factis elui potest.*

k *Bonus princeps, & amãs Reip. eniti debet, vt iræ ciuiles nõ suis sed hostibus in exitium vertãtur.*

vertant.

vertant. Vos quoque, quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos Senatui, obsequium Imperatori, si mihi coniugem, ac filium redditis, [a] discedite à contactu, ac diuidite turbidos. id stabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit. Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes orabant, [b] puniret noxios, ignosceret lapsis, & [c] duceret in hostem; reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, neue obses Gallis traderetur. Reditum Agrippinæ excusauit ob imminentem partum, & hyemem. venturum filium. cætera [d] ipsi exequerentur. Discurrunt [e] mutati, & [f] seditiosissimum quenque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui iudicium & pœnas de singulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione legiones districtis gladiis: reus in suggestu per tribunum ostendebatur: si nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur: & [g] gaudebat cædibus miles, tanquam semet absolueret. nec Cæsar arcebat: [h] quando nullo ipsius iussu penes eosdem sæuitia facti & inuidia erat: secuti exemplum veterani haud multò post in Rhætiam mittuntur, specie defendendæ prouinciæ, ob imminentis Sueuos: [i] cæterùm vt auellerentur castris, trucibus adhuc, [k] non minùs asperitate remedii, quàm sceleris memoria. Centurionatum inde egit. citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ sttenuè in prælijs fecisset, & cui erant donaria militaria, edebat: si tribuni,

OBSERVATIONES.

a *Qui cupit vires seditionis infringere, is palam faciat vniuerso exercitui, se nequaquam existimare omnium militum vnam, & eandem esse causam. ideoque bonos hortetur, vt à contactu cæterorum discedant, se, inquam, ab turbidis separent, ac dissocient. fore id stabile ad pœnitentiam, neque paruum fidei vinculum. Sic fiet, vt, cùm nemo non bonus ciuis, bonusque, & obsequens miles haberi velit, maxima pars suam causam ab eorum, qui seditiosissimi habentur, separet; ac tandem eò res euadet, vt suis se viribus ipsa seditio conficiat.*

b *Principis est noxios punire, lapsis ignoscere.*

c *Non satis est pœnitere flagitij, si non pœnitentia statim eo facto comprobatur, quod vnum maculam eluere potest.*

d *Diligenter princeps, quantum potest, ab se remouere debet inuidiam seueræ alicuius animaduersionis, danda opera vt quiuis alius potiùs, quam ipse seueritatis auctor existimetur.*

e *Verè pœnitere est mutari.*

f *Vsque eò est odiosa seditio, vt, qui ea per imprudentiam sunt contacti, si semel resipiscant, ipsos seditionis, ac turbarum auctores rapiant ad supplicium.*

g *Qui sibi flagitiorum sunt conscij, ij aliquando suismet suppliciis gaudent; si modò ita res geritur vt pœna ad paucos, terror ad omnes perueniat, vt est apud Liu.*

h *Paulò ante adnotaui illud ipsum quod hìc exprimit Tacitus; tutissimam rationem puniendi esse hanc, vt ità in eum princeps, quem maximè odit, animaduertat, vt, non suo ipsius iussu id fieri dicatur, nec penes se, sed quemuis alium pœnæ autorem remaneat sæuitia facti, & inuidia.*

i *Truces adhuc seditione milites aliqua probabili specie alij ab aliis separari, ac diuelli debent.*

k *Sæpiùs accidit, vt, non minùs odiosa sit asperitas remedij, quàm scelus ipsum, aut sceleris memoria. id autem accidit, cùm duriora remedia, quàm pericula fuerunt, adhibentur. in quo peccauit L. Sylla dictator, vt ait Seneca.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſidegio ꝰ induſtriam,innocentiamque adprobauerant,retinebat ordines: vbi auaritiam,aut crudelitatem [b] conſenſu obiectauiſſent,ſoluebatur militia.Sic compoſitis præſentibus, haud minor moles ſupererat, ob ferociam quintæ, & vndeuiceſimæ legionum,ſexageſimum apud lapidem (loco Vetera nomen eſt) hybernantium. nam primi ſeditionem cœptauerant, [atrociſsimum quodque facinus horum manibus patratum] nec pœna commilitonum exterriti, nec pœnitentia conuerſi, iras retinebant.Igitur Cęſar arma,claſſem,ſocios demittere Rheno parat,ſi imperiũ detrectetur,[c] bello certaturus. At Romæ nõdum cognito,qui fuiſſet exitus in Illyrico,& legionum Germanicarum motu audito, trepida ciuitas incuſare Tyberium,quòd dum patres,& plebem,[d] inualida & inermia, cunctatione ficta ludificetur,diſſideat interim miles,[e] neque duorum ado leſcentium nondum adulta autoritate comprimi queat: [f] ire ipſum & opponere maieſtatẽ imperatoriam debuiſſe ceſſuris vbi principem[g] longa experiẽtia,eundemq;[h] ſeueritatis,& munificentię ſummum vidiſſent. an Auguſtum feſſa ætate toties in Germanias commeare potuiſſe. Tyberium vigentem annis ſedere in ſenatu verba patrum cauillantem? ſatis

OBSERVATIONES.

a *Hæ ſunt virtutes illorum propriæ, quibus mandantur munia exercitus, induſtria, & innocentia: præcipua vitia; auaritia, & crudelitas.*

b *Cauendum eſt principi in rep. & imperatori in exercitu, ne quicquam committat, quo dicto, aut facto videatur ſpernere conſenſum multitudinis; cuius auctoritatem magnum apud ſe pondus habere nunquam non palam facere debet. Quòd ſi à vulgi opinione ipſe diſſentit, aliudque molitur, id, quicquid eſt, diſſimulet: donec prudentia ad eam rationem perducatur, qua & vulgi ſtudiis ſatisfaciat; ac nihilominus ipſe eadem opera, id quod vult, conficiat. Cæterùm multa perſæpe eueniunt, quæ cuiuſmodi ſint, nec certiùs, nec planiùs, quàm à conſenſu vulgi diſci poteſt.*

c *Similes adeò eſt ſeditioſus, vt, neque pœna commilitonum exterritus, nec pœnitentia conuerſus furorem, iraſque retineat, cum hoc veluti cum hoſte, ferro cernenda res eſt.*

d *Princeps validos exercitus, eoſque quorum vi nititur imperium ſuum, quàm longiſsimè poteſt ab ea prouincia & vrbe, vbi eſt caput rerũ, amouere duabus de cauſis debet: nam eorum opera fines imperij aut profert, aut certè hoſtibus & exteris gentibus, quibus imminet, terrori eſt. deinde ea, quæ domi ſunt, hoc eſt, eas reip. partes, à quibus forte ne ſe commoueant, periculum eſt, inualida, & inermia relinquit, ne quas turbas, corrumpendis militum animis dare, etſi velint, poſſint. hac ratione, non modò omnes parere, ſed & ſeruire cogentur ei, cuius in manu vident eſſe arma, legiones, eaque omnia quæ non modò ad tutandum, & proferendum imperium, ſed & ad contundendos rebelles maximè pertinent.*

e *Vix fieri poteſt, vt adoleſcentis nondum adulta autoritas militem ſeditioſum poſſit comprimere, & ad ſanitatem reuocare.*

f *Rebus ſeditione, nouoque ac magno motu perturbatis, ire eò ipſe princeps, ac maieſtatẽ imperatoriam furentibus opponere, niſi grauiori aliqua cauſa detineatur, debet.*

g *Cùm prudentia ſit oculus principis, atque hæc nõniſi ab experientia proficiſcatur, inter eas laudes, quæ principi maximæ tribui poſſunt, hæc connumeratur, vt longa rerum experientia ſit doctus.*

h *Princeps eſt ſummus ſeueritatis & munificentiæ; hoc eſt, principis eſt, non cuiuſquam hortatu, ſed ſuo iudicio ſtatuere in quem ſeuerè animaduerti oporteat; itemque qui ſua liberalitate, & munificentia dignus ſit.*

proſpe-

proſpectum vrbanæ ſeruituti: militaribus animis adhibenda fomenta,vt [a] ferre pacem velint.Immotum aduerſus eos ſermones, [b] fixumque Tyberio fuit nõ omittere caput rerum, neque ſe [c] remque publicam [d] in caſum dare.Multa quippe & diuerſa angebant: validior per Germaniam exercitus,propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus ſubnixus,hic Italiæ imminens. Quos igitur anteferret? ac ne [e] poſtpoſiti cõtumelia incenderentur. [f] At per filios pariter adiri, maieſtate ſalua,[g] cui maior [i] è longinquo reuerentia: [h] ſimul adoleſcentibus excuſatum, quædam ad patrem reijcere. reſiſtentiſque Germanico, aut Druſo, poſſe à ſe mitigari uel infringi. quod aliud ſubſidium, ſi imperatorem ſpreuiſſent? [i] Cæterùm vt iam iamque iturus legit comites, conquiſiuit impedimenta,

i Sic lib. 4. hiſt. Arcebantur aſpectu, quò veneratio ma plus inteſſet.

OBSERVATIONES.

a *Perraro accidit, vt militares animi pacem ferre poſſint.*

b *Nouus princeps ne latum quidem vnguem, ſi fieri poteſt, debet diſcedere ab ea vrbe, vbi eſt caput rerum, quicquid timuant alij, & diſſideant exercitus in prouincijs. id quod verum eſt, nondum corroborato principatu. nam ſi non adſit hæc cauſa, ire ipſe, & opponere maieſtatem imperatoriam, vt ſupra dictum eſt, furentibus debet.*

c *Princeps & reſp. eo vinculo ſunt adſtricti, vt nihil alteri ſeparatim accidere poſſit, quod idem ad alterum non pertineat. hinc fit, vt, nihil ſibi princeps vtile eſſe putet, quod idem Reip. non expediat: & contra, ſiquid in huius perniciem redundat, id quoque ſibi princeps exitioſum fore exiſtimet. certè errat quiſquis bonum principis à bono publico diſtinctum putat.*

d *Nunquam non princeps hoc ſibi ante oculos ponat, vt nihil planè agat in iis, quæ ad remp. pertinent, niſi certa cum ſpe; caueatque diligenter, ne ſe vnquam in caſum det, i. fortunæ ſe, veſque ſuas permittat; &, vt Seneca loquitur de benef. lib. 7. cap. 2. mittat ſe in dubium.*

e *Meritò poſtpoſiti cõtumelia incendi videntur. at poſtponitur is, qui poſterior aditur. itaque principi etiã atque etiam cauto opus eſt, ne quid in his peccet, apud eos, quorum ex animis hoc cõtumeliæ genus vix vnquã deletur, hoc, hodierno die, diligenter obſeruãdum eſt. quippe videmus inter pleroſque principes maximas pro hac honoris æmulatione cõtentiones oriri; quæ quidem non aliò ſpectant, quàm ad lacerandam remp. chriſtianam.*

f *Cum periculum eſt, ne princeps ſua præſentia alios anteferat, alios poſtponat, ac poſtpoſiti contumelia incendantur, ipſe congreſſu planè abſtineat, idque muneris mandet perſonis pari neceſſitudinis, atque affinitatis vinculo ſecum coniunctis, per quas pariter adiri ij, quibuſcum ipſe res eſt, poſſunt. hac ratione maieſtas remanet ſalua, & periculum diſcordiarum vitatur.*

g *Maieſtati principis maior è longinquo eſt reuerentia.*

h *Quæ per interpoſitas perſonas à principe geruntur multò tutiori ratione fiunt, quàm ſi ab ipſo principe adminiſtrentur. Nam ſi quid fortè per huiuſmodi interpoſitas perſonas haud ſatis fœliciter adminiſtratum eſt, nihil tamen periculi aditur, cùm etiam remaneat ſubſidium apud ipſum principem; ad quem ſiquid eorum, quæ ab interpoſitis perſonis aguntur, forte reiectum eſt, excuſari id, quicquid eſt, poteſt.*

i *Quæ princeps apud ſe ſtatuit contra opinionem omnium, ea continuò vulgari minimè debent. quin potiùs fouenda eſt opinio vulgi; ſuntque homines ſpecioſa aliqua arte ludificandi, donec paulatim progreſſu temporis, ipſe veriſimilia impedimenta (alia tamen, quàm quæ vera ſunt) afferre poſſit. Qua ludificatione princeps non modo vulgi animos ab ſe non alienabit, ſed ſibi potiùs conciliabit, dum velle ſe, quæ multitudini probantur, ſimulabit: neque tamen quicquam agit, quàm ratum, fixumque apud animum ſuum eſt. Quòd ſi ſtatim ſuum conſilium ab aliorum ſententia diſcrepans palam facit, vix quiſquam eſt, qui non ea re offendatur; ac proinde ipſe in prudentum, mox in vulgi ſermones, & voculas incurrit; poſtremo haud ſanè paruis ſe implicat difficultatibus, quibus ſe hac cunctatione, & ludificatione aſtutè, ac lepidè exſoluit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

adornauit naues, mox hyemem, aut negotia variè causatus, primò prudentes, dein vulgum, diutissimè prouincias fefellit. At Germanicus, quanquam contracto exercitu, & parata in defectores ultione, [a] dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent, [b] præmittit literas ad Cæcinnam, venire se valida manu, [1] ac nî supplicium in malos præsumant, usurum promiscua cæde. Eas Cæcinna aquiliferis, signiferisque, & quod maximè castrorum syncerum erat, occultè recitat: vtque [c] cunctos infamiæ, seipsos morti eximant, hortatur: [2] nam [d] in pace causas & merita spectari, vbi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxta cadere. Illi, tentatis quos idoneos rebantur, postquam maiorem legionum partem in officio vident, de sententia legati statuunt tempus, quo fœdissimũ quemque, & seditioni promptum ferro inuadant. [e] Tunc signo inter se dato, inrumpunt contubernia, trucidant ignotos, nullo nisi conscios, noscente quod cædis initium, quis finis. [f] Diuersa omnium quæ vnquam accidere ciuilium armorum facies: non prælio, non aduersis è castris, sed iisdem è cubilibus, quos simul vescentis dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela: clamor, vulnera sanguis palàm: causa in occulto. cætera fors regit. & quidam bonorum cæsi. Postquam intellectum in quos sęuiretur, pessimi quoque arma rapuerant. neque legatus, aut tribunus moderator adfuit, permissa vulgo licentia atque vltio, & satietas. Mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud, plurimis cum lachrymis, sed cladem appellans, cremari corpora iubet. Truces etiã tum animos cupido inuolat eundi in hostẽ, [piaculum furoris] nec aliter posse placari commilitonum manes, quàm si pectoribus impiis [g] honestas vulnera accepissent. [h] Sequitur ardorẽ militũ Cæsar: iunctoque ponte tramittit duodecim millia è legionibus sex, & viginti socias cohortes, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum [1] iustitio ob amissum Augustum, pòst [2] discordiis attinemur. At Romanus agmine propero syluam Cæsiam, limitemque à Tyberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Inde saltus obscuros permeat, consultatque ex duobus itineribus, breue & solitum sequatur, an impeditius & intentatum, eoque hostibus incautum. [c] Delecta longiore via, cætera adcelerantur. Etenim attulerant exploratores [d] festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicram. Cæcinna cum expeditis cohortibus præire, & obstantia syluarum amoliri iubetur. legiones modico interuallo sequuntur. Iuuit nox sideribus inlustris. Ventumque ad vicos Marsorum, & circundatæ stationes, stratis etiam tum per cubilia, propterque mensas, nullo metu, non ante positis vigiliis; [e] adeò cuncta incuria disiecta erant: neque belli timor, [f] ac ne pax quidem nisi languida, & soluta inter temulentos. Cæsar auidas legiones, quò latior populatio foret, quatuor in cuneos disper-

a Sic lib. 14. ex C. Tuditani sententia fuit causam fuã dissociarent. & paulò post, cæteris quoque à recta pericula detrectantibus.

1 Si non cunctã sed vltio ad sanitatem reduxit, cuiusque causa, & merita spectabũtur, hoc est, dissociabuntur boni à malis, quieti à turbidis. & ij tantùm plectẽtur, qui pœnam & supplicio meriti sunt. quod si vim principis expectant, innocentes ac noxij iuxta cadent.

2 Sic lib. 1. hist. neque magnis, inquit, meritis, ac præmiis tunc de in pace, qui in bello locum.

OBSERVATIONES.

a *Prius omnia tentari debent, quàm extrema remedia adhibeamus; nempe, dandus est malorũ pœnitentiæ locus.*

b *Seditiosum militem ita perterrefacere debet princeps vt, Germanici exemplo, occultè præmittat literas ad eos, quorum fide nititur, quibusque mandata sunt munia exercitus, quibus literis affirmet se venire valida manu, eaque qua furentes comprimere potest; ac ni boni milites, & quicquid in exercitu syncerum adhuc est, vltionem in alios præsumat, vsurum se promiscua cæde.*

c *Quicquid infamiæ vniuersitas, propter indignum aliquod facinus, sibi contraxit, id totum ab eius aliqua parte, quæ fortè ad sanitatem rediit, aboleri, & amissum pristinum dedecus recuperari potest: vsque eò fauorabilis est paucorum virtus, vt multorum dedecora deleat.*

d *In pace non omnium eadem est causa, sed vnius cuiusque causa, & merita spectantur; i. nemo iniustè punitur, aut præmiis præter meritum afficitur. sed vbi bellum ingruit, innocentes ac noxij iuxta cadunt: adeò vt hominibus pax multò sit æquior, quàm bellum.*

e *Meritò dubitari potest, an liceat principi in rep. aut duci in exercitu in rebelles, ac seditiosos extra ordinem animaduertere, hoc est, non per magistratus, & causæ cognitionẽ, sed promiscua omnium cæde, & opprimendis incautis, ac nec opinantibus permissaque vulgo licentia, atque vltione. Cæcinnæ factum hanc dubitationem eximere potest: quippe licet principi, & duci si singula remedia priùs tentata irrita sunt, atque alia ratione seditio, ac rebellio sedari non possunt, quàm si seditiosorum, ac rebellium multitudo internecioni detur, hoc exemplum sequi, id quod tamen adeò est luctuosum, vt illa cædes non remedium, aut medicina, sed clades potiùs appellanda sit. Hanc ob causam videntur hoc loco monendi principes, iique qui exercitus ducũt, vt hoc exemplo nonnisi tunc vtantur, cùm tali in periculo, quo tunc fuit res Romana, ipsi erunt; remque eò adductam videbunt, vt nisi seditiosorum multitudo è medio tollatur, resp. magnum discrimen aditura sit. præstat enim, vt supra monui, id agere, qui terror ad omnes, pœna ad paucos perueniat.*

f *Ea demum est luctuosissima ciuilium armorum facies, cùm non prælio, non aduersis è castris, sed iisdem è cubilibus, & quos simul vescentes dies, simul quietos, ac sopitos nox habuit, discedunt in partes; hinc inde, atque vbique pugnatur; omnibus in locis clamor, & pugna oritur; passim vulnera, sanguis, cædes conspiciuntur; vnusquisque quod fors obtulit, rapit; denique vbi nullus ducum atrocissimi furoris, ingentisque sæuitiæ moderator adest; sed permissa est vulgo licentia, vltio, & satietas.*

sis è castris, sed iisdem è cubilibus, quos simul vescentis dies, simul quietos nox habuerat, discedunt in partes, ingerunt tela: clamor, vulnera sanguis palàm: causa in occulto. cætera fors regit. & quidam bonorum cæsi. Postquam intellectum in quos sęuiretur, pessimi quoque arma rapuerant. neque legatus, aut tribunus moderator adfuit, permissa vulgo licentia atque vltio, & satietas. Mox ingressus castra Germanicus, non medicinam illud, plurimis cum lachrymis, sed cladem appellans, cremari corpora iubet. Truces etiã tum animos cupido inuolat eundi in hostẽ, [piaculum furoris] nec aliter posse placari commilitonum manes, quàm si pectoribus impiis [g] honestas vulnera accepissent. [h] Sequitur ardorẽ militũ Cæsar: iunctoque ponte tramittit duodecim millia è legionibus sex, & viginti socias cohortes, octo equitum alas, quarum ea seditione intemerata modestia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum [1] iustitio ob amissum Augustum, pòst [2] discordiis attinemur. At Romanus agmine propero syluam Cæsiam, limitemque à Tyberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Inde saltus obscuros permeat, consultatque ex duobus itineribus, breue & solitum sequatur, an impeditius & intentatum, eoque hostibus incautum. [c] Delecta longiore via, cætera adcelerantur. Etenim attulerant exploratores [d] festam eam Germanis noctem, ac solennibus epulis ludicram. Cæcinna cum expeditis cohortibus præire, & obstantia syluarum amoliri iubetur. legiones modico interuallo sequuntur. Iuuit nox sideribus inlustris. Ventumque ad vicos Marsorum, & circundatæ stationes, stratis etiam tum per cubilia, propterque mensas, nullo metu, non ante positis vigiliis; [e] adeò cuncta incuria disiecta erant: neque belli timor, [f] ac ne pax quidem nisi languida, & soluta inter temulentos. Cæsar auidas legiones, quò latior populatio foret, quatuor in cuneos disper-

1 Lego, munit.

OBSERVATIONES.

a *Honesta vulnera dicuntur ea, quibus ictus est is, qui pro rep. pugnat.*

b *Cùm ignominia ab hoste accepta est, neque dum propter discordias intestinas aboleri potuit, si quid accidit huiusmodi, quod militum animos ad pugnam incendat, eccui dubium esse possit, quin hunc ardorem imperator sequi debeat?*

c *Amisso principe iustitium indicitur.*

d *Procul dubio causa est cur lætetur is, qui hostem arma abiecisse, ac eum discordiis attineri videt. Sic lib. 1. hist. Si Vitellio, & satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? quid aliud, quàm seditionem, & discordiam optabunt?*

e *Quà ad hostem opprimendum iri potest, si duo sunt itinera, breue & solitum interdum omitti debet; impeditius, & intentatum, eoque hostibus incautum tutiùs nos quò volumus, ducet.*

f *Dum hostis festos dies celebrat, & conuiuia agitat, opprimi paruo negotio potest.*

g *Ab incuria & negligentia eorum munerum, quibus res, & disciplina militaris continetur, maximæ, & atrocissimæ clades proficiscuntur.*

h *Non minùs periculosa est pax languida, & soluta inter temulentos, quàm bellum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit.[a] quinquaginta millium ſpatiũ ferro, flammiſque peruaſtat. nõ ſexus, non ętas miſerationem attulit, profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus tẽplum, quod Tanfanæ vocabant ſolo æquãtur; ſine vulnere milites, qui ſemiſomnos, inermos, aut palantis ceciderant. Exciuit ea cædes Bructeros, Tubantes, Vſipetes: ſaltuſque, per quos exercitui regreſſus, inſedere.[b] quod gnarum duci: inceſſitque itinẽri & prælio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio, & mediis impedimentis ſiniſtrum latus vndeuiceſimani, dextrum quintani clauſere: viceſima legio terga firmauit; poſt cęteri ſociorum. Sed hoſtes donec agmen per ſaltus porrigeretur, immoti, dein latera, & frontem modicè adſultantes, tota vi nouiſſimos incurrere.[c] Turbabanturque denſis Germanorum cateruis leues cohortes, cùm Cæſar aduectus ad viceſimanos voce magna,[d] hoc illud tempus obliterandæ ſeditionis clamitabat, pergerent, properarent culpam in decus vertere. Exarſere animis, vnoque impetu perruptum hoſtem[e] rediguntin aperta, cędunt que; ſimul primi agminis copiæ euaſere ſyluas, caſtraque communiuere. Quietum inde iter.[f] Fidenſque recentibus, ac priorum oblitus miles in hybernis locatur.

a Sic lib. 3. hiſt. Illos eſſe campus, in quibus aboleri labem priori ignominiæ, vbi recuperare gloriam poſſent.

Nuntiata ea[g] Tyberium lętitia curaque adfecere. gaudebat oppreſſam ſeditionem:[h] ſed quod largiendis pecuniis, & miſſione feſtinata fauorem militum quæſiuiſſet; bellica quoque Germanici gloria angebatur. Retulit tamen ad ſenatum de rebus geſtis, multaque de virtute eius memorauit,[i] magis in ſpeciem verbis adornata, quàm, vt penitus ſentire crederetur.[k] Paucioribus Druſum & finem Illyriti motus laudauit, ſed in-

a Sic Salluſt. in coniurat. Catil. Atilio (Ciceroni) ingenti cura, atque lętitia ſimul occupatoe, nam lętabatur inſidias dec.

OBSERVATIONES.

a *Ea demum maxima vltio dici poteſt, cùm longè, lateque omnia ferro, flammiſque peruaſtantur, non ſexus, non ętas miſerationem affert; profana ſimul, & ſacra, ipſaque Deorum immortalium templa, quamuis celeberrima, & auguſtiſſima ſolo æquantur; ſemiſomni, inermes, ac palantes hoſtes trucidantur.*

b *Non minùs ſcire debet dux exercitus quid hoſtes conſilij captent, quàm quæ ipſe eſt acturus.*

c *Denſis cateruis paruo negotio leues cohortes turbari conſtat.*

d *Culpæ, & flagitium obliterari, & in decus verti poſſunt rectè factis, ac præclaris facinoribus.*

e *Cùm hoſtis loco conſiſus pugnat, danda eſt opera vt in aperta rediigatur.*

f *Præclaris facinoribus adeò nituntur homines, vt culpæ, flagitiique prioris facilè obliuiſcantur.*

g *Non ſemper lętatur princeps ob rem proſperè geſtam, ſi per eum geſta eſt, qui proximus deſtinatur; hic enim ſemper ſuſpectus inuiſuſque dominantibus eſt, vt ait Tacit. lib. 1. hiſtor.*

h *Ij principibus non modò eſſe ſuſpecti, ſed & eos angere ſolent, qui cum proximi deſtinentur, interim nihil omittunt, quominus ſibi concilient fauorem militum, bellicique laudibus ornentur.*

i *Etiam laudibus aliquem celebrantes illi detrahimus, ſi quæ de illius virtute memoramus, ea ita dicimus, vt homines intelligere velimus, magis in ſpeciem verbis eſſe adornata, quàm ea nos penitus ſentire vti prolata ſunt. Sic in vita Agric. peſſimum inimicorum genus laudantes.*

k *Breuitas ſermonis eſt argumentum animi aperti; longa oratio tecti, ac ſimulati. cui itaque ex animo, vereque fauemus, hunc non verbis in ſpeciem quæſitis, ſed breui, eaque fida oratione laudamus.*

tentior

tẽtior, & fida oratione.[a] Cunctaque quæ Germanicus indulſerat, ſeruauit, etiam apud Pannonicos exercitus. Eodem anno Iulia ſupremum diẽ obiit,[b] ob impudicitiã olim à patre Auguſto Pandateria inſula, mox oppido Rheginorum, qui Siculũ fretum accolunt, clauſa. Fuerat in matrimonio Tyberii, florẽtibus Caio & Lucio Cęſaribus, ſpreueratque vt imparem: nec alia tam intima Tyberio cauſa, cur Rhodum abſcederet. Imperium adeptus, extorrem, infamem, & poſt interfectum Poſthumum Agrippam omnis ſpei egenam, inopia, ac tabe longa peremit,[c] obſcuram fore necem longinquitate exilii ratus. Par cauſa ſęuitiæ in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, ſolers ingenio, & [d] prauè facundus, eandem Iuliam in matrimonio Marci Agrippæ temerauerat. Nec is libidini finis: trãditam Tyberio peruicax adulter cõtumacia, & odiis in maritum [e] accendebat. Literæque quas Iulia patri Auguſto cum inſectatione Tyberii ſcripſit, à Graccho compoſitæ credebãtur. Igitur amotus Cercinnam Africi maris inſulam, quatuordecim annis exilium tolerauit. Tunc milites ad cædem miſſi inuenere in prominenti littoris [f] nihil lætum opperientem. Quorum aduentu breue tempus petiuit, vt ſuprema mandata vxori Alliariæ per literas daret, ceruicemque percuſſoribus obtulit:[g] conſtantia mortis haud indignus Sempronio nomine, vita degenerauerat. Quidã non Roma eos milites, ſed ab L. Aſprenate proconſule Africæ miſſos tradidere, autore Tyberio,[h] qui famã cędis poſſe in Aſprenatem verti [i] fruſtra ſperauerat. Idem annus nouas ceremonias accepit, addito ſodalium Auguſtalium ſacerdotio, vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Tatios inſtituerat. Sorte ducti è primoribus ciuitatis vnus & viginti; * Tyberius, Druſusque, & Claudius, & Germanicus adiiciuntur. Ludos Auguſtales tunc primùm cœptos turba-

OBSERVATIONES.

a *Valde intereſt principis ſedulò dare operam vt, ſiquid ſuo nomine exercitibus, iiſque omnibus, quorum in manu reſp. eſt ab eo, cui id negotij ipſe dedit, promiſſum eſt, in eo fidem ſuam liberet. Vix enim dici poteſt, quantùm ei res hæc ſit honorifica, quantumque roboris, ac firmitatis addat imperio.*

b *Apud veteres iudicium adulterij exercebatur intra priuatos parietes, atque in more poſitum erat, vt à parentibus in filias, ob impudicitiam, animaduerteretur.*

c *Haud dubiè obſcurus eſt interitus eorum, qui in longo exilio ſupremum diem obeunt.*

d *Præſtat rudem eſſe bonarum artium, quàm iis prauè vti, vt ſupra obſeruaui.*

e *Adulterorum mos eſt, vt vxores in maritos accendant.*

f *Ferè fit, vt, cuius interitus inflat, huic animus nihil lęti præſagiat.*

g *Conſtantia in ipſo mortis articulo, etiam in viro improbo, eſt laude digna. certè quidam reperiuntur, vt ait Seneca epiſt. 24 qui ad alia ignaui in morte exæquarunt animum fortiſſimorum.*

h *Siquid princeps odioſum perpetrare vult, eius rei ſuſpitionem ab ſe, quà re maximè poteſt, amoueat; idque, quicquid eſt negotij alicui mandet, in quem totius facti odium vertit poſſit.*

i *Quæ omnibus ſunt nota, quo magis damus operam vt recondantur, hoc magis palam fiunt.*

k *Qui cœtui alicui dignitatem addere vult, viros maximos, ſeque in primis, ſi princeps eſt, ibi adſcribat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit discordia ex certamine histrionum. Indulserat ei ludicro Augustus, dum Mecœnati obtĕperat effuso in amorem Bathylli. Neque ipse abhorrebat talibus studiis, & [a] ciuile rebatur misceri voluptatibus vulgi. Alia Tyberio morum via. [b] sed populum per tot annos mŏlliter habitum, nŏdum audebat ad duriora vertere. Druso Cæsare, C. Norbano cos s. decernitur Germanico triumphus, [c] manente bello, quod quanquam in æstatem summa ope parabat, initio veris, & repentino in Chattos excursu præcepit. Nam spes inciderat [d] dissidere hostem in Arminium ac Segestem, insignem vtrunque perfidia in nos, aut fide. Arminius turbator Germaniæ, Segestes parari rebellionem sæpe aliàs, & supremo conuiuio, post quod in arma itum, aperuit, suasitque Varo [e] vt se, & Arminium & cæteros proceres vinciret: [f] nihil ausuram plebem principibus amotis, atque ipsi tempus fore, quo crimina, & innoxios discerneret. Sed Varus fato, & vi Arminii cecidit. Segestes, quanquam consensu gentis in bellum tractus, discors manebat, auctis priuatim odiis, quòd Arminius filiam eius alii pactam rapuerat: [gener inuisus inimici soceri] [h] quæque apud concordes vincula charitatis, incitamenta irarum apud infensos erant. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, & tumultuarias cateruas Germanorum cis Rhenum colentium Cæcinnæ tradit: totidem legiones, duplicem sociorum numerum ipse ducit: positoque castello super vestigia paterni præsidii in monte Tauno, expeditum exercitum in Chattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum & fluminum relicto. [i] Nam (rarum illi cœlo) siccitate, & amnibus mo-

1 sic lib. 3. hist. Vbi lege cum Pintiano, discordes animis, discretos vinculo sanguinis exemplum eggressi flumit.

OBSERVATIONES

a *Qui vulgo vult esse gratus, interdum misceatur illius voluptatibus; i. quæ multitudini probantur, ea quoque sibi probari ostendat.*

b *Etsi mores principis diuersi sunt ab iis, qui multitudini probantur, consultè tamen faciet, si quatenus poterit, populo indulgebit; ne subita institutorum mutatione homines ab sese alienet, imitatione Tiberij, qui populum per multos annos molliter habitum noluit statim ad duriora vertere, quamuis eò ipse inclinaret.*

c *Triumphus etiam manente, neque dum confecto bello decerni potest, si modò insigne aliqua victoria ex hostibus iam parta est; cuius rei exempla sunt frequentissima in veterum scriptis.*

d *Dum hostis dissidet, in eum inuadi optimum est.*

e *Is, cuius opera coniuratio patefacta est, & ipse vinciri, & in custodiam tradi debet, ne cæteris reis, aut cuiquam mortalium indicium ab ipso profectum esse, in mentem venire possit.*

f *Plerunque nihil audet plebs principibus amotis.*

g *Priuata odia discordiam in rep. fouent. certè experientia docti possumus affirmare, priuatas discordias, nisi principis sapientia continuò extinguantur, tandem in ipsius, reique pub. perniciem erumpere.*

h *Cŏnubia, affinitates, ac cætera eius generis, quæ apud cŏcordes sunt vincula charitatis, apud infensos sunt incitamĕta irarum. quippe solĕt esse acerrima proximorum odia, vt alio loco Tacit. ait.*

i *Cautus dux exercitus diligenter considerare debet locorum naturam, quibus in locis est, vt ex eorum, ac temporis, & cæterarum rationĕ circumstantiarum quid facto opus sit, dispicere possit: exempli gratia; si est inter paludes, & tamen tunc temporis siccitas inusitata amnes reddiderit modicos, aut paludes exsiccauerit, atque ideo metuendum sit ne regredienti imbres, & fluminum ductus impedimento sint, consultè faciet, si aliquem præficiet munitionibus viarum, & fluminum.*

dicis

dicis inoffensum iter properauerat, imbresque & fluminum auctus regredi ĕti metuebantur. Sed Chattis adeò improuisus aduenit, vt, quod imbecillum ætate ac sexu statim captum, aut trucidatum sit: iuuentus flumen Adranam nando tramiserit: Romanosque pontem cœptantis arcebant, dein tormentis, sagittisque pulsi, tentatis [a] frustra conditionibus pacis, cùm quidam ad Germanicum perfugissent, reliqui, omissis pagis, vicisque in syluas disperguntur. Cæsar, incenso Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum, non ausо hoste terga abeuntium lacessere: [b] quod illi moris, quoties astu magis, quàm per formidinem cessit. Fuerat animus Cheruscis iuuare Chattos, sed exterruit Cæcinna [c] huc illuc ferens arma. & Marsos congredi ausos prospero prælio cohibuit. Neque multò post legati à Segeste venerunt, auxilium orantes aduersus vim popularium, à quĭs circunsedebatur, validiore apud eos Arminio, quando bellum suadebat. [d] Nam barbaris quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus, rebus commotis potior habetur. Addiderat Segestes legatis filium nomine Segimundum. Sed iuuenis conscientia cunctabatur. quippe anno, quo Germanię desciuere, sacerdos apud aram Vbiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in spem clementiæ Romanæ, pertulit patris mandata, [e] benigneque exceptus, cum prę sidio Gallicam in ripam missus est. Germanico pretium fuit conuertere agmen; pugnatumque in obsidentis: & ereptus Segestes magna cum propinquorum, & clientium manu. Inerant fœminæ nobiles, inter quas vxor Arminii, eademque filia Segestis, [f] mariti magis quàm paren-

OBSERVATIONES.

a *Ab victis frustra tentatur pax, quæ ipsis salutaris, victoribus tantùm gloriosa est.*

b *Ferè fit, vt, qui astu magis, quàm per formidinem cedit, tergo hostis abeuntis lacessat.*

c *Victoria parta, ac perterritis hostibus, imperator huc illuc arma ferre debet, ne spatium sese colligendi, copiasque suas cum amicis exercitibus coniungendi hostibus det.*

d *Hæc est natura ferocium nationum, ac plebis, vt quantò quis audacia promptus est, tantò magis multitudini commotæ, ac furenti fidus, & potior habeatur, cui eæ res committantur, ad quas gerendas opus est viro acri, & audace.*

e *Non semper qui à nobis defecit, si in potestatem nostram venit, venia indignus videri debet, præsertim si potentiorum vi ad defectionem pertractus est; posteaque facti pœnitens, & adductus in spem clementiæ nostræ se iterum nobiscum coniunxit. hoc potissimùm seruari debet in iis, qui auctoritate, & gratia apud suam gentem plurimùm valent, quorumque opera vti vesp. potest in conseruandis iis prouinciis, quæ etsi nobis parent, tamen quia hostilibus potentissimis sunt finitimæ, periculum est, ne ab iis in spem recuperandæ libertatis adductæ arma capiant. certè amore & benevolentia longinquas prouincias, quàm vi, & sæuitia retineri præstat; id quod, hodierno die, experientia nos ita docuit, vt, quod affatim vbique est exemplorum hic recensere minimè sit necesse. nempe, grande momentum est in benevolentia & studijs populi, quam plerique principes vsque eò contemnunt, vt, quæ eadem retinendis hominum animis feliciter conficere possent, hæc, mira prauitate, abalienandis patrare malint. his, scilicet, nihil ex dignitate fieri videtur, quod non idem ab seuitate, ac sæuitia proficiscatur.*

f *Maiori haud dubiè affinitatis vinculo adstricti sunt maritus & vxor, quàm pater & filius. ideo non est mirandum si hæc, in calamitate, mariti animum potius, quàm patris sequitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis animo, neque victa in lacrymas, neque voce supplex, compressis intra sinum manibus, grauidum vterum intuens. Ferebantur & spolia Varianæ cladis, plerisque eorum, qui tum in deditionem veniebant, prædæ data. Simul Segestes ipse ingens visu, & [a] memoria bonæ societatis impauidus. verba eius in hunc modum fuere. [b] Non hic mihi primus erga populum Rom. fidei & constantiæ dies. Ex quo à diuo Augusto ciuitate donatus sum, [c] amicos, inimicosque ex vestris vtilitatibus delegi, [d] neque odio patriæ (quippe [e] proditores etiam iis, quos anteponunt, inuisi sunt) verùm quia Romanis Germanisque idem conducere, & [f] pacem quàm bellum probabam. ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præsidebat, reum feci. dilatus segnitia ducis, quia parũ præsidii in legibus erat, vt me & Arminium, & conscios vinciret, flagitaui. Testis illa nox, mihi vtinam potiùs nouissima. quę secuta sunt [g] [1] deflere magis, quàm defendi possunt. Cęterùm & inieci catenas Arminio, & à factione eius iniectas perpessus sum. atque vbi primùm tui copia, [h] vetera nouis, & quieta turbidis antehabeo; neque ob præmium, sed [i] vt me perfidia exoluam: simul genti Germanorum [k] idoneus conciliator, [l] si pœnitentiam, quàm perniciem maluerit. Pro [m] iuuenta & errore filij veniam precor. filiam [n] necessitate huc adductam fa-

1 Sic Lipsius, pœnitentiã repræhendi magis, quàm corrigi possunt.

OBSERVATIONES.

a *Animus sibi bene conscius etiam in maximis periculis est impauidus.*
b *Merita nostra in principem, aut in Remp. loco, ac tempore audaciter commemorare & possumus, ac debemus, hoc est, tum cùm aut de fama, aut de vita nostra agitur.*
c *Is fidem nobis præstat, & constantiam, qui amicos, atque inimicos ex nostris vtilitatibus deligit.*
d *Illius factum nobis probari non potest, qui odio patriæ se nobiscum coniunxit. nam qualem eum hominem esse dicas, qui impius est in communem parentem? ac proinde quid tantum ab eo expectare potes, quo ad illum tua beneuolentia complectendum inlici possis?*
e *Vsqueadeo sunt odiosi proditores, vt etiam illis ipsis, quos patriæ saluti anteponunt, meritò sint inuisi.*
f *Boni ciues, patriæque amantes, vnam pacem, qua salus Reip. continetur, sectãtur; bellum, quod multa mala necessariò sequuntur, oderunt.*
g *Tristes casus deflere magis, quàm defendi possunt.*
h *Nonnisi sapienter agit is, qui vetera nouis, & quieta turbidis anteponit.*
i *Viri præstantes non ob præmium, sed fidei, ac virtutis causa, quæ sua persona digna sunt, faciunt.*
k *Illustres homines, qui ex hostium gente in nostra castra confugiunt, benignè excipere debemus, tanquam vtiles & idoneos ad multa; ac potissimùm ad conciliandam nobis popularium studia & beneuolentiam.*
l *Imbecillum, si valentiorem offendit, pœnitere præstat, quàm irritis conatibus illius iram intendere, sibique perniciem parare.*
m *Quicquid in iuuenta contra quàm fieri debet, cõmittitur, error potiùs, quàm peccatum appellatur; & proinde cùm id ab lubrico ætatis magis quàm ab nequitia profectum esse dici possit, venia potiùs, quàm supplicio dignum videtur.*
n *Qui si voluntate quò debuit, venisset, venia dignus videri poterat, hic si eò necessitate adductus est, venia indignus est.*

teor.

teor. tuum erit consultare, [a] vtrum præualeat, quòd ex Arminio concepit, an quòd ex me genita est. Cæsar [b] clementi responso liberis [c] propinquisque eius incolumitatem, ipsi sedem veterem in prouincia polliceturi. Exercitum reduxit, nomenque imperatoris, [d] autore Tyberio, accepit. Arminii vxor virilis sexus stirpem edidit: educatus Rauennæ puer, quo mox ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo. [e] Fama dediti benigneque excepti Segestis vulgata, vt quibusque bellum inuitis, aut cupientibus erat, spe, vel dolore accipitur. Arminium, super insitam violentiam, rapta vxor, subiectus seruitio vxoris vterus [f] vecordem agebant: volitabatque per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Cæsarem poscens. Neque [g] probris temperabat, egregium patrem, magnum imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus vnam mulierculam auexerint. Sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse. Non enim se [h] proditione, neque aduersus fœminas grauidas, sed palàm aduersus armatos bellum tractare: certa adhuc Germanorum in lucis signa Romana, [i] quæ diis patriis suspenderit: coleret Segestes victam ripam: redderet filio sacerdotium: hominem Germanos nunquam satis excusaturos, quòd inter Albim & Rhenum virgas, & secures, & togam viderint: aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa: quæ [k] quando exuerint, inritusque discesserit ille inter numina dicatus Augustus, ille delectus

OBSERVATIONES.

a & c *Eanor illius, qui se nobiscum coniunxit, cùm hostis esse posset, tantum apud nos valere debet, vt proximos quosque, ac necessarios illius complectatur, quamuis ipsi & hostes nostri arcto necessitudinis vinculo constringantur, eoque ipsorum consuetudine potiùs abstinendum esse videri possit.*
b *Nostrarum partium homines merita erga nos sua modestè commemorantes, deque suo infortunio conquerentes clementi responso consolari debemus.*
d *Maximi & amplissimi viri summos quosque honores, quamuis meritò suæ præstanti virtuti debitos, nonnisi principe auctore sibi deferri patiantur; ne, qua ex re dignitatem sperant, in ea perniciem inueniant.*
e *In cuius rei fama, si vulgetur grande momentum est, ea in re diligenter cauendum est, ne quid peccetur.*
f *Ea demum nos vecordes agunt, quæ cùm sint nobis charissima, non solùm ipsi amisimus, sed ea in potestate sunt eorum, quos maximè odimus.*
g *Animi est impotentis, non temperare probris.*
h *Aliud est proditione, aliud virtute bellum tractare.*
i *Signa externis hostibus erepta diis patriis, in templis, suspendi debent, publicæ gloriæ monimentum, & publicum erati erga deum animi argumentum.*
k *Interdum hostes, semper seditiosi, vt alias sæpe obseruaui, solent eludere maiestatem principis, & extenuare ea omnia quibus aut ipse aut resp. innititur, tanquam ea, quæ discuti nullo negotio possunt; si modò eam ad rem adhibeatur furor, & insania.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyberius, ne [a] imperitum adoleſcentulum, [b] ne ſeditioſum exercitum paueſcerent: Si patriam, parentes, antiqua mallent, quàm dominos, & colonias nouas, Arminium potiùs [c] gloriæ ac libertatis, quàm Segeſtem [d] flagitioſæ ſeruitutis ducem ſequerentur. Conciti per hæc non modò Cheruſci, ſed [e] conterminæ gentes, tractuſque in parteis Inguiomerus Arminii patruus, veteri apud Romanos autoritate: vnde maior [f] Cæſari metus. & ne bellum mole vna ingrueret, Cæcinnam cum quadraginta cohortibus Romanis, [g] diſtrahendo hoſti per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit. Equitem Pedo præfectus finibus Friſiorum ducit. Ipſe impoſitas nauibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulque pedes, eques, claſſes apud prædictum amnem conuenere. Chauci cùm auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. Bructeros ſua vrenteis expedita cum manu L. Stertinius miſſu Germanici fudit, interque cędem & prędam reperit vndeuiceſimæ legionis Aquilam cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantumque Amiſiam, & Luppiam amnes inter, vaſtatum, haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur. [i] Igitur cupido Cæſarem inuadit ſoluendi ſuprema militibus ducique, permoto ad miſerationem omni, qui aderat, exercitu, ob propinquos, amicos denique [h] ob caſus bellorum, & ſortem hominum: præmiſſo Cæcinna, vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, ponteſque & aggeres humido paludum & fallacibus campis

i Sic lib. 1. hiſt. assignat illum cupido incessit adeundi, videndi que templum Paphiæ Veneris & lib. 3. Cimbrū cupido incessit naualem aciem ostentandi.

OBSERVATIONES.

a *Imperitia connumeratur inter propria adoleſcentiæ vitia.*

b *Nihil grauius exercitui obiectari poteſt, quàm ſeditio. inter quos ea ſæuit, impunè cõtemni poſſit.*

c *Gloriæ, ac libertatis autorem potiùs, quàm flagitioſæ ſeruitutis ducem ſequi, eſt facinus animi alti, atque ingenui.*

d *Quæ mala aliena vi, & potentia magis, quàm noſtra culpa nobis accidunt, ex iis plerunque miſeratio potiùs, quàm odium, aut inuiſus oritur. Sed quæ noſtra culpa, atque adeò inſigni flagitio nobis ipſi contraximus, ea, quia non immeritis accidunt, non mirum eſt, ſi autorem ea infamiæ labe aſpergunt, quæ porrò elui nulla ratione poteſt.*

e *Incredibile memoratu eſt, quantopere feroces, ac bellaces nationes ſeruitutis neſciæ ſint, ac libertatem & acrem illius propugnatorem ac ducem ſectentur. certè nulla re validas nationes ad armæ capienda æquè incendi conſtat, atque huius vnius ſpe. quippe, libertatem fortiſſimus, & ſapientiſſimus quiſque, veluti illud bonum, quo cætera omnia continentur, omnibus rebus ſemper antehabuit, & hac amiſſa vitam ſibi turpem eſſe duxit.*

f *Sæpe principes in eo peccant, quòd quos amicos ſibi eſſe voluerunt, quibuſque negotia ſua interdum commiſerunt, eos poſtea aut iniuriis, aut contemptu abalienant, ſibique infenſos reddunt. nec certè mirum eſt, ab hiſce hominibus, præſertim factioſis, præpotentibus, ac rerum principis gnaris multa perſæpe in ipſius principis perniciem proficiſci. Hinc obſeruent principes, quibus aut ſua negotia commiſerunt, aut multum gratia, & auctoritate aliquando apud ſe poſſe voluerunt, hos perpetua beneficiorum ſerie, & beneuolentiæ ſignificatione, ſi non vera, ſaltem in ſpeciem quæſita, in officio continendos, aut ſi odium principis commeriti ſunt, protinus euertendos eſſe.*

g *Cùm metus eſt, ne magna belli moles ſimul ingruat, qua maximè ratione fieri poteſt, diſtrahendus eſt hoſtis.*

h *Caſibus bellorum atrociſſimis, ac miſerabili hominum ſorte vnuſquiſque mouetur ad miſerationem idque potiſſimùm in publica, eaque ingenti calamitate.*

imponeret. Incedunt [a] mœſtos locos, viſuque ac memoria deformes. Prima Vari caſtra lato ambitu, & dimenſis principiis trium legionũ [b] manus oſtentabant: dein ſemiruto vallo, humili foſſa acciſæ iam reliquiæ conſediſſe intelligebantur. Medio campi albentia oſſa, vt fugerant, vt reſtiterant, diſiecta vel aggerata. Adiacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum ante fixa ora. lucis propinquis [c] barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant. & cladis eius ſuperſtites pugnam, aut vincula elapſi referebant, hic cecidiſſe legatos, illic [d] raptas aquilas, primum vbi uulnus Varo adactum, vbi [e] infelici dextera, & ſuo ictu mortem inuenerit: quo tribunali concionatus Arminius, quot patibula captiuis, quæ ſcrobes: vtque ſignis, & aquilis per ſuperbiam illuſerit. Igitur Romanus, qui aderat, exercitus, ſextum poſt cladis annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente alienas reliquias an ſuorum humo tegeret, omnes [f] vt coniunctos, conſanguineos, [g] aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi condebant. [h] Primum extruendo tumulo [i] cæſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Quod Tyberio haud probatum, [k] ſeu cuncta Germanici in deterius trahenti, ſiue exercitum, imagine cæſorum, inſepultorumque tardatum ad prælia, & formidoloſiorem hoſtium credebat: [l] Neque imperatorem auguratu, & vetuſtiſſimis ceremonijs præditum adtrectare feralia debuiſſe. Sed Germanicus ce-

1. Sic lib. 1. hiſt. terret ſolutu ſo & raceſtes loci. 2. forte manes.

3. Vide l. 4. hiſt. vbi agit de reſtitutione Capitolii.

OBSERVATIONES.

a *Barbaræ aræ ea vocè dici poſſunt apud quas homines mactantur.*

b *Aquilarum, hoc eſt, ſignorum militarium ratio tanta habebatur, vt quicquid ad eas pertineret, quia ſacroſanctæ erant, ſemper inter præcipua belli facinora connumeraretur, nempe, aut ſi hoſtibus ereptæ, aut ſi amiſſæ aut recuperatæ, aut in honore habitæ, aut ſi ijs inluſum eſſet.*

c *Illius infelix dextra meritò dici poteſt, qui ſibi ſuo ictu mortem inuenit.*

d *Ita natura comparatum eſt, vt vniuerſitatem non ipſius gratia, ſed propter vnam aliquam rẽ, quæ ipſa continetur, charam habeamus, ita, pro toto, cuius partem nobis vindicamus, perlubentes propugnationem ſuſcipimus aduerſus externa ingruentia.*

e *Ira mirum in modum augetur noſtræ, aut noſtrorum calamitatis recordatione, aut viſu, ac ſi præſens ſit.*

f *In rebus memorabilibus princeps ſua manu primum opus incipere debet.*

g *Nihil vnquam probatur illi, etſi rectè factum, qui odio, & peruerſitate omnia in deterius trahit. huiuſmodi eſt illud, quod legitur lib. 1. hiſtor. Inuiſo ſemel principe ſeu bene, ſeu malè facta premũt.*

h *Dubitari meritò poteſt, an imperator in loca plena cæſorum, & vbi aſpectus eſt luctuoſiſſimus, propter inſignis alicuius cladis reliquias, exercitum ducere debeat, ne tam triſti imagine miles tardetur ad proelia, & hoſtium formidoloſior reddatur. huc & illud accedit, quod dici videtur poſſe, legitimum ducem exercitus, hoc eſt, non vitio temerèue ſumptum, ſed ritè creatum feralia attrectare non debere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentem in auia Arminium secutus, vbi primum copia fuit, euehi equites, campumque quem hostis insederat, eripi iubet. Arminius colligi suos, & propinquare syluis monitos, vertit repentè, mox signum prorumpendi dedit iis, quos per saltus occultauerat. Tunc noua acie turbatus eques, missæque subsidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulsæ auxerant consternationem, trudebanturque in paludem [1] gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni Cæsar productas legiones instruxisset: [a] inde hostibus terror, fiducia militi, & [2] manibus æquis abscessum. Mox reducto ad Amisiam exercitu, legiones classe, vt aduexerat, reportat. Pars equitum litore Oceani petere Rhenum iussa. Cæcinna qui suum militem ducebat, monitus (quanquam notis itineribus regrederetur) pontes longos quàm maturrimè superare. Angustus is trames, vastas inter paludes, quondam à L. Domitio aggeratus: cætera limosa, tenacia graui cœno, aut riuis incerta erant: circùm syluę paulatim adcliues, quas tum Arminius impleuit, compendiis viarum, & cito agmine, [b] onustum sarcinis, armisque militem cum anteuenisset. Cæcinnę dubitanti quonam modo ruptos vetustate pontes reponeret, simulque propulsaret hostem, [c] castrametari in loco placuit, vt opus & alii prælium inciperent. Barbari perfringere stationes, seque inferre munitoribus nisi lacessunt, circungrediuntur, occurrant: Miscetur operantium bellantiumque clamor. & cuncta pariter Romanis aduersa. Locus vligine profunda, idem ad gradum instabilis, procedentibus lubricus, corpora grauia loricis, neque librare pila inter vndas poterant. Contra Cheruscis sueta apud paludes prælia, procera membra, hastæ ingentes ad vulnera facienda, quamuis procul. nox demum inclinantis tum legiones aduersę pugnę exemit. Germani [d] ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circunsurgentibus iugis oritur, vertere in subiecta, mersaque humo, & obruto quod effectum operis, duplicatus militi labor. Quadragesimum id stipendium Cæcinna parèdi, aut impe-

1. Sic lib. 1. hist. campos madentes, & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias.

2. Sic Sallust. in coniurat. Catilinę. Quod si, inquit, primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset, &c.

OBSERVATIONES.

a *Quæ hostibus terrorem, eadem nobis fiduciam adferunt.*

b *Expeditò exercitu multò plura, eaque maiora facinora geri constat, quàm eo, qui præda illigatus, suisque sarcinis onustus, impedimentum veritus, quàm agmen dici debet. Ingentes certè clades impeditos exercitus ab expeditis, nihilque præter virtutem, & arma secum ferentibus accepisse, & veterum, & recentia exempla satis docent.*

c *Cùm opus faciendum, simulque pugnandum est, ibi castra poni debent, nempe, vt dum pars operi intenta est, interim alia hostium impetum sustinere possit.*

d *Difficile memoratu est, quantopere post atroces clades, quæ prospera nobis accidunt, nos indefessos reddant. sic lib. 5. histor. Germani prosperis feroces, &c.*

ritandi

ritandi habebat, [a] [1] secundarum ambiguarumque rerum sciens eoque interritus. igitur futura voluens non aliud reperit, [b] quàm vt hostem syluis coerceret, donec saucij, quantumque grauioris agminis, anteirent. nam medio montium, & paludum porrigebatur planities, quæ tenuem aciem pateretur. Deliguntur legiones, quinta dextro lateri, vndecimana in læuum, primani ducendum ad agmen, vicesimanus aduersum secuturos. Nox per diuersa inquies, cùm barbari festis epulis, læto cantu, aut truci sonore subiecta vallium ac resultantis saltus complerent: apud Romanos inualidi ignes, interruptæ voces, atque ipsi passim adiacerent vallo, oberrarent tentorijs, [c] insomnes magis, quàm peruigiles: ducemque [2] terruit dira quies. nam Quintilium Varum sanguine oblitum, & paludibus emersum cernere & audire visus est, velut [2] vocantem; non tamen obsecutus, & manum intendentis repulisse. Cœpta luce missæ in latera legiones, [c] metu an contumacia locum deseruere, capto properè campo humentia ultra. Neque tamen Arminius, quanquam libero incursu, statim prorupit: sed vt hæsere cœno, fossisque impedimenta, turbati circùm milites, incertus signorum ordo, vtque tali in tempore, sibi quisque properus, & lentæ aduersum imperia aures, [d] irrumpere Germanos iubet, clamitans, en Varus, & eodem iterum fato victæ legiones. Simul hæc, & cũ delectis scindit agmen, equisque maximè vulnera ingerit. Illi sanguine suo, & lubrico paludum lapsantes, excussis rectoribus, disjicere obuios, proterere iacentes: plurimus circa aquilas labor, quę neque aduersum ferri ingruentia tela, neque [1] figi limosa humo poterant. Cæcinna dum sustentat aciem, suffosso equo delapsus circumueniebatur, nî prima legio sese opposuisset. Iuuit hostium auiditas, omissa cędę, [e] [f] prædam sectan-

1. Sic lib. 1. hist. prosperarum, a luxuriantibus rerum fortuna.

2. Sic lib. 4. Aeneid. de Didone. Hinc exaudiit voces & verba vocantis vidit vti, Nox cum terras obscura teneret.

1. Aquila augure in sacello peregrino locata, longissimę affixa hastę, cuius pars inferior præacuta est ita vt posset in terram defigi, gestabatur in exercitu, vt auctor est Dio, lib. 57.

4. Sic li. 4. hist. Sed obstitit virtus eorum ipsos retinens, hostę omisso spolia conquirendi. & lib. quinto, fuam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis illis præda manus impediunt.

OBSERVATIONES.

a *Qui diu militarunt, ac secundarum, & ambiguarum rerum sunt scientes, etiam in rebus planè aduersis, maximisque periculis manent interriti.*

b *Cùm propter iniquitatem locorum ab hoste vrgemur, quà exitus inde patet, eà sunt præmittenda impedimenta, & quantum grauioris agminis ad pugnam inualidum est: & interim hostis aut eludi, aut vi, quibus in locis est, coerceri debet.*

c *Non semper qui non dormit, vigilat: aliud quippe est, esse insomnem, aliud peruigilem. vt vigiles desideratur animus, diligentia, & studium vigilandi, vt quò tendis, peruenias: quæ si absunt, non vigilas, sed non dormis.*

d *Quæ secundum quietem, tempore difficillimo, visa sunt, ea lætitiam, aut terrorem adferunt. i. nocturni visus omen futurorum accipiuntur.*

e *Quominus miles dicto imperatoris obtemperet, duæ solent esse causæ, metus, aut contumacia, metus aut castigatione aut hortatu auferri: contumacia supplicio vindicari debet.*

f *Signa metus, ac terroris in hoste hæc sunt; confusio, & obliuio disciplinæ militaris, hæc simulatque deprehenduntur, in eum inuadere optimum est.*

g *Multi dum prædam auidè sectantur, fœdè victoriam amittunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium: eniſæque legiones, veſperaſcente die, in aperta & ſolida. neque is miſeriarum finis: ſtruendum vallum, petendus agger. Amiſſa magna ex parte, per quæ egeritur humus, aut exſcinditur cęſpes. non tentoria manipulis, non fomenta ſaucijs. infectos cœno, aut cruore cibos diuidentes, funeſtas tenebras, & tot hominum millibus vnum iam reliquum diem lamentabantur. [a] Fortè equus, abruptis vinculis, vagus, & clamore territus, quoſdam occurrentium obturbauit. tanta inde conſternatio inrupiſſe Germanos credentium, vt cuncti ruerent ad portas, quarum decumana maximè petebatur, auerſa hoſti, & fugientibus tutior. Cæcinna, comperto vanam eſſe formidinem, cùm tamen neque autoritate, neque precibus, ne manu quidem obſiſtere, aut retinere militem quiret, [b] proiectus in limine portę, miſeratione demum, quia per corpus legati eundum erat, clauſit viam, ſimul tribuni & centuriones falſum pauorem docuerunt. Tunc contractos in principia, iuſſoſque dicta cum ſilentio accipere, temporis ac neceſſitatis monet: vnam in armis ſalutem, [c] ſed ea conſilio temperanda: [d] manendumque intra vallum, donec expugnandi hoſtes ſpe, propiùs ſuccederent, mox vndique erumpendum: illa eruptione ad [1] Rhenum peruenirent. quòd ſi fugerent, pluris ſyluas, profundas magis paludes, ſequitiam hoſtium ſupereſſe. [e] At victoribus decus, gloriā, quæ domi cara, quę in caſtris [2] honeſta memorat. [f] reticuit de aduerſis. [g] Equos dehinc, orſus à ſuis, legatorum, tribunorumque, nulla ambitio-

1. Vid erat Germanicus.

2. Nempe dona militaria, quibus quisq; ob virtutem donatus eſſet.

OBSERVATIONES.

a *Paruæ ſæpe res magnas aſſerunt conſternationes, ijs in locis vbi ſors plurimùm poteſt.*

b *Cùm tanta eſt conſternatio in exercitu, vt nulla ratione fuga militum ſiſti queat, qui ei præſidet, ſuummet corpus fugientibus opponere, eoque viam claudere debet, donec edoctus ſit miles vanum eſſe pauorem.*

c *Etſi res eo adducta eſt, vt vna in armis ſalus ſit, illa tamen tunc temporis, eoque loci conſilio temperari debent.*

d *Inter cæteras belli cautiones hæc quoque numerari poteſt, vt ſi hoſtis elatus rebus ſecundis, erectius eſt in ſpem expugnandi noſtra caſtra, nos intra vallum, raro ſuper milite, tanquam pauidi, & iam victi maneamus, donec is propiùs ſucceſſerit; mox vndique erumpamus. quippe huiuſmodi eruptiones in incautos, nec tale quicquam expectantes ſæpe cladem hoſti, quam inferre parabat, inferunt.*

e *Victoriæ præmia ſunt, præter decus, & gloriam, frui ijs quæ domi cara relicta ſunt: cuiuſmodi ſunt, vxor, liberi, parentes, affines, neceſſarij, opes: eaque decora quæ in caſtris virtute parta ſunt: quales ſunt coronæ vallares, murales, ciuicæ, obſidionales, claſſicæ, querceæ, phaleræ, torques, & cætera eius generis, quæ vni præſtanti virtuti tribuuntur.*

f *Cùm in eum ſtatum adducta res eſt, vt vna ſalus in armis ſit, ſolùm res præclarè à militibus antea geſtæ à prudente imperatore memorari debent, ad acuenda ipſorum pectora. quæ autem acciderunt aduerſa, ea tunc temporis potiſſimùm reticenda ſunt, ne illorum commemoratione miles tardior ad pericula reddatur.*

g *Veteribus imperatoribus moris erat, equos & ſuos, & legatorum, ac tribunorum, ſi res in extremū diſcrimē veniſſet, fortiſſimo cuique bellatori tradere, vt hi priores, mox pedes in hoſtē inuaderet.*

nec

ne, fortiſſimo cuique bellatori tradit, vt hi, mox pedes, in hoſtem inuaderent. Haud minùs inquies Germanus, ſpe, cupidine, & diuerſis ducum ſententiis agebat: Arminio, ſinerent egredi, egreſſoſque rurſum per humida, & impedita circumuenirent, ſuadente: atrociora Inguiomero, & læta barbaris, vt vallum armis ambirent, promptam expugnationem, plures captiuos, incorruptam prædam fore. Igitur orta die proruunt foſſas, iniiciunt crates, ſumma valli prænſant, raro ſuper milite, & quaſi ob metum defixo. Poſtquam hæſere munimentis, datur cohortibus ſignum, cornuaque ac tubæ concinuere: exin clamore & impetu tergis Germanorum circunfunduntur, exprobrantes, non hic ſyluas, nec paludes, ſed [a] æquis locis æquos [1] deos. Hoſti facilè excidium. & paucos ac ſemermos cogitanti ſonus tubarum, fulgor armorum quantò inopina [b], tantò maiora offunduntur, cadebantque [c] vt rebus ſecundis auidi, ita aduerſis incauti. Arminius integer, Inguiomerus poſt graue vulnus, pugnam deſeruere; vulgus trucidatum eſt donec ira & dies permanſit: nocte demum reuerſæ legiones, quamuis plus vulnerum, eadem ciborum egeſtas fatigaret, vim, ſanitatem, copias, [2] cuncta [d] in victoria habuere. Peruaſerat interim circumuenti exercitus fama, & infeſto Germanorum agmine Gallias peti; ac ni Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolui prohibuiſſet, erant qui id flagitium [e] formidine auderent. ſed [f] fœmina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, [g] militibuſque, vt quis inops, aut ſaucius, veſtem & fomenta dilargita eſt. Tradit C. Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor, ſteriſſe apud principium pontis laudes & grates reuerſis legionibus habentem. [h] Id Tyberij animum altiùs penetrauit. non [i] enim ſimplices eas curas, nec aduerſus externos militem quæri:

1 Sic lib. 4. hiſt. Deos fortiſſimis adeſſe.

2 Sic lib. 4. Annal. parta victoria cuncta ipſius eſſicta.

OBSERVATIONES

a *Æquis locis æqui Dij; i. cùm vtrinque æquo loco pugnatur, ijs Dij victoriam tribuunt, qui virtute hoſtibus præſtant.*

b *Quæ inopina accidunt multò, quàm ſunt, maiora videntur.*

c *Plerunque accidit, vt rebus ſecundis auidi aduerſis ſint incauti.*

d *Tanti eſt victoria, vt quamuis multis aduerſis caſibus ſit conflictatus miles, tamen vna ea ſarciat omnia incommoda præterita.*

e *Ex ingenti aliqua formidine interdum naſcitur audacia eius rei perpetrandæ, quam nemo aggredi antea auſus eſſet: nempe, è ſumma deſperatione quæritur ſpes.*

f *Non eſt nouum, aut inauditum fœminas reperiri ingentes animi, quæque adeò munia ducis, cùm neceſſitas poſtulat, induunt.*

g *Fœminam principem, atque adeò ducis vxorem maximè decet benignitas, quæ in eo potiſſimùm conſiſtit, vt militibus, vt quis inops, aut ſaucius eſt, veſtem, & fomenta dilargiatur.*

h *Et præclariſſima quæque facinora ijs ſolent eſſe ſuſpecta, & inuiſa, qui ſocium imperij pertimeſcunt eum, à quo ſunt edita.*

i *Non ſimplices curas, ſed pluſquam ciuilia agitare creditur quiſquis militum fauorem ſibi conciliat, interuiſendis manipulis, adeundis ſignis, tentanda largitione, & habitu gregali cætera munia militaria obeundo, præter ſuum munus, ætatem, & ſexum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil relictum imperatoribus, vbi fœmina manipulos interuisat, signa adeat, largitionem tentet, tanquam parum ambitiosè filium ducis [a] gregali habitu circunferat, Cæsaremque Caligulam appellari velit. potiorem iam apud exercitus Agrippinam, quàm legatos, quàm duces: compressam à muliere seditionem, cui nomen principis obsistere non quiuerit. Accendebat hæc, onerabatque Seianus[b] peritia morum Tyberij odia in longum iaciens: quæ [c] reconderet, auctaque promeret. At Germanicus, legionum, quas nauibus vexerat, secundam, & quartamdecimam itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit, quò leuior classis vadoso mari innaret, vel reciproco sideret. Vitellius primum iter sicca humo, aut modicè adlabente æstu, quietum habuit. mox impulsu aquilonis, simul sydere æquinoctij, quo maximè tumescit Oceanus, rapi, agique agmen. & opplebantur terræ; eadem freto, litori, campis facies, neque discerni poterant incerta ab solidis, breuia à profundis; sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus iumenta, sarcinæ; corpora exanima interfluunt, occurrant, permiscentur inter se manipuli, modò pectore, modò ore tenus extantes, aliquando subtracto solo disiecti, aut obruti. non vox, & mutui hortatus iuuabant. Aduersante vnda nihil [d] strenuus ab ignauo, sapiens à [e] prudenti, consilia à casu differre, cuncta pari violentia inuoluebantur. Tandem Vitellius in editiora enisus, eodem agmen subduxit. pernoctauere sine vtensilibus, sine igni, magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minùs miserabiles, quàm quos hostis circunsidet. Quippe illis etiam [f] honestæ mortis vsus: his inglorium exitium. Lux reddidit terram. penetratumque ad amnem Visurgim, quò Cæsar classe contenderat. Impositæ deinde

a Lego, pauste.

OBSERVATIONES.

a *Etsi res leuissima, quam dicturus sum, videri potest, tamen vera est, ac mirum dictu est, quantopere sibi conciliet fauorem vulgus is, qui principatum ambit, si non sumptuoso, sed eo vtitur habitu, qui multitudini probatur; ne eam in se, vitæ nouitate, conuertat.*

b *Qui principi gratus esse, & ad interiorem illius amicitiam assumi vult, morum ipsius peritus esse debet. ita, si cui princeps fauet, hunc sectetur. quod si quem ipsi inimicum esse scit, in hunc aut odia iaciat, quæ recondat, quousque aucta premi debeant: aut, si animo tam abiecto non est, illum quisquis est fugiat.*

c *Caueat aulicus ne animi sui affectus continuò prodat; quippe, prudentia illius nonnisi laudari potest, qui quod in animo habet, recondit, quousque tempore, loco, occasione, re ipsa edoctus sit, an id, quicquid est, quod secum voluerit, premi debeat.*

d *O miseram rerum humanarum conditionem! eone interdum nos adduci, vt ne virtutibus quidem vlis, ac præclaris animi dotibus iuuari possimus?*

e *Honestè moritur qui pugnans ab hoste interficitur; ingloriè, cuius mors nullo præclaro facinore est insignis, sed miseria & sola calamitate in locis ignobilibus nomen ipsius vnà cum corpore extinguitur.*

legiones

legiones, vagante fama submersas. nec fides salutis, antequam Cæsarem exercitumque reducem videre. Iam Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis præmissus, ipsum & filium eius in ciuitatem Vbiorum perduxerat. data vtrique venia, facilè Segimero; cunctatiùs filio: [a] quia Quintilij Vari corpus inlusisse dicebatur. Cæterùm ad supplenda exercitus damna [b] certauere Galliæ, Hispaniæ, Italia, quod cuique promptum, arma, equos, aurum offerentes. quorum laudato studio Germanicus, [c] armis modò & equis ad bellum sumptis, propria pecunia militē iuuit. vtque cladis memoriā etiam [d] comitate leniret, circūire saucios, facta singulorū extollere, vulnera intuēs, aliū spe, alium gloria, cunctos alloquio, & cura, sibique & prælio firmabat. [e] Decreta eo anno triumphalia insignia A. Cæcinnæ, L. Apronio, C. Silio ob res cum Germanico gestas. [f] Nomē [g] patris patriæ Tyberius à populo

OBSERVATIONES.

a *Qui cadaueri illudit planè hostilem animum nudat.*

b *Is demum felix reip. status dici potest, cùm socij, & subiecti non rogati, aut, quod pessimum est, coacti, sed vltro certant inter se muneribus ad supplenda, aut resarcienda Reipublicæ damna.*

c *Si quando à prouincijs munera principi offeruntur, debet is esse promptior ad agnoscendum animum, & beneuolentiam earum erga se, ac proinde ad gratias agendas, laudandumque studium, quàm ad ea protinus accipienda, quæ offeruntur; quæ tamen si ita res postulat, vt accipi debeant, non tam sua voluntate, quàm exprimente necessitate ab se accipi declaret.*

d *Mirum dictu est, quantopere acceptæ cladis memoria comitate principis leniri possit. quæ comitas in eo consistit, vt ipse milites saucios circumeat, facta singulorum extollat, vulnera intueatur; alium spe, alium gloria, cunctos alloquio, & cura sibi firmet: denique se de illorum securitate, & commodis valde sollicitum esse ostendat.*

e *Non tantùm ille, cuius ductu victoria parta est, sed & ii quibus mandata sunt potissima exercitus munia, atque vnà cum ipso rem prosperè gesserunt, triumphalia insignia decernuntur.*

f *Qui principatum ambit, aut principem locum recens adeptus est, diligenter amoueat ab se suspitionem penitus opprimendæ libertatis. ideoque quæ ad splendorem magis, quàm ad vera principatus munimenta pertinent, etsi ipsi ab iis, quos penes ius, & potestas est, offeruntur, repudiet. re tamen ipsa nihil prætermittat eorum, quæ robora, & firmamenta principatus vere dici possunt. Sic Tiberius nomen patris patriæ à populo sæpius ingestum repudiauit; neque in acta sua iurari, quanquam censente senatu permisit. Sed tamen consultus an iudicia maiestatis redderentur, quibus sanè, si redderentur, continebatur vis principatus sui, exercendas leges esse respondit.*

g *Huc animum aduertant principes; sciantque quod summi hominum sunt, id sæpius fortunæ tribui; sed quod hominum opinione, censentur digni iis appellationibus, honorumque titulis, qui haud dubiè maiores sunt, quàm nomen, ac dignitas ipsa principis, in eo verò nullas esse partes fortunæ; sed id totum ab vna virtute proficisci, quam si colent, eaque quæ agent, omnia ad publicam vtilitatem conferent, iis sanè honoribus digni censebuntur, qui, quia non fluxis, & inanibus, sed certis, firmisque subnixi sunt fundamentis, æterni erunt. Nihil certè neque Augusto, neque Tiberio, neque adeò cuiquam mortalium honorificentius vnquam decretum est, quàm nomen patris patriæ. Quod sanè Tiberius, etsi propter eam, quam proximè retuli, causam, repudiasse videtur, tamen illi & hæc accedere potest, quòd homo sibi multorum dedecorum, flagitiorumque conscius tam honorifico titulo se indignum deputabat, quem maximis tantùm hominibus i. is, quorum præclara extant in remp. merita, tribui æquum est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpius ingestum repudiauit: neque in acta sua iurari, quanquam censente senatu, permisit. cuncta[a] mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictans. non tamen ideo faciebat fidem[1] ciuilis animi. nam legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant, si[b] quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique malè gesta Rep. maiestatem populi Romani minuisset: [c] facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus[d] cognitionem de [e] famosis [e] libellis, specie legis eius tractauit, commotus Cassii Seueri libidine, qua viros fœminasque inlustres, procacibus scriptis [e] diffamauerat: mox Tyberius, consultante Pompeio Macro prætore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. Hunc quoque [f] asperauere carmina incertis autoribus vulgata in segnitiã superbiãque eius, & discordem cũ matre animũ. Haud pigebit referre in Falanio & Rubrio, modicis equitibus Rom. prætẽtata crimina, vt quibus initiis, [g] quanta Tyberii arte [g] grauissimũ exitiũ irrepserit, dein repressum sit, postremò arserit, cunctaq; corripuerit, noscatur. Falanio obiiciebat accusator quòd inter cultores Augusti, qui per omnes domos in modũ collegiorũ habebãtur, Cassiũ quendã mimum corpore infamem[h] adsciuisset: quodque venditis hortis, [i] statuam Augusti simul mancipasset. Rubrio crimini dabatur violatum periurio[k] nomen Augusti. Quæ vbi Tyberio notuere, scripsit consuli-

1. Etsi seb Augusto nondum hominibus verba sua periculosa, iam molesta fuisse, ait Seneca lib. 3. de benef. cap. 27. 3. Sic lib. 15. Annal. Quintilianus molli corpore infamis, & a Nerone, proximo carmine diffamatus contumeliae vltimam fibat.
4. Sub Tiberio Caesare, inquit, Seneca lib. 1. de benef. cap. 10. fuit accusandi frequens, & pro publica rabies, quae omni ciuili bello grauius rogatã ciuitatem cõfecit.

OBSERVATIONES.

a *Singuli mortales, in his principes, aurea hæc Tiberij verba memoriæ mandent, cuncta mortalium incerta, quantoque quis plus adeptus est, tanto magis in lubrico esse.*
b *Capita præcipua quæ lege maiestatis continebantur, hæc erant; siquis proditione exercitum, aut plebem seditionibus concitasset; denique malè gesta rep. maiestatem pop. Romani minuisset, ut securi feriretur. Vide tit. Ad. l. Iuliam Maiestatis.*
c *In criminibus etiam atrocissimis facta præponderant dictis.*
d *Cognitio de famosis libellis ducta est ab lege maiestatis.*
e *Libelli famosi vocantur procacia scripta, quibus homines potissimùm illustres, diffamantur.*
f *Principem & validum quemque non parum asperant carmina incertis authoribus vulgata in sæuitiam, superbiam, ac cætera ipsius vitia. cæterùm si princeps diffamari non vult, ita se gerat, vt quæ palam de eo dicuntur, eadem secretis in locis, vbi cuiusque animus verè nudatur, vere & sentiri, & dici possint.*
g *Hi sunt gradus eorum, quæ à paruis ducta initiis postea magnos exitus habent; nempe, vt primùm, tanquam noua irrepant; mox fortè reprimantur; deinde, quia iam induci posse satis constat, reuocentur; postremò ardeant, cunctaque corripiant. hac arte vtuntur ij, qui noua, & inaudita in rem. inducunt.*
h *Mimos & corpore infames in collegia sacrorum adsciscì minimè æquum est.*
i *De rebus sacris nulla stipulatio fieri potest.*
k *Cùm diuini honores principi deferrentur, non est mirum si iuriurando adhibebatur nomẽ ipsius, tanquam numinis alicuius.*

bus

bus,[a] non ideo decretum patri suo cœlum, vt in perniciem ciuium is honor verteretur. [b] Cassium histrionem [c] solitum inter alios eiusdem artis interesse ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sacrasset. Nec contra religiones fieri, quòd [d] effigies eius, [c] vt alia numinum simulacra, venditionibus hortorum, & domuum accedant. [f] Iusiurandum perinde æstimandum, quàm si Iouem fefellisset. [g] deorum iniurias [h] diis curæ. Nec multò pòst Granium Marcellum prætorem Bithyniæ [i] quæstor ipsius Cæpio Crispinus maiestatis postulauit, [k] subscribente Romano Hispone, qui formam vitæ iniit, quam postea [l] celebrem miseriæ temporum, & audaciæ hominum fecerunt. nam [m] egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis sæuitiæ principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit, [n] potentiam apud vnum, odium apud

OBSERVATIONES.

a *Quædam magnis viris, ob præclara ipsorum in remp. merita tribuuntur, quæ tamen in perniciem ciuium verti minimè debent. hinc regula generalis colligi potest hoc modo; Quicquid in perniciem ciuium vertitur, id principi honorificum esse nec potest, nec debet.*
b *Cùm passim histriones vocentur infames, hanc vocem Tiberij diligenter, credo, excipient, qua probare possunt, non semper sc hominibus vsque adeò odiosos fuisse, quin ludis in memoriam Augusti maximi qui fuerunt, qui sunt, qui erunt, principis aliquando interfuerint.*
c *Quæ fiunt exemplo ducto ab domo principis, aut loco aliquo illustri, in iis reprehensioni locus non est.*
d *Cùm Tiberius non connumeraret effigies, & simulachra numinum inter res sacras, meritò respondit, ea hortorum, & domuum venditionibus accedere, hoc est, de cuiusuis numinis simulachro stipulationem fieri posse.*
e *Non est postulandum mortali, vt sibi maior, quàm diis honor habeatur.*
f *Periurio violatur nomen Dei; videturque adeò Deus falli.*
g *Quæ iniuriæ Deo ita fiunt, vt, factæ sint necne, ipse vnus, præterque ipsum nemo dispicere possit, ab harum cognitione abstinere homines debent. cur enim, & quid de eo cognoscant, cuius ad inuestigationem nulla humana industria, aut ope peruenire potest? hoc sensu verissimum est, Deorum iniurias esse diis curæ.*
h *Clementia facilè paratur aditus ad principatum; & iam adeptus corroboratur, nempe, si non ob singula ciuium, quæ reprehendi possent facta, in ipsos morosè & grauiter animaduertitur; sed vt excusatione digna videri possunt, ita ab eo, qui principatum ambit, excusantur; veniaque his, præter expectationem, datur.*
i *Tantum potest seu inuidia, seu ambitio, vt minores magistratus audeant reos facere maiores, atque adeò eos, quibus ipsi parent.*
k *Accusatio ab vno intenditur, cui alij subscribunt.*
l *Quidam non ob proprias virtutes, sed propter temporum miserias & audacias hominum celebres euadunt.*
m *Tyrannorum aulæ plerunque refertæ sunt eo genere hominum, qui ipsi egentes, ignoti, & inquietes, occultis libellis sæuitiæ principis adrepunt; mox clarissimo cuique negotium facessunt.*
n *Hic ferè est exitus inquietorũ hominum, quique ex egentibus, & contemptis metuendi facti sunt, aditumque sibi patefecerunt ad honores malis artibus, vt potentiam quidem apud vnum, odium verò apud omnes adipiscantur; nec sibi minùs perniciem, quàm aliis inueniant. hi sunt de quibus Salomon in proverb. loquitur c. 26. v. 21. Qui fodit foueam incidit in eam, & qui voluit lapidem reuertetur ad eum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes adeptus, dedit exemplum quod secuti ex pauperibus diuites, ex contemptis metuendi perniciem aliis, ac postremum sibi [a] inuenere. Sed Marcellum insimulabat sinistros de Tyberio sermones [b] habuisse: [c] ineuitabile crimen, cùm ex moribus principis fœdissima quæque deligeret accusator, obiectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantur. Addidit Hispo, [e] statuam Marcelli [d] altiùs, quàm Cæsarum sitam, & alia in statua, amputato capite Augusti, effigiem Tyberii inditam. ad quod [e] exarsit adeò, vt rupta taciturnitate proclamaret, se quoque in ea causa laturum sententiam palàm, & iuratum, [f] quò cæteris eadem necessitas fieret. Manebant etiam tum [g] vestigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piso, [h] Quo, inquit, loco censebis Cæsar? si primus, [i] habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dis-

a Vide lib. 6. de Paconiazo, qui ob crimina in principem [illegible] ac strangulatur eii.

OBSERVATIONES.

a *Qui aliis perniciem quærit, hoc vno fœlix est, quòd eam sibi quoque inuenit.*

b *Ineunte principatu nullum crimen exitiosius est, quàm læsæ maiestatis; quod non solùm eò vsque extenditur, si prv quem factum est, vt & princeps, & resp. detrimentum caperet, sed et ad ipsa verba refertur, quæ eadem atrocitate puniuntur, qua deterrima quæque flagitia. Itaque de principe, potissimùm tyranno, nunquam nisi necessariò, & perparcè loquendum est.*

c *Locus non magis, minusue honoratus dicitur propter eam personam, cuius est; verùm etiam propter eas omnes res, quæ illam personam demonstrant; cuiusmodi sunt imagines, statuæ, effigies, simulachra, & cætera eius generis.*

d *Cùm superior locus, etiam in rebus inanimis, sit honoratior inferiore, diligenter cauendum est, ne quid in ea re peccetur, qua re quisquam, ac potissimùm princeps meritò offendi possit. Itaque quemadmodum si ipse adesset, primum haud dubiè locum, nullo aduersante, insideret, quæcunque referunt illius personam haud dubiè simili loco sunt collocanda.*

e *Hic est mos principum callidissimorum, vt, etsi aliquem perdere mirè cupiunt, tamen non id, quapropter verè dolent, sed honestiorem aliquam causam affectui suo prætexant; eamque obtentui, in illius, scilicet, perniciem, quem oderunt, sumant. Ita in iis, quæ impotentissimè faciunt, speciem aliquam induunt recti.*

f *Si princeps ab senatu, aut quouis alio sibi in aliqua re, operam præstari cupit, ipse suo exemplo, verbisque exceptis apertè declaret, quid animi super ea re habeat. quippe satis constat, neminem fore, qui ipsius autoritatem defugiat.*

g *In principatu nondum adulto morientis libertatis vestigia etiam manere dicuntur, cùm aliquis etiam reperitur tanta constantia, vt cæteris in fœdam adulationem lapsis, iniquæ principis sententiæ ipse vnus aduersari audeat.*

h *Non satis est tutum ijs de rebus, quas princeps ratus apud se, statutasque habet ante ipsum, aut post ipsum sententiam dicere. quippe si princeps primus dicit, iam quod sequaris, habes; nec sine offensione, aut periculo ab eo dissentire potes; si post omnes, verendum est, ne imprudens ab eo dissenseris. hinc prudens principis consiliarius discet, sibi ante omnia, & per omnia principis mentem esse pernoscendam: ne quid sibi excidat, quod intempestiuum, molestum, reip. infructuosum, sibique exitiosum sit.*

i *Qua de re quid quisque ex suis consiliarijs sentiat, si princeps scire vult, ipse ab sententia coram dicenda abstineat, ac ceteros tantùm audiat, qui aliter facit, non rogat sententias, sed suam prætexere vult.*

sentiam.

sentiam. [a] permotus his, [b] quantoque incautiùs efferbuerat, [c] pœnitentia patiens tulit absolui reum criminibus maiestatis. de pecuniis repetundis ad reciperatores itum est. Nec patrum cognitionibus satiatus, iudiciis [d] adsidebat in cornu tribunalis, [e] ne prætorem curuli depelleret: multaque eo coràm, [f] aduersus ambitum & potentium preces constituta. sed dum [g] veritati consulitur, libertas corrumpebatur. Inter quæ Pius Aurelius senator, quæstus mole publicæ viæ, ductuque aquarum, labefactas ædis suas, auxilium patrum inuocabat. resistentibus ærarij prætoribus [g] subuenit Cæsar, pretiumque ædium Aurelio tribuit, [h] erogandæ per honesta pecuniæ cupiens. quam virtutem diu retinuit, [i] cùm cæteras exueret. Propertio Celeri prætorio [k] veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies sestertium largitus est, satis comperto, paternas ei angustias esse. tentantis eadem alios, probare causam senatui iussit, cupidine seueritatis, in his etiam quæ rite faceret, [l] acerbus. vnde cæ-

g Qvippe, verè quidè erat coercendum esse iam hinc tum & potestatem primorum, sed nō animadvertebant singuli ea maximè ratione vniuersorum libertatem corrumpi.

OBSERVATIONES.

a *Et ipso corruptissimo sæculo liberæ reprehensioni locus adeò est, vt pernicioſa principis consilia non rarò impedire possint. Itaque nullo metu principis consiliarius deterreri debet à proferenda ea sententia (etiam aduersus ipsum principem) quæ periclitantibus opem ferre possit.*

b *Quanto quis ira incautiùs efferbuit, tanto magis post pœnitentia mitescit.*

c *Cùm singulis mortalibus, tum verò principi diligenter cauendum est, ne in iram prolabatur: ne illius impulsu aliquid committat, cuius postea poeniteredum sit.*

d *Princeps ne quid eorum, quæ in rep. fiunt, ignoret, non modò ius, quæ in senatu aguntur, sed & iudicia, in quibus priuatorum lites dirimuntur, aliquando interesse debet.*

e *Quia princeps, vt caput reip. ac supremus magistratus singulis tribunalibus, & absens, & præsens adeo præsidere censetur, vt magistratus, eius ea est iurisdictio, non suo, sed principis nomine id loci obtineat, non mirum facit princeps, si se, cùm fortè iudicijs interuenire vult, vt, quæ ibi agantur, sciat, non semper suum, sed alium quemuis locum occupat, Tiberii exemplo; quod potissimùm imitari debet is, qui liberam remp. nuper oppressit: vt hoc facto, suum ius magistratibus manssisse, nihilque ab se in rep. immutatum esse ostendat.*

f *Hac arte vtitur is, qui remp. oppressit, vt multa constituat aduersus ambitum, & preces potentiū grata in vulgus: vt, cùm hos depulerit, suo arbitratu, nemine impediente, ceteram multitudinem opprimere, ac libertatem pergat corrumpere.*

g *Quam ob rem damnum acceptum est, ob eam vt læso subueniatur, æquitas suadet.*

h *Inter præcipuas virtutes, quæ esse in viro principe debent, hæc meritò connumeratur, vt sit cupiens erogandæ pecuniæ per honesta; i. vt eos sua benignitate iuuet, qui ea digni sunt. hac certè virtute difficile dictu est, quantopere sibi conciliet hominum beneuolentiam. Sed hoc, hodierno die, perpaucis persuadeas. nam quotusquisque non id agere videtur, vt, pro beneuolentia hominum odia emptitet?*

i *Multi antequam altissimum dignitatis gradum obtinerant, omnibus virtutibus præditi videntur, quas postea, quia planè animo nequaquam inhæserant, sed in speciem quæsitæ erant, exuunt.*

k *A publicis muneribus videntur ij excusandi, quibus sunt domesticæ angustiæ & paupertas.*

l *Quidam eo sunt ingenio præditi, vt, in ijs etiam, quæ rite faciunt, non modò seueri, sed & acerbi & sint, & videri velint.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

teri [a] silentium & paupertatem confessioni & beneficio præposuere. Eodemanno continuis imbribus auctus Tyberis plana vrbis stagnauerat. [b] Relabentem secuta est ædificiorum & hominum strages. Igitur censuit Asinius Gallus, vt libri Sibyllini adirentur. [c] Renuit Tyberius, perinde diuina humanaque obtegens: sed remedium coercendi fluminis Ateio Capitoni, & L. Arruntio mandatum. Achaiam ac Macedoniam onera deprecantis [d] leuari in præsens proconsulari imperio, tradique Cæsari placuit. Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris, ac suo nomine obtulerat Drusus præsedit, [e] quanquam vili sanguine nimis gaudēs; quod vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur. [f] cur abstinuerit spectaculo ipse, variè trahebant; alii tædio cœtus, quidam tristitia ingenii & metu [g] comparationis, quia Augustus [h] comiter interfuisset. [i] Non crediderim [k] ad ostentandam sæuitiam, mouendasque populi offensiones concessam filio materiam; quanquam id quoque dictum est. [l] Theatri licentia proximo priore anno cœpta grauiùs tum

OBSERVATIONES.

a *Multi potiùs, quàm domesticas angustias, & paupertatem suam nudent, & confiteantur, & beneficio nimis vulgato sint obstricti, silent, nec quibus rei familiaris angustiis conflictentur palam facere volunt. & hoc illud est, quod Tacitus apellat, silentium, & paupertatem beneficio præponere.*

b *Non cùm flumen perpetuis auctum imbribus plana loca stagnat, tunc est periculum ruinæ: sed cùm relabitur, metuendum est, ne secum ædificiorum, & hominum stragem trahat.*

c *Nouus princeps diligenter operam det, ne, quarum rerum cognitio sibi obesse potest, eæ vulgentur; nempe, quibus decretis nititur imperium suum, hæc semper obtegi, & recondi debent. quædam, scilicet, sunt, quæ ratio imperandi facit arcana.*

d *Videat princeps ne preces & iusta desideria prouinciarum onera deprecantium aspernetur.*

e *Sæuitia magna est, vel vili gladiatorum sanguine nimis gaudere; debet autem princeps, quàm maximè potest, amouere ab se suspitionem crudelitatis, qua generi humano nihil odiosius dici potest.*

f *Præstat omnino abstinere ab aliqua re, quàm in ea ita versari, vt, nec tibi, neque cæteris satisfacias.*

g *Princeps qua ex re decessorem suum magnam laudem adeptum esse videt, si eadem in re ipse, pari cum laude versari non potest, ab ea planè abstineat, ne superioris comparatione princips is deterior illo apparet; ac proinde de sua existimatione multum ipse detrahat.*

h *Quibus rebus delectatur populus præsertim potens, ijque apud quem est caput rerum, ijs princeps si comiter intererit, rem multitudini gratam faciet.*

i *Historiæ scriptor etsi nequaquam reticere debet ea, quæ principi, fama, & sermone hominum atrocissima obiectantur, tamen se ea non credere affirmet. qua re & prudentem se, ac modestum esse demonstrabit; & consulet posteritati, quæ sibi nihil atrox imitandum proponet; cùm quicquam tam dirum ne factum quidem vnquam esse quisquam animum inducere possit.*

k *Qui id agit vt hominum offensiones in aliquem moueantur, is huic persuadeat, aut, si potest, cogat eum iis defungi muneribus, quæ per se sunt odiosa; easque illi præbeat vitiorum ostendorum occasiones, quas scit esse maximas.*

l *Linguæ petulantia semper histrionum adeò propria fuit, vt vna procacitate tota histrionalis ars niti videatur.*

erupit occisis non modò è plebe, sed militibus, & centurione, vulnerato tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magistratus & dissensionem vulgi prohibent. Actum de ea seditione apud patres; dicebanturque sententiæ, vt prætoribus ius virgarum in histriones esset. intercessit Haterius Agrippa tribunus plebei, [a] increpituque est Asinii Galli oratione, qui ea simulachra libertatis Senatui præbebat, silente Tyberio. [b] valuit tamen intercessio, [c] quia diuus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat, [d] neque fas Tyberio infringere [e] dicta eius. De modo lucaris, & aduersus lasciuiam fautorum multa decernuntur, ex quis maximè insignia: [f] Ne domos [1] pātomimorum senator introiret: ne [g] egredientes in publicum equites Romani cingerēt, [h] aut alibi, quàm in theatro spectarentur, & spectantiū [i] immodestiam exilio mulctandi potestas prætoribus fieret. [k] Templum vt in colonia Tarraconensi strueretur Augusto petentibus Hispanis, permissum, [l] datumque in omnes prouincias exemplum. [m] Centesimam rerum venaliū post bella ciuilia institutam, deprecante populo, [n] edixit Tyberius [2] militare æra-

1 Pantomimi ij dicuntur, qui ars tem saltādi profitentur, vide Senec. epist. 52. hinc pantomimica ornamēta. Seneca epist. 24.

2 Militare ærarium illud erat, ex quo iusta stipendia exercitibus persoluēda promebantur.

OBSERVATIONES.

a *Cùm reip. status iam vergit ad principatum, qui nouo principi operam præstant, id agere debent vt minima quæque libertatis vestigia deleant.*

b *Nouus princeps etsi minima quæque libertatis vestigia delere debet, consultè tamen faciet, si non vno impetu id aget, sed paulatim, ac ne id agere videri possit, interdum aliqua vestigia, siue simulachra libertatis senatui, populoue præbebit.*

c *Histriones decreto Augusti, immunes sunt verberum.*

d *Successor illius qui rem oppressit, singula dicta, facta, responsa decessoris sui summa cura, & religione obseruare debet, ne si vnius auctoritas eleuetur, periculum sit ne aperiatur fenestra ad cætera illius acta labefactanda, quæ omnia eo referebantur, vt reip. libertas opprimeretur. quod cùm fæliciter præstitum est, quibus rationibus eò peruentum est, ex his tanquam sacrosanctæ obseruabuntur, satis constat principatum iam institutum ita corroborari, vt nulla amplius ratione conuelli possit. Hæc fuit intima causa Tiberio, quapropter nequaquam fas sibi duxerit infringere, non modò acta, sed ne dicta quidem Augusti.*

e *Quid loquantur principes diligenter videāt, cùm dicta ipsorum eodem apud homines sint loco, quo leges, responsa prudentum. senatus consulta, aut ipsa oracula.*

f *Non est fas viro amplissimo ingredi in ædes pantomimorum.*

g *Homines aliqua dignitate præditos minimè decet, pantomimos in publicum egredientes cingere.*

h *Pantomimos, & histriones alibi, quàm in theatro spectare indecorum est.*

i *Immodestia eorum, qui fauent lasciuiæ, dictisque procacibus pantomimorum, & histrionum exilio coercetur.*

k *Templa non modò Dijs immortalibus, verùm etiam hominibus, etiam deterrimis, interdum struuntur.*

l *Cùm princeps in sui honorem aliquid vt faciat, cuipiam permittit, satis ostendit, cupere se, vt cæteri inde exemplum capiant.*

m *Qui sumptus in rep. necessarij sunt, hi certo aliquo ærario, aut certa aliqua pecunia niti debēt, quæ in nullos alios vsus conferatur.*

n *Obseruent principes, iustas populi preces admittendas esse; aut, cur id fieri non possit, rationem publicè reddi oportere edicto, aut epistola; vt, non se libidine agi, sed reip. necessitate cogi ostendant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium eo subsidio niti, simul imparem oneri Remp. nisi vicesimo militiæ anno veterani dimitterentur. ita proximè seditionis malè consulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, [a] abolita in posterum. Actum deinde in senatu ab Arruntio & Ateio, [b] an ob moderandas Tyberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augescit. Auditæque municipiorum & coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipsis perniciē adferret. Congruentia his Interamnātes disseruere, pessum ituros fœcundissimos Italiæ campos, si amnis Nar [id enim parabatur] in riuos diductus superstagnauisset. Nec Reatini silebant, Velinum lacum, quà in Narem effunditur, obstrui recusantes; quippe in adiacentia erupturum: [c] optumè rebus mortalium consuluisse naturam, [d] quæ sua ora fluminibus, suos cursus, [e] vtque originem, ita fines dederit: spectandas etiam religiones sociorum, [f] qui sacra, & lucos, & aras patriis amnibus dicauerint: quin ipsum [g] Tyberim nolle prorsus accolis fluuijs orbatum minore gloria fluere. Seu preces coloniarum, seu difficultas operū, siue superstitio valuit, vt in sententiam Pisonis concederet, qui nil mutandum censuerat. Prorogatur Poppæo Sabino prouincia Mœsia, additis Achaia & Macedonia. [h] Id quoque morum Tyberij fuit, continuare im-

OBSERVATIONES

a *Sapienter facit princeps, cùm quæ vi à potentibus iam sunt extorta, ea ipse ita temperat, vt edicto licet paulùm immutata aut permittat, aut probabili aliqua ratione aboleat. Ita enim populo satisfacit cum dignitate.*

b *Ad moderandas violentioris alicuius amnis exundationes verti flumina, & lacus, per quos augescit, debent.*

c *Natura ita consuluit mortalibus, vt de ea conqueri nemo possit: estque temeritatis insignis, ea velle mutare, quæ naturalia sunt.*

d *Natura fluminibus sua ora suos cursus, vtque origines ita fines dedit.*

e *Cuicūque rei naturæ originem, huic fines dedit, ita quic quid manat à principio, tendit ad interitū.*

f *Cùm singulis fluminibus singula numina præesse veteres crederent, non mirum est, si his diuinum cultum tribuerunt, ac sacra, lucos, aras patrijs amnibus dicarunt.*

g *Flumen eò maiori gloria fluere dicitur, cùm multi aly accolæ fluuij in eum influunt.*

h *Quidam eo sunt ingenio præditi, vt semel placita pro æternis seruent, etiam in ijs, quæ mutari debere videntur. Certè Tiberium mirum est, tam callidum principem imperia, & iurisdictiones continuasse, cùm potius natura noui principatus postulare videatur, vt quibus maxima reip. munia commissa sunt, subinde mutentur. Sed præter huius rei causas, quæ hic à Tacito afferuntur, hanc memorabo. Non metuisse Tiberium, ne quid turbæ ab ijs, quos exercitibus, ac prouincijs præficiebat, daretur, quia certa pro incertis, præsentia pro futuris, tuta pro periculosis reliquissent; cùm satis constet, perrarò quenquam res nouas moliri, nisi desperatione aut odio coactum, quæ nulla erant in iis, quos Tiberius honoribus, & opibus cumulauerat: ac proinde causa nulla erat, cur ab illis sibi metueret. ex quibus tamen si aliquis insanire occepisset, satis sciebat illius conatus ab aliis exercitibus infringi parvo negotio posse. Suetonius huius rei causam refert ad abiectam ab eo reip. curam.*

peria

peria, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus, aut iurisdictionibus habere. Causæ variæ traduntur: alij rædio nouæ curæ, semel placita pro æternis seruauisse: quidam inuidia, [a] ne plures fruerentur. sunt qui existiment, [b] vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium. [c] neque enim eminentis virtutes sectabatur; & rursum vitia oderat. ex optimis periculum sibi, a pessimis [d] dedecus publicum metuebat. qua hæsitatione [e] postremò eo prouectus est, vt mandauerit quibusdam prouincias, quos egredi vrbe non erat passurus. De comitijs consularibus, quæ tum primùm illo principe, ac deinceps fuere, vix quicquam firmare ausim: adeò diuersa non modò apud autores, sed in ipsius orationibus reperiuntur. Modò subtractis candidatorum nominibus, originem cuiusque & vitam, & stipendia descripsit, [f] vt qui forent [g] intelligeretur: aliquandò ea quoque significatione subtracta, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, [h] suam ad id curam pollicitus est. plerunque eos tantùm apud se professos disseruit, quorum nomina consulibus edidisset. posse & alios profiteri, si gratiæ, aut meritis confiderent. [i] spe-

OBSERVATIONES.

a *Minor videtur esse inuidia, si bono, aut honore aliquo vnus diu fruitur, quàm si minori spatio temporis multi.*

b *Cuius callidum est ingenium, huius anxium solet esse iudicium de iis, quorum opera necessariò vtitur.*

c *Eesi princeps odit vitia, non tamen eminentes virtutes plerunque sectari solet. siquidem à præstantibus hominibus periculum sibi fore suspicatur. Non igitur causa est, quapropter mirentur homines virtute præstantes si non, quo digni sunt, loco apud principes sunt; atque ex suis virtutibus orpantur; siquidem, vti diximus, non minùs metuuntur virtutes, quàm exosa sunt vitia; &, vt Sallustius ait in Coniurat. Catil. Regibus boni, quàm mali suspectiores sunt; semperque his aliena virtus formidolosa est.*

d *Cùm publicum dedecus à pessimis hominibus meritò metuendum sit, diligenter princeps videre debet, quibus dignitates mandet.*

e *Hic callidissimorum principum mos est, vt, cùm eminentes virtutes metuant, vitia item ad vitandum publicum dedecus oderint, diu quibusnam prouincias, maximique momenti negotia committant, hæsitent; qua hæsitatione eò tandem proueniunt, vt, quos tam ob vitia, quàm ob maximas virtutes suspectos habuerunt, hos tandem summus afficiant beneficijs, magnisque extollant honoribus; nempe, vt se omni suspicione puriter exoluant, ac periculo.*

f *Certa demonstratio (vt est apud iurisconsultos) est vice nominis, vel sic; Eius nomen nomino, quem ita describo, vt ea descriptio conueniat, præter ipsum, nemini.*

g *Cùm in comitijs agitur de iis, qui honore sunt honestandi singulorum facta, & virtutes enumerare, quàm nomina proferre præstat.*

h *Nouus princeps mirum in modum conciliat sibi nobilium beneuolentiam, si sua gratia, & studio, in adipiscendis honoribus, iuuat eos, qui ipsius gratia, aut propris meritis confidunt.*

i *Tyrannus plerunque multa dicit speciosa verbis, quæ re ipsa inania sunt, aut subdola.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciosa verbis, re inania, aut subdola: quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius seruitium.

OBSERVATIONES.

a *Nouus princeps, remanentibus adhuc vestigiis libertatis, quæ potissimùm conspiciuntur in eo, si suffragia populi magistratus creantur, debet dare operam, vt candidati, atque qui honores ambiunt, apud se nomina profiteantur, hoc est, vt in sua manu sit id omne, quod pertinet ad comitia; hac specie, vt dicat, se nonnisi eorum nomina esse editurum, qui gratia, hoc est fauore multitudinis, sed reuera ipsius principis, & propriis meritis nituntur. hac arte cuncta ad se trahet; nam quanto maiore libertatis imagine quicquid ea in re ipse aget, tegetur, tanto magis erumpet ad infensius seruitium. siquidem princeps nonnisi magistratus designabit, & creabit eos, quos volet, ac proinde vniuersam remp. in sua manu habiturus est.*

FINIS OBSERVATIONVM IN PRIMVM LIBRVM ANNALIVM C. CORNELII Taciti.

EPITOME SECVNDI LIBRI ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

VONONES Parthorum Rex, regno exutus ab Artabano, & ad Armenios profugus ab his in regnum accipitur. Id quod cùm Artabanus iniquo animo ferret, & hãc ob causam Armenijs minitaretur, in quibus aduersus vim Parthorum parum subsidij erat; & causa esset nulla, cur bellum aduersus Parthos eius causa susciperetur, à Cretico Sullano rectore Suriæ custodia circumdatur. Cùm & has, aliasq; ob causas, quas infra memorabo, Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Coss. res Orientis turbarentur, hãc occasionem arripuit Tiberius abstrahendi Germanicum ab suetis legionibus, nouisque prouincijs imponẽdi, dolo simul & casibus obiectandi. Ille verò hoc cognito, celerandæ aduersus Germanos victoriæ intentior, fabricat classem mille nauium ad vehẽdas legiones vsque ad Amisiam flumen. Illis quippe in locis bellum erat gerendum aduersus Cheruscos Ibi Stertinius, missu Germanici, igne, & cædibus Angriuariorum, qui defecerant, perfidiam vltus est. Carioualda dux Batauorum pro Romanis aduersus Cheruscos pugnans, cum aliquot nobilibus interficitur. Cæterùm tam de Cheruscis, quàm cæteris Germanis magnam statim victoriam, commisso prælio, Germanicus reportauit, eo ex prælio Arminius vulneratus, & Inguiomerus euaserũt. in loco prælii Tiberius ab legionibus imperator salutatus est. Ea clades tanto dolore & ira affecit Germanos, vt statim bellum restaurarint: quo rursus ipsorum ingenti clade, superati sunt. Post quæ continuò Angriuarii supplices in deditionem accipiuntur. His rebus ita gestis, Germanicus cùm maiorem partem exercitus classi impositam reueheret, vi ventorum, & sæuitia fluctuum pars nauium hausta, pars disiecta, & in solas terras, aut in Britanniam delata est. Quæ damna statim pensata sunt prospera expeditione in Marsos. Inde crebris Tiberii epistolis Germanicus Romam accitur. Ibi Libo Drusus Scribonius, fraude Firmii Cati senatoris, quasi res nouas moliretur, in senatu accusatus, voluntaria morte iudicum sententias effugit. Facta de Mathematicis, Magisque Italia pellendis senatusconsulta; quorum è numero L. Pituarius saxo deiectus est. Item Martius supplicio est affectus. Aduersus luxum ciuitatis decretum est, ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, néue serica vestis viros fœdaret. Inter quæ Vrgulania, quam amicitia Augustæ supra leges extulerat ab L. Pisone in ius vocatur. Eo anno res dilatæ; tentatumque est vt magistratus essent quinquennales. A. V. C. DCCLXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui rei aduersatus est Tiberius. Is M. Hortalo paupertatem suam querenti quamuis primò aduersatus, tamen perspecta inclinatione senatus benignè fecit. Eodem anno, cùm Clemens Posthumi Agrippæ seruus, extincto, vt superiori libro dictum est, domino eius cineres furatus se Agrippam esse mentiretur, iamque futurum esset, vt ex eo noui motus propediem orirentur, opera Sallustii Crispi, Romam tractus interficitur. Fine anni arcus, ob recepta signa cum Varo amissa; item ædes Fortis fortunæ, & effigies diuo Augusto dicantur.

A. V. C. Sequenti anno, C. Cœlio, L. Pomponio Coss. Germanicus triumphauit
A. CCCLXX. de Cheruscis, Chattisque & Angriuariis, aliisque nationibus vsque ad Albim. Cæterũ ad ea, quæ supra de Armenia memoraui accedebat, quòd morte Archelai regis Cappadocia sine rege erat. præterea Antiocho Comagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis turbabantur nationes. & prouinciæ Syria, atque Iudæa fessæ oneribus diminutionem tributi orabãt. Igitur Germanicus iamdiu inuisus Tiberio ad hos motus compescendos in Orientem, Drusus alia specie, aliisque de causis in Illyricum mittitur. Eodem anno duodecim celebres Asiæ vrbes nocturno motu terræ collapsæ, & diductis terris haustæ sunt. Ædes aliquot sacræ aut vetustate, aut igni abolitæ à Tiberio dedicantur. Tacfarinas Africæ turbator à Furio Camillo proconsule Africæ funditur, fugaturq;. Sequenti an-

A. V. C. no, Tiberio tertiùm, Germanico iterum Coss. Germanicus per Illyricam
A. CCCLXXI. oram, in Græciam, mox in Thraciam venit. & superatis angustiis Propõtidis, & ore Pontico relegit Asiam; appulsusque Colophona ad Armenios contendit. his dato rege Artaxia, Cappadociam in formam prouinciæ redigit. Comagenis Q. Seruæum præficit. Interim Cn. Piso, quem Tiberius ad infectandum Germanicum Syriæ præfecerat, assequitur Germa-

A. V. C. nicum apud insulam Rhodum; eoque præuẽto in Syriam pergit. M. Silla-
A. CCCLXXII. no, L. Norbano Coss. Germanicus in Ægyptum profectus, quæ visu digna sunt, visit; Maroboduus Sueuorum Rex ab Catualda armis petitus, mox fractus, & ab omnibus desertus, inuitatu Tiberii in Italiam venit, & Rauennæ per duodeuiginti annos habitus est. Catualda pulsus Germania Forum Iulium mittitur. Decretũ senatus fit, vt Germanicus, & Drusus ouantes vrbem ingrederẽtur. Rhescuporis Thraciæ rex, ob fraude captũ, mox interfectum Cotyn fratis filium, custodia circumdatus, Romamq; tractus, & in senatu accusatus, damnatus est, vt procul regno teneretur. Regnum in liberos Cotyis diuiditur. Ipse Alexandriæ, quò deuectus fuerat, interficitur. Vonones antea Pompeiopolim Ciliciæ vrbem amotus, cùm corruptis custodibus fugeret, in ripa Pirami fluminis à Vibio Frontone vincitur; mox à Remmio euocato interficitur. At Germanicus postquam ex Ægypto rediit, fraude, & dolo (vt creditur) Cn. Pisonis in grauissimum

uissimum morbum incidit, cuius vi tandem, non sine ingenti omnium luctu, extinctus est. Cn. Sentius (nam Piso, iussu Germanici prouincia excesserat) de consilio legatorum Suriæ præficitur. Agrippina ascendit classem cum cineribus Germanici, liberisque Romam contendens. Piso accepto nuncio mortis Germanici apud Coum insulam, eoque intemperanter cum Plancina vxore vsus, redit ad prouinciam, Domitio Celere in eam ideo præmisso, vt quicquid hominum posset, armaret. Ipse cùm eò rediisset, cum ea manu, quam in modum legionis composuerat, Calenderim Ciliciæ castellum admodum munitum occupat; in quo cùm se aduersus Sentium, à quo obsidebatur, non se defendere posset, tandem victa pertinacia, & traditis armis, naues, ac tutum in vrbem iter obtinuit. Germanici mors Romæ nunciata tantum luctus, doloriſq; populo Rom. attulit, vt spõte omnes insignia luctus sumpserint. Honores ei, qui maximi potuerunt, decreti sunt. Liuia soror Germanici nupta Druso, recenti adhuc mœstitia, duos virilis sexus simul enixa est. Eodem anno cautum est, ne quæstum corpore faceret cui pater, auus, aut maritus eques Rom. fuisset. In locum Occiæ, quæ septem, & quinquaginta per annos Vestalibus sacris præsederat, suffecta est Domitii Pollionis filia. Arminius, pulso Maroboduo regnum affectans, armis petitus, dolo propinquorum cecidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM
LIBER II.

ET IN HVNC OBSERVATIONES
Caroli Paschalii Cuneatis.

ISENNA Statilio Tauro, L. Libone COSS. mota Orientis regna prouinciæque Romanæ, initio apud Parthos orto, qui petitum Roma, acceptumque regem, quamuis gentis Arsacidarum, vt [a] externum aspernabantur. Is fuit Vonones, obses Augusto datus à Phrahate. Nam Phrahates quanquam depulisset exercitus, ducesque Romanos, cuncta[b] venerantium officia ad Augustum verterat, [c] partemque prolis, firmandæ amicitiæ miserat, haud perinde nostri metu, [d] quam fidei popularium diffisus. Post finem Phrahatis & sequentium regum, [e] ob internas cædes, venere in vrbem legati à primoribus Parthis, qui Vononem vetustissimum liberorum eius accirent. [f] Magnificum id sibi credidit Cæsar, auxitque opibus. Et accepere barbari lætantes, [g] vt ferme ad noua imperia. Mox subit pudor degenerauisse Parthos, petitum alio ex orbe regem hostium artibus infectum: iam inter prouincias Romanas solium Arsacidarum haberi darique: Vbi illam gloriã trucidãtium Crassum, exturbantium Antonium, si [h] mancipiũ Cæsaris tot per annos ser-

OBSERVATIONES.

a *Is nobis pro alieno & externo est, qui alibi, quàm in patria altus, & educatus, externisque moribus imbutus est.*

b *Aliud est seruire; & aliud venerari. veneratio est obseruantia imbecillioris erga valentiorem; seruitus est ius domini in mancipium.*

c *Non exiguum amicitiæ argumentum exhibetur ei, cuius in aulam pars regiæ & nobilissimæ alicuius prolis, hoc est, aliquis ex liberis, charissimum scilicet pignus mittitur.*

d *Fœdus, & amicitia à principe cum exteris duabus de causis firmatur; nempe, metu potentioris; aut, quòd ei fidei popularium diffidit.*

e *Ex intestinis malis, & periculis externis profecta est necessitas constituendi publicam rem certa aliqua forma. optimæ autem reip. formæ argumentum est, cum vtrique malo obuiam itum est.*

f *Magnificum est principi peti ab se, & ex aula sua, tanquam ex regum seminario, accirì eum, qui florentissimæ alicuius prouinciæ, & validissimæ gentis rex futurus est.*

g *Hic est fere barbarorum mos, vt rerum mutatione, nouisque imperijs delectentur.*

h *Regno haud satis videtur esse honorificum, in solio regio locare eum, qui apud exteras gentes seruitutem perpessus sit. certè Parthi hoc pacto poterant vocari vernæ Romanorum, quomodo Fabius Pictor lib. 2. de aur. sec. & vrb. verb. Romæ dicit Romulum ex regulo primum regem à Thuscis declaratum esse. quam rem per occasionem acceptam Mithridates rex Asiæ pro ignominia Romanis opposuit, quod vernæ fuissent Thuscorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuitē perpessum Parthis imperitet? Accēdebat dedignantes & ipse diuersus [a] à maiorum institutis, raro venatu, segni equorum cura, quoties per vrbes incederet [b] lecticæ gestamine, fastuque erga patrias epulas. inridebantur & Græci comites, ac vilissima vtensilium annulo clausa. sed [c] prompti aditus, obuia comitas, [d] ignotæ Parthis virtutes, [e] noua vitia, & quia ipsorum maioribus aliena, [f] perinde odium prauis & honestis. Igitur Artabanus Arsacidarum è sanguine apud Dahas adultus excitur: primoque congressu fusus reparat vires, regnoque potitur. Victo Vononi perfugium Armenia fuit, vacua tunc, interque Parthorum & Romanas opes infida, ob [g] scelus Antonij, qui Artauasdem regem Armeniorum specie [h] amicitiæ inlectum, dein [i] catenis oneratum, postremò interfecerat. Eius filius Artaxias, [i] memoria patris nōbis infensus, Arsacidarum vi seque regnumque tutatus est. Occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus à Cæsare Armenijs Tigranes, deductusque in regnum à Tyberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis eius, quanquam sociatis more externo in matrimonium regnumque. dein iussu Augusti impositus Artauasdes, & non sine clade nostra deiectus. Tum C. Cæsar componendæ Armeniæ deligitur. Is

1. At ut mihi bonum deridiculum videtur. Patauius & Dou.

OBSERVATIONES.

a *Princeps vt suorum popularium fauorem sibi conciliet, non debet præbere se diuersum à maiorum, gentisque cui imperitat, institutis; ea dico, quæ sunt moris, & consuetudinis antiquæ; quæque sunt posita ante omnium oculos; cuius generis sunt venatus, cura equorum, patriæ epulæ, vestitus, sermo, & quæ sunt de eodem genere. certè nunquam prudens princeps conturbabit publicos mores, nec populum, vt ait Seneca in se, vitæ nouitate, conuertet.*

b *Princeps ab ijs rebus omnino abstinere debet, quæ animum mollem, & effœminatum arguunt.*

c *Difficile dictu est, quàm gratæ sint in vulgus ex virtutes, quæ etsi omnes homines decent, tamen i principum ita propriæ sunt, vt ijs carere, sine magna infamia, & fortasse periculo nō possint prompti scilicet, aditus, & obuia comitas, & (quamuis hoc loco de ea non agatur) liberalitas. Hæ virtutes præter hanc vltimam, barbaris sunt ignotæ; & quò magis à nobis vt virtutum potissimæ celebrantur, hoc magis ab ipsis tanquam vitia notantur.*

d *Princeps inprimis debet nosse ingenia eorum, quibus imperat; siquidem alios comitate, & benevolentia in officio continebis; alios, & hos barbari ingenij homines, nonnisi seueritate, truciq; & aspectu, & atrocibus factis coercebis.*

e *Cùm satis constet cuncta mortalium vna singulorum opinione niti, heu miseros nos, quibus ne in virtute quidem persæpe præsidium vllum est: siquidem quòd tu pro certo habes esse virtutem, id alijs fortasse est vitium. Ita, qua ex re laudem speres, hæc tibi dedecori est.*

f *Et apud vulgus, & apud barbaras gentes, quæ sunt aliena à maiorum institutis, ea siue praua, siue honesta perinde odio sunt.*

g *Princeps diligenter cauere debet, ne, scelestis hominibus prouincias committat, præsertim longinquas, & potentis, & potentissimis atque infensissimis hostibus finitimas; ne scelere præfecti prouinciales abalienati, ab suo ad illorum obsequium traducantur.*

h *Hominis est merè perfidi, aliquem specie amicitiæ illicere, ac postea in eum sæuire.*

i *Sedula danda est opera, ne quenquam mortalium, præsertim verò prepotentes homines offendamus; cùm non minus odia à patribus ad filios, quàm hæreditates transferantur.*

Ario-

Ariobarzanen origine Medum, ob [a] insignem corporis formam, & præclarum animum [b] volentibus Armeniis præfecit. Ariobazane morte fortuita absumpto, stirpem eius haud tolerauere. tentatoque [c] fœminæ imperio, cui nomen Erato, eaque breui pulsa, incerti solutique, & magis [d] sine domino, quàm in libertate, profugum Vononem in regnū accipiunt. Sed vbi minitari Artabanus, & parum subsidii in Armeniis, vel si nostra vi defenderetur, [e] bellum aduersus Parthos sumendum erat, rector Syriæ Creticus Sillanus excitum [f] custodia circundat, manente luxu & regio nomine. quod ludibrium vt effugere agitauerit Vonones, in loco reddemus. Cæterùm Tyberio [g] haud ingratum accidit, turbari res Orientis, vt [h] ea specie Germanicum suetis legionibus abstraheret, nouisque prouinciis impositum dolo simul & casibus obiectaret. [i] At ille quantò acriora in eum studia militum, & auersa patrui voluntas, celerandæ victoriæ intentior, tractare præliorum vias, [k] & quæ sibi tertium iam annum belligeranti sæua vel prospera euenissent: fundi Germanos acie, & iustis

OBSERVATIONES.

a *Is regno, & principatu dignus videri potest, cui natura, præter insignem corporis formam, præclarum quoque animum dedit.*

b *Qui volentibus præficitur, is legitimè, ac proinde tutò diuque imperat.*

c *Vix fieri potest, vt feroces nationes, & bellaces gentes fœminæ imperium ferant.*

d *Aliud est esse sine domino, & aliud esse in libertate. quippe sine domino dicuntur esse ij, qui assuefacti sunt imperio vnius, qui etsi è medio sublatus est, tamen propediem futurum est, vt alius, quisquis ille futurus est, in demortui locum suffectus imperitet. In libertate verò ij sunt, qui ita affecti sunt animis, vt, mortalem supra se agnoscant esse neminem, præter vnum magistratum, & leges. hinc fit, vt, vniuscuiusque conditio non tam ex præsenti statu, quàm ex animo spectanda sit.*

e *Cùm agitur de alicuius causa aduersus potentissimum hostem suscipienda, primùm illud in deliberationem venire debet, an id, quod agendum suscipimus, honestè facere possimus; mox, vtrum plus vtilitatis, aut damni ad nos inde rediturum sit. quòd si magnitudo periculi ea est, vt nos nostraque manifestò in casum demus, causa nulla est, quapropter pro ea re propugnationem suscipiamus, ex qua pernicies nostra proficisci potest.*

f *Cùm agitur de rege, aut principe aliquo in potestate habendo, potest is circumdari custodia, manente tamen dignitatis, quam obtinet, nomine, & luxu.*

g *Nobis malè esse possumus pati, dummodo incommodo nostro vti possimus ad impedienda consilia, & conatus eorum, quos suspectos habemus.*

h *Princeps si quem, ob potentiam, suspectum habet, hunc probabili specie abstrahit ab ijs locis, atque ab ijs exercitibus, apud quos auctoritate plurimùm potest; eumque dolis, multisque casibus obiectat, aut dolos ei nectit, quibus circumuentus pereat, aut ab hostibus opprimatur.*

i *Quò quis magnus, & præclarus vir pluribus dolis se petitum esse scit à principe, qui ipsius scilicet, gloriæ inuidet, hoc debet esse intentior celerandis præclaris facinoribus. nam demas ei vitam posteà per scelus eripi, non tamen poterit fraudari gloria ea, quam, in infinita posteritate est percepturus ex magnitudine rerum egregiarum.*

k *Cautus dux exercitus ex præteritis, quæ sibi sæua, aut prospera euenerunt, futura colliget; quæ omnia vt rectè reputare possit, debet singillatim scire, quibus rebus suus exercitus potissimum superior, itemque quibus hostile sit inferior. hanc rationem qui diligenter subduxerit, nouas vincendi hostis rationes, illique incognitas haud dubiè fœliciter experietur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

locis, iuuari syluis, paludibus, breui æstate, & præmatura hyemẽ: suum militem haud perinde vulneribus, quàm spatiis itinerum, damno armorum adfici; fessas Gallias ministrandis equis, [a] longum impedimentorum agmen opportunum ad insidias, defensantibus iniquum. at si mare intretur, promptam ipsis possessionem, & hostibus ignotam: simul bellum maturiùs incipi, legionesque & commeatus pariter vehi: integrum equitem, equosque per ora & alueos fluminum media in Germania fore. Igitur huc intendit, missis ad census Galliarum P. Vitellio & [1] Cantio. Silius & Anteius & Cæcinna fabricandæ classi præponuntur. Mille naues sufficere visæ, properatæque: [b] aliæ breues angusta puppi, proraque, & lato vtero, quò faciliùs fluctus tolerarent: quædam planæ carinis, vt sine noxa sidant, cuiusmodi videmus esse triremes: alias appositis vtrinque gubernaculis, vt conuerso repente remigio, hinc vel illinc adpellerent: multæ pontibus stratæ, super quas tormenta veherentur, simul aptæ ferendis equis, aut commeatui, velis habiles, citæ remis agebantur alacritate militum [2] in speciem ac terrorem. [4] Insula Batauorum, in quam conuenirent prædicta, ob faciles adpulsus, accipiendisque copiis, & transmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus vno alueo continuus, aut modicas insulas circumueniens, apud principium agri Batani, velut in duos amnes diuiditur, seruatque nomen & violentiam cursus quà Germaniam prouehitur, donec Oceano misceatur: ad Gallicam ripam latior, & placidior adfluens, verso cognomento, Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, eiusque immenso ore eundem in Oceanum effunditur. Sed Cæsar dum adiguntur naues, Silium legatum cum expedita manu inruptionem in Chattos facere iubet. Ipse, audito castellum Luppiæ flumini adpositum obsideri, sex legiones eò duxit. neque Silio, ob subitos imbres, aliud actum, quàm vt modicam prædam, & Arpi principis Chattorum coniugem, filiamque raperet. Neque Cęsari copiam pugnæ obsessores fecere, ad famam aduentus eius dilapsi: tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso si-

1 legu C. Anio.

2 De hoc nauium genere sic Tacit. lib. 5. hist. sic, inquit, inter vndas volumur, pari vtrinque prora, & mirabili remigio quidlo hinc vel illinc adpulerit, indifferens, & immunis est.

3 Sic in vita Agric. Britann. portus acies in speciem simul, ac terrorem.

4 De hac insula vide lib. de mouib. Germ.

5 Vide lib. de mouib. Germ.

tam disiecerant. Restituit aram, honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit. Tumulum iterare haud [1] visum. & cuncta inter castellum Alisonem, ac Rhenum nouis limitibus, aggeribusque permunita. Iamque classis aduenerat, cùm prǫmisso commeatu, & distributis in legiones, ac socios nauibus, fossam, cui Drusianę nomen, ingressus, precatusque Drusum patrem, vt se eadem ausum libens placatusque [a] exemplo, ac [b] memoria consiliorum atque operum iuuaret. lacus inde & Oceanum vsque ad Amisiam flumen, secunda nauigatione peruehitur. Classis Amisię relicta lęuo amne, erratumque in eo, quod non [2] subuexit. [transposuit militem dextras in terras iturum.]ita plures dies efficiendis pontibus absumpti. Et eques quidem, ac legiones prima æstuaria, nondum adcrescente vnda, intrepidi transiere: postremum auxiliorum agmen, Batauique in parte ea dum [4] insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. Metanti castra Cæsari Angriuariorum defectio à tergo nuntiatur. Missus illico Stertinius cum equite & armatura leui, [c] igni & cædibus perfidiam vltus est. Flumen [1] Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. eius in ripa cum cæteris primoribus Arminius adstitit; quęsitoque an Cæsar venisset, postquam adesse responsum est, [d] vt liceret cum fratre conloqui, orauit. Erat is in exercitu cognomento Flauius, insignis fide, & amisso per vulnus oculo paucis ante annis, duce Tyberio. tum permissum. progressúsque salutatur ab Arminio, qui amotis stipatoribus, vt sagittarii nostra pro ripa dispositi abscederent, postulat. & postquam digressi, vnde ea deformitas oris interrogat fratrem: illo locum, & prælium referente, quodnam [e] præmium recepisset, exquirit. Flauius [e] aucta stipendia, torquem, & coronam,

1 Quia tam ita dicta accepta, quam postea illa rem, qui in malum exisset, grauiore animo in defunctos vsus est patruus.

2 Non praeterit, hoc transpositum intermittens in dextrum riph.

3 Haec ex margine libri, in est itaque, vt ego puto, interpolant, tanquam interpositio illius, subuexit, tamè nihil mu to.

4 Sic lib. 5. hist. Germani nouis vadis perfidiabant.

5 De hoc flumine vide Paterc. lib. 2.

a *Expedito exercitu, vt supra obseruaui, multò maiora geri possunt, quàm si impedimentis detineatur. quippe hæc ad insidias opportuna, ac defensantibus iniqua esse constat.*

b *Multa nauium genera ad instruendam classem sunt necessaria: siquidem alias oportet esse breues, angusta puppi, proraque & lato vtero, quò facilius fluctus tolerent; alias vero planas carinis, vt sine noxa sidant, cuiusmodi videmus esse triremes: alias appositis vtrinque gubernaculis, vt conuerso repente remigio, hinc vel illinc adpellant: alias pontibus stratas, super quas tormenta vehantur; simulque ferendis equis, aut vehendo cõmeatui aptas. Sunt & alia nauium genera singularum gentium propria, atque adeò quæ ex præsenti vsu comparantur, vt ait Tacit. lib 3. hist. Quinquiremes, & barbari contemptius vagabuntur, fabricatis repente nauibus, quas camaras vocant, arctis lateribus aluum sine vinculo æris, aut ferri connexam. Denique nauium laudes hæ sunt, vt velis sint habiles, citæ remis, ac postremò remigum alacritate agantur.*

tam

c *Cum in defectione alicuius tam grande momentum est, vt res maximæ, quas molimur, impediri possint, haud dubiè huius perfidia, ad terrorem cæterorum, igne, & cædibus vindicanda est.*

d *Ad disciplinam militarem potissimum pertinet, edicere, ne quisquam illorum, qui sunt in exercitu, quicunque tandem ille est, cum hoste, nisi prius impetrata ab imperatore venia, colloquatur, aut extra ordinem inuisu ducis sui pugnet. qui secus fecit, is, quia militarem disciplinam soluit, capitali supplicio affici debet; cuius rei illustre exemplum legitur apud Liu. lib. 8. hist. ab vrbe cond. cuius meminit Sallust. in coniurat. Catil.*

e *Siquis vir insignis cum hoste manu collata ita vulneratus est, vt ex vulnere non minima appareat deformitas oris, huic augeri stipendia debent; ac præterea torque, corona, cæterisque donis militaribus donandus, hoc est ijs rebus honestandus est, quæ nunquam leues ideo videri possint, quòd sint singularis, & eximiæ virtutis argumenta. hæc, nimirum, sunt illa decora, quæ ignobiles insolerunt magnis nominibus, & nobiles eo quo sunt loco dignos præstare pergunt.*

6 Nunc praemium appellat id, quod eius modicis paulò post praemium vocabit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliaque militaria dona memorat, inridente Arminio vilia seruitii [a] pretia. Exin diuersi ordiuntur: hic magnitudinem [b] Romanam, opes Cæsaris, & victis graues pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam, neque coniugem & filium eius hostiliter haberi. Ille [c] fas patriæ, libertatem auitam, penetralis Germaniæ deos, matrem precum sociam, ne propinquorum & adfinium, denique gentis suæ desertor & proditor, quàm imperator esse mallet? [d] Paulatim inde ad iurgia prolapsi, [e] quominus pugnam consererent, ne flumine quidem interiecto cohibebantur, ni Stertinius adcurrens, plenum iræ, armaque & equum poscentem Flauium attinuisset. Cernebatur contra minitabundus Arminius, prælium-que denuntians. nam pleraque Latino sermone interiaciebat, vt qui Romanis in castris ductor popularium meruisset. Postero die Germanorum acies trans Visurgim stetit. Cæsar, nisi pontibus præsidiisque impositis, dare in discrimen legiones [f] haud imperatorium ratus, equitem vado tramittit. Præfuere Stertinius, & è numero primipilarium Aemilius, distantibus locis inuecti, [g] vt hostem diducerent. quà celerrimus amnis, Cariovalda dux Batauorum erupit. eum Cherusci, fugam simulantes, in planitiem saltibus circumiectam [h] traxere: dein coorti, & vndique effusi trudunt aduersos, instant cedentibus, [i] collectosque in orbem

OBSERVATIONES.

a *Etsi hæc sæpe confunduntur, tamen ita distincta sunt, vt aliud sit pretium, aliud præmium; illo vilium personarum opera conducitur; hoc non aliy debetur, quàm illi, qui, cùm virtute cum multis contenderet, eam sua præstantia superauit. An pretio spectatur vtilitas, in præmio decus. Iam verò stipendia possunt videri pretia; sed dona militaria propria virtute parta nequaquam, pretio enim mercenary, præmio fortissimus quisque ad res maximas excitatur. Itaque malè Arminius seruitij pretia vocat quæ præmia dici, quod vni virtuti data sunt, debent.*

b *Aduersus eum pertinaciter magis, quàm prudenter bellum suscipitur, qui sua magnitudine cuncta complet, cuiusque immensis opibus vix pares reperiuntur. qui huius tam potentis hostis vim, quàm clementiam experiri maluit, si victus est, meritò suæ temeritatis pœnas dat. quod non accideret ei, qui ex æquo dimicat.*

c *Iustum bellum dici potest illud, quod necessitate geritur, nempe, pro propugnatione patriæ, libertatis auitæ penatium.*

d *Fratrum vdum ab iis rebus profectum quæ pertinent ad remp. solet esse multò acrius, quàm ceterorum.*

e *Hi sunt gradus irarum; vt primùm exprobretur aliquid factum, aut non factum; inde ad iurgia prolabamur, postremò pugnam conseramus.*

f *Haud est imperatorium, dare exercitum in discrimen, in locis præsertim hostilibus, iniquis, & periculosis, nisi præsidiis bene dispositis, omnibusque prius diligenter circumspectis.*

g *Cùm hostium exercitus, si vnum in locum coeat, ingens futurus est, priusquam coalescat, præmittendus est equitatus, non simul, & caterua-tim, sed locis distantibus ad hostem diducendum.*

h *Non semper qui fugere videtur verè fugit; sed fugam scilicet, simulat, donec paulatim persequentes in loca ipsis iniqua, sibi æqua traxerit. ea re diligenter cauendum est, ne effuse fugientes semper sequamur, metu insidiarum.*

i *Qui se vndique ab hostibus circumuentos vident, optimum est vt, quò hostium se circumfundentium, & vndique effusorum impetus sustinere possint, in orbem collecti pugnent, donec ingruentes caterua globo frangere possint: ipsosque tandem propria virtus, atque audacia periculo eximat.*

pars

pars congressi, quidam eminus proturbant. Cariovalda diu sustentata hostium sæuitia, hortatus suos vt ingruentes cateruas globo frangerent, atque ipse in densissimos inrumpens, congestis telis, & suffoso equo labitur, ac multi nobilium circa: cæteros vis sua, aut equites cum Stertinio, Æmilioque subuenientes periculo exemere. Cæsar transgressus Visurgim, [a] indicio perfugæ cognoscit delectum ab Arminio locum pugnæ, conuenisse & alias nationes in syluam Herculi sacram, ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem. habita indici fides: & cernebantur ignes, suggressique propiùs [b] speculatores audiri fremitum equorum, immensique, & inconditi agminis murmur attulere. Igitur propinquo [c] summæ rei discrimine, explorandos militum animos ratus, quonam id modo [d] incorruptum foret, secum agitabat. Tribunos & centuriones læta sæpiùs, quàm comperta nuntiare, libertorum seruilia ingenia, amicis inesse adulationem, si concio vocetur, illic quoque quæ pauci incipiant, reliquos adstrepere: [e] penitus noscendas mentes, cùm secreti, & incustoditi inter militaris cibos spem aut metum proferrent. Nocte cœpta, egressus Augurali, per occulta & vigilibus ignara, comite vno, contectus humeros ferina pelle, adit castrorũ vias, adsistit tabernaculis, fruiturque fama sui: cùm hic [f] nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patientiam, comitatem per seria, per iocos eundem animum

OBSERVATIONES

a *Diligenter cauere debet is, qui exercitui præest, ne perfugarum indicia spernat si modò sint verisimilia.*

b *Speculatorum opera in exercitu nunquam non est necessaria.*

c *Summæ rei discrimen tunc instare dicitur, cùm maximo conatu, totisque viribus vtrinque decertandum est: eo tempore, & loco, imperator militum animos explorare debet, an pugnam libenter, & alacri animo capessant. nam si fortè torpent, prælio omnino abstinere præstat, quàm incerto & fortasse irato Marti se permittere.*

d *Si sciret imperator quantum in se vno, suaque diligentia est positum, nunquam profectò cuiquam de rerum summa apud se agenti, rerumque statum referenti ita fidem haberet, quin & ipse singula diligenter circumspectare, ac nosse, omnibusque locis frequens adesse vellet. quippe, ita comparatum est, vt vnusquisque rem pro suo ingenio, sæpiusque aliter, atque est, narret. amici quidem adulantur; seruorum cùm sit seruile ingenium, haud dubium est, quin ad gratiam loquantur; tribunorum, & centurionum mos est, læta potius, quàm vera referre; multitudo non quod ipsa sentit, sed eius, qui clamare cœperit, sensum sequitur. Itaque cautus princeps, & imperator nunquam alienis oculis videbit, nec pedibus alienis ambulabit; sed nulli, nisi sibi credens, ex eo, quod viderit audierit, cognouerit, quid facto opus sit, consultabit.*

e *Si princeps subiectorum, aut imperator militum mentes planè nosse studet, non debet eos vocare in concionem, quo mendacia, & simulationes quàm sæpissimè veniunt, sed ipse varia veste exornatus, ac in dissimulationem sui compositus interesse iis locis, in quibus homines solent nudare animos suos; eiusmodi sunt comitia, vbi quisque liberè quid animi habeat, tam per seria, quàm per iocos palam facit. hac ratione ea cognosci maximè possunt, quæ ad rerum summam pertinent.*

f *Hæ sunt laudes ducis à militibus plerunque tribui solitæ; nobilitas, decor, patientia, comitas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudibus [a] ferrent: [b] reddendamque gratiam in acie fatærentur. simul perfidos & ruptores pacis vltioni & gloriæ mactandos. Inter quæ vnus hostium Latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce magna, coniuges, & agros, & stipendii in dies, donec bellaretur, sestertios centenos, si quis transfugisset, Arminii nomine pollicetur. Incendit ea [c] contumelia legionũ iras; veniret dies, daretur pugna, sumpturũ militẽ Germanorũ agros, tracturum coniuges: accipere omen, & matrimonia ac pecunias hostium prædæ destinare. Tertia ferme vigilia adsultatum est castris, sine coniectu teli, postquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil [d] remissum sensere. [d] Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se [e] operatum, & sanguine sacro respersa prætexta, pulchriorem aliam manibus auiæ Augustæ accepisse. Auctus omine, addicentibus auspiciis, vocat concionem, & quæ [f] sapientia præuisa, aptaque imminenti pugnæ differit. [g] Non campos modò militi Romano ad prælium bonos, sed, si [h] ratio adsit, syluas & saltus. [h] nec enim immensa barbarorum scuta, enormis [i] hastas inter truncos arborum, & enata humo virgulta perinde haberi quàm pila, & gladios, & hærentia corpori tegmina: densarent ictus, ora mucronibus quærerent: non [k] loricam Germano, non galeam: ne scuta quidem ferro, neruoue firmata, sed viminum textus, vel tenuis, & fucatas [l] colore tabulas. [m] primam vtcunque aciem hastatam: cæteris præusta aut breuia tela. iam [n] corpus, vt visu toruum, & ad breuem

1 De fama, diligentiaque ritu modia, & vigiliis.
2 Sacris.

3 Quas frameas Germani vocitãt, de moribus Germ.
4 Sic lib. de moribus Germ. pauois lineas vel vni, alterius tantũ, aut galea.
5 Sic lib. de moribus Germanor. Inter vestimenta nullus discrimen coloribus distinguere.
6 Ante primã autem peditus ex omni lectissimo fatis delectus Germani locãt, inid.

OBSERVATIONES.

a *Ea demum vera laus dici debet, quæ vltro tribuitur absenti ab iis, qui dictorum, & factorum eius sunt oculati testes. certè vera laus imperatoris ab exercitu profecta omni triumpho anteponi debet.*

b *Quæ maxima gratia optimo imperatori ab exercitu reddi potest, non alia est, quàm vt in acie missis fortem, ac strenuum se præstet.*

c *Contumeliam is mihi infert, qui me inuitat ad coeundam sceleris societatem.*

d *Neque nouum, neque absurdum est, ea facto comprobari, quæ magno alicui viro secundum quietem visa sunt.*

e *Is cui commissus exercitus est, non temerè concionem alloqui; sed priùs sapienter præsidere quod facto opus est, mox id in concione cùm res, tempusque postulat, disserere debet.*

f *Bono militi ac strenuo singula loca sunt bona ad prælium.*

g *Cùm omnia mortalium, tum verò potissimùm res bellicæ non temeritate, sed ratione administrari debent.*

h *Bonus dux exercitum is meritò dici potest, qui prò ratione temporis, locorum, armorum, tam hostilium, quàm suorum, militem quomodo in acie se gerere debeat, docet.*

i *Quemadmodum ignaui militis hæc est vera descriptio, vt corpus habeat visu quidem torum, sed ad breuem impetum validum; deinde sine curâ ducum abeat, fugiat, pauidus aduersis, inter secunda non diuini, non humani iuris memor; ita bonus, ac strenuus miles is dicendus est, qui statura est militari, vultu non toruo, sed grato, neque tamen molliem indicante; qui diu irruentis hostis impetus suis viribus sustinet; qui vulneratus prælio non excedit; qui duci obsequitur, eique in periculo vbique comes adest, atque aduerso corpore pugnat; in aduersis intrepidus; inter secunda non insolens, sed modestus est.*

impetum

impetum validum, sic nulla vulnerum patientia, sine pudore flagitii, sine cura ducum, abire, fugere, pauidos aduersis, inter secunda, non diuini, non humani iuris memores: Si tædio viarum ac maris [1] finem cupiant, hac acie parari: propiorem iam Albim, quàm Rhenum: neque bellum vltra; modò se patris patruique vestigia prementem iisdem in terris victorem sisterent. Orationem ducis secutus militum ardor, signumque pugnę datum. Nec Arminius, aut cęteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari; Hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos, qui [2] ne bellum tolerarent, seditionem induerint: quorum pars [3] onusta vulneribus tergum, pars fluctibus & procellis fractos artus infensis rursum hostibus aduersis diis obiiciant, nulla boni spe: classem quippe & auia Oceani quæsita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret: sed vbi miscuerint manus, inane victis ventorum remorumue subsidium. [b] meminissent modò auaritiæ, crudelitatis, superbiæ: [c] aliud sibi reliquum quàm tenere libertatem, aut mori ante seruitium? Sic accensos & prælium poscentes in campum, cui Idistauiso nomen, deducunt: is medius inter Visurgim & colles, vt ripæ fluminis cedunt, aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur. Ponè tergum insurgebat sylua editis in altum ramis, & pura humo inter arborum truncos. Campum & prima syluarum barbara acies tenuit: soli Cherusci iuga insedere, vt præliantibus Romanis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit: auxiliares Galli, Germanique [4] in fronte: post quos pedites sagittarii, dein quatuor legiones, & cum duabus prætoriis cohortibus, ac delecto equite [5] Cæsar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cum equite sagittario, ceteræque sociorum cohor-

1 Tam exercitæ militiæ, id quod in seditione pulsauerant.

2 Non aduersis corpore, sed in tergo accepta.

OBSERVATIONES.

a *Hæc est natura malorum, atque ignauorum militum, vt seditionem induant, ne bellum tolerent.*

b *Extrema pars orationis illius, qui militem ad vlciscendum hostem accendere vult, debet continere eorum enumerationem, propter quorum atrocitatem bellum, omnium consensu, susceptum est, vt inde iræ militares, & studium vltionis intendatur.*

c *Quid aliud præclaro viro reliquum esse debet, quàm tenere libertatem, aut mori ante seruitium? certè mortem seruituti anteponendam esse summorum hominum exemplis doceri possumus.*

d *A maximis viris obseruatum legimus, vt auxiliares copiæ, si prælium committendum erat, partim in fronte exercitus, ne legiones proderent, sed vellent nollent manus cum hoste conferrent; partim à tergo, & in vltimo agmine permixtæ Romano militi collocarentur; at robur legionum medium esset, nempe, omne vniuersi exercitus momentum, quod & hostem vinceret, & socios in officio contineret.*

e *Prudens imperator, si fortè prælio cum hoste decertandum est, ita disponit exercitum, vt se medium in eo, cum firmo equitatu collocet, non vt sibi loco caueat, sed vt inde, tanquam è specula, omnes in partes oculos conjcere, labantes hortari, pauidos increpare, laborantibus, ac periclitantibus adesse, & subuenire, aliaque ducis munia obire possit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes.[a] Intentus paratusque miles vt ordo agminis in aciem adsisteret. Visis Cheruscorum cateruis, quæ per ferociam proruperant, validissimos equitum incurrere latus, Stertinium cum cæteris turmis circungredi, tergaue inuadere iubet, ipse in tempore adfuturus. Interea pulcherrimũ augurium octo [b] aquilæ petere syluas, & intrare visæ, imperatorem [c] aduertere: [c] exclamat, irent, sequerentur Romanas aues, propria legionum numina. Simul pedestris acies infertur, & præmissus eques postremos, ac latera impulit. Mirumque dictu, duo hostium agmina [d] diuersa fuga, qui syluam tenuerant in aperta, qui campis adstiterant, in syluam ruebant. Medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur; inter [e] quos [e] insignis Arminius manu, voce, vulnere sustentabat pugnam. Incubuerat-que sagittariis, illà rupturus, ni Rhætorum, Vindelicorumque, & Gallicæ cohortes signa obiecissent: nisu tamen corporis & impetu equi peruasit, oblitus faciem suo cruore, ne nosceretur. quidam adgnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emissumque tradiderunt. [f] Virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit. Cæteri passim trucidati. & plerosque tranare Visurgim conantes iniecta tela aut vis fluminis, postremò moles ruentium, & incidentes ripæ operuere. quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adfixere. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quinta ab hora diei ad noctem cæsi hostes, decem millia passuum cadaueribus atque armis oppleuere, repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, vt [f] non dubio euentu portaueraut. [a] Miles in loco prælii Tyberium imperatorem salutauit, struxitque aggerem & in modum trophæorum arma, subscriptis victarum gentium nominibus, imposuit. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, [b] quàm ea species dolore & ira adfecit. Qui modò abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt plebes, primores, iuuentus, senes, agmen Romanum repente incursant, turbant, postremò deligunt locum flumine & syluis clausum, arcta intus planitie, & humida; syluas quoque profunda palus ambibat, nisi quòd latus vnum Angriuarii lato aggere extulerant, quo à Cheruscis dirimerentur. hic pedes adstitit; equitem propinquis lucis texere, vt ingressis syluam legionibus à tergo foret. [c] Nihil ex iis Cæsari incognitum: consilia, locos, prompta, occulta nouerat, æstusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem [d] campumque. Peditum aciem ita instruxit, vt pars æquo in syluam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. [e] quod [e] arduum sibi, cætera legatis permisit. quibus plana euenerant, facilè inrupere: quis impugnandus agger, vt si murum succederent, grauibus superne ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, [f] remotisque paulùm legionibus, funditores libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet. Missæ è tormentis hastæ, quantoque conspicui magis propugnatores, tantò pluribus vulneribus deiecti. Primus Cæsar cum prætorijs cohortibus capto uallo dedit impetum in syluas. cõlato illic gradu certatum. Hostem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebãt. [g] vtrisque [h] necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnæ & armorum superabantur, cũ

1 Sic lib. 3. Annal. etiam per hec, atque talia Marcellus inter hostes virtutem & minax vocc, vulne, oculis se deliteret &c. & lib. 3. hostes, vbi plurimum labor vndo alteros spes rebelles, ad me, voce instigat hosti, &c. & 2nd. lib. 2. in vallum progressi, destituere qui refugerent, conspicuum me, ac vocc capta excitare conclamant, & li. 1 hostis, hostibus pugnæ occasio senatus, & socios ex probauit, ac modò manu, modò voce vrgueret super collinet, &c.

2 Sic Virg. 2. Aeneid. dolus an virtus, quis in hoste requirat?

1 Sicli. 15 Ann. Sinique quod validissimum in expeditione ea cognomento Volandum fuit: misit Cornelio Hispano legato, & illum Capitoni castrorum præfecto mandat.

uerant. [a] Miles in loco prælii Tyberium imperatorem salutauit, struxitque aggerem & in modum trophæorum arma, subscriptis victarum gentium nominibus, imposuit. Haud perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, [b] quàm ea species dolore & ira adfecit. Qui modò abire sedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt plebes, primores, iuuentus, senes, agmen Romanum repente incursant, turbant, postremò deligunt locum flumine & syluis clausum, arcta intus planitie, & humida; syluas quoque profunda palus ambibat, nisi quòd latus vnum Angriuarii lato aggere extulerant, quo à Cheruscis dirimerentur. hic pedes adstitit; equitem propinquis lucis texere, vt ingressis syluam legionibus à tergo foret. [c] Nihil ex iis Cæsari incognitum: consilia, locos, prompta, occulta nouerat, æstusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem [d] campumque. Peditum aciem ita instruxit, vt pars æquo in syluam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. [e] quod [e] arduum sibi, cætera legatis permisit. quibus plana euenerant, facilè inrupere: quis impugnandus agger, vt si murum succederent, grauibus superne ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, [f] remotisque paulùm legionibus, funditores libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet. Missæ è tormentis hastæ, quantoque conspicui magis propugnatores, tantò pluribus vulneribus deiecti. Primus Cæsar cum prætorijs cohortibus capto uallo dedit impetum in syluas. cõlato illic gradu certatum. Hostem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebãt. [g] vtrisque [h] necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoria. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnæ & armorum superabantur, cũ

1 Sicli. 15 Ann. Sinique quod validissimum in expeditione ea cognomento Volandum fuit: misit Cornelio Hispano legato, & illum Capitoni castrorum præfecto mandat.

OBSERVATIONES.

a *Et hoc inter præcipua militaris disciplinæ capita commemorari debet, vt, cum instat prælium, intentus, paratusque miles sit, vt ordo agminis in aciem adsistat, hoc est, vt non confusè, sed quo quisque loco consistere debet, eo fiat.*

b *Cùm aquilæ essent aues Romanæ, ipsaque adeò legionum numina, non mirum est si, vbicunque aspicerentur, id Romanis pulcherrimum augurium erat. Sic lib. 1 hist. lætum, inquit, augurium Fabio Valenti, exercituique quem in bellum vehebat, ipso profectionis die, aquila leui meatu, prout agmen incederet, velut dux viæ prænolauit, longumque per spatium is gaudentium militum clamor, ea quies interritæ alitis fuit, vt, haud dubium magnæ & prosperæ rei omen acciperetur.*

c *Non vulgaris prudentiæ est, singula fortuita, esse futilia alioquin videri possunt, in sapientiam vertere; nec tam veritati, quam multitudinis opinioni, prout res postulat, subseruire. ita Germanico sapientissimè aquilarum fortè prætervolantium augurio vsus est ad inflammandos militum animos, vt alacrius, tanquam Deo duce, ac victoriæ certi in hostem ferrentur.*

d *In fugâ rationis est nihil; fugit quà quisque potest.*

e *Is demum dux mihi tanquam fortis, & acer probatur, qui inter suos effuse fugientes ipse insignis manu, voce, vulnere, si forte vulneratus est, sustentat pugnam; hoc est, & ducis, & militis munia simul obit, eaque ratione inclinatam, aut etiam perditam rem restituit.*

f *Plerumque accidit, vt, qui insolenter sibi victoriam ante pugnam in manibus esse gloriatur, huius iactantia infelici exitu concludatur.*

OBSERVATIONES.

a *Ad æternam memoriam insignis alicuius victoriæ, quo in loco parta est, ibi ab exercitu princeps salutari, strui agger, armaque in modum trophæorum imponi debent, subscriptis nominibus gentium ab eo victarum, cuius auspicijs bellum geritur.*

b *Non tam vulneribus, luctu, excidijs, cladique irritantur homines, quàm ignominia accenduntur ob spolia sibi erepta, hostibus gloriæ, sibi perpetuæ ignominiæ monimenta.*

c *Si imperator quam debet diligentiam adhibet in cognoscendis hostium consilijs, locis, promptis, occultis, haud dubium est, quin illorum æstus in perniciem ipsis vertat.*

d *Nihil in re bellica magis tritum est, quàm equitatum campo, & locis apertis locari debere.*

e *Hoc est argumentum maximi, ac præstantissimi ducis, quòd arduum est, id sibi sumere, cætera iis, quibus mandata sunt munia exercitus permittere.*

f *Ridiculè quidam sentiunt, nunquam inde referendum esse quò semel intuleris pedem, ac proinde impetu magis, belluarum more, quàm ratione, & consilio cum hoste pugnandum. quam sanè sententiam veritati apertè repugnare, hoc Germanici prudentissimi ducis exemplo doceri quisque potest.*

g *Cùm necessitas est in loco, hoc est, cùm æquis locis ita pugnatur, vt hostium illinc excedere neutri liceat, spes omnis est in virtute, salus ex victoria.*

h *Necessitas spem, spes virtutem, virtus victoriam, victoria salutem parit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ingens multitudo arctis locis [a] prælongas hastas non protenderet, non colligeret, neque adsultibus & velocitate corporũ vteretur, coacta stabile ad prælium: contra miles, cui scutum pectori adpressum, & insidẽs capulo manus, latos barbarorum artus, nuda ora foderet, viamque strage hostium aperiret, [b] impromptо iam Arminio ob continua pericula, siue illum recens acceptum vulnus tardauerat. Quin & Inguiomerum tota volitantem acie, [c] fortuna magis quàm virtus deserebat. Et Germanicus quò magis agnosceretur, [d] detraxerat tegimen capiti, orabatque insisterent cædibus, nil opus captiuis, solam [e] internecionem gentis finem bello fore. Iamque sero diei subducit ex acie legionem [f] faciendis castris: cæteræ ad noctẽ cruore hostium satiatæ sunt. Equites ambiguè certauere. [g] Laudatis pro concione victoribus Cæsar congeriem armorum struxit, [h] superbo cum titulo, DEBELLATIS INTER RHENVM, ALBIMQVE NATIONIBVS, EXERCITVM TYBERII CAESARIS EA MVNIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. De [i] se nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus [k] conscientiam facti satis esse. Mox bellum in Angriuarios Stertinio mãdat, ni deditionẽ properauissent. atque illi supplices nihil abnuendo, [l] veniam omnium acceperẽ. Sed æstate iã adulta, legionum alię itinere terrestri in hybernacula remissæ: plures Cæsar classi impositas per flumen Amisiam Oceano inuexit. Ac primò placidum æquor mille nauiũ remis strepere, aut velis impelli: mox atro nubium globo effusa grando: simul variis vndique procellis, incerti fluctus prospectum adimere, regimen impedire: milesque pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel [m] intempestiuè iuuat, offi-

OBSERVATIONES.

a *Cui militi est prælonga hasta, is neque adsultibus, neque velocitate corporis vti potest. sed est bonus ad stabile prælium; cuius modi hodierno die videtur esse hastata acies Heluetiorum.*
b *Non est nouum, promptissimum quemque ob continua pericula, impromptum reddi.*
c *Sua laude is nequaquam fraudari debet, quem fortuna magis, quàm virtus deserit.*
d *Interdum res postulat, vt se imperator de facie militibus cognoscendum præbeat, vt ij alacriùs, quippe sub ipsius ducis oculis imperata faciant.*
e *Qui bellum gerit cum hoste barbaro, infensissimo, & cum quo nulla pax firmari potest, non tam captiuis, quàm cædibus insistere debet; quando, scilicet, sola internecio gentis finem bello est allatura.*
f *Legiones ipsamet sibi castra faciebant.*
g *Post insignem victoriam, victor exercitus pro concione ab imperatore laudari debet.*
h *Congeries armorum, vbi parta est insignis aliqua victoria strui debet; addendusque est titulus pro dignitate principis, & magnitudine victoriæ.*
i *Vir insignis, ac potissimùm is, qui proximus principi destinatur, etsi res maximas gessit, tamen abstineat à magnifica prædicatione rerum ab se præclarè gestarum.*
k *Conscientia præclarè factorum adeò illustre testimonium est, vt, qui ea sustentatur, externa facilè neglig at.*
l *Qui se nobis dedunt, ac supplices nihil abnuunt, venia digni sunt.*
m *Intempestiuè aliquem iuuare, est ei impedimento esse.*

cia.

cia prudentium corrumpebat. Omne dehinc cœlum, & mare omne in austrum cessit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenso nubium tractu validus, & rigore vicini Septentrionis horridior rapuit, disiecitque naues in aperta Oceani, aut insulas saxis abruptas, vel per occulta vada infestas. quibus paulùm ægreque vitatis, postquam mutabat æstus, eodemque quò ventus ferebat, non adhærere anchoris, non exhaurire inrumpentis vndas poterant: equi, iumẽta, farcinæ, etiam arma præcipitantur, quò leuarentur [a] aluei [b] manantes per latera, & fluctu superurgente. Quantò violentior cætero mari Oceanus, & truculentia cœli præstat Germania, tantum illa clades nouitate & magnitudine excessit, hostilibus circùm litoribus, aut ita vasto & profundo, vt credatur nouissimum ac sine terris mare: pars nauium hausta sunt; plures apud insulas longiùs sitas eiectæ: milesque, nullo illic hominum cultu, fame absumptus, nisi quos corpora equorum eodem elisa tolerauerant. Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit; quem per omnes illos dies noctesque apud scopulos & prominentis oras, cùm se tanti exitij reum clamitaret, vix cohibuere amici, quò minus eodem mari oppeteret. Tandem relabente æstu, & secundante vento, claudæ naues raro remigio, aut intentis vestibus, & quędam à validioribus tractæ reuertere, [c] quas raptim refectas misit, vt scrutarentur insulas. collecti ea cura plerique, multos Angriuarij nuper in fidem accepti redemptos ab interioribus reddidere. quidã in Britanniã rapti, & remissi à regulis. Vt quis ex longinquo reuenerat, [d] miracula narrabant, vim turbinũ, & inauditas volucres, monstra maris, ambiguas hominum & belluarum formas, visa, [e] siue ex metu credita. Sed fama classis amissę, vt Germanos ad spem belli, [f] ita Cęsarem ad coercendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Chattos imperat: ipse maioribus copiis Marsos inrumpit: quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus propinquo loco defossam Varianę legionis [g] aquilam modico presidio seruari indicat. Missa extemplo manus, quæ hostem à fronte eliceret, alij qui terga circumgressi recluderent humum, & vtrisque adfuit fortuna. eò promptior Cæsar pergit introrsus, populatur, exscindit

a. Liuius. Sallust. Liu. & Patere.
a. Lixis lateri cẽsprimit eum aes. Accipiunt inimicum imbrem, emittuntque fatiscẽtes. Virg. 1. Æneid.

OBSERVATIONES.

a *Si qua clades accepta est iniuria temporis, potiùs quàm inscitia ducis, ipse damnum protinus resarcire debet nempe, vt miles intelligat, suam salutem imperatori curæ esse.*
b *Qui ex longinquo reuertuntur plerunque miracula narrant.*
c *Multa metu creduntur, quæ visa plerique autumant.*
d *Quò magis fama insignis alicuius infortunij cladisque acceptæ hostem ad spem belli, hoc magis imperatorem ad illud coercendum erigere debet.*
e *Non minùs est honorificum signa militaria priùs amissa recuperare, quàm fuit ignominiosum ea amisisse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ausum congredi hostem, aut si cubi restiterat, statim pulsum, nec vnquã magis (vt ex captiuis cognitum est) pauentem. [a] Quippe inuictos & nullis casibus superabiles Romanos prædicabant, perdita classe, amissis armis, post constrata equorum virorumque corporibus litora, eadem virtute, pari ferocia, & veluti aucti numero inrupissent. Reductus inde in hiberna miles, lætus animi, quod aduersa maris expeditione prospera pensauisset. addidit munificẽtiam Cæsar, [b] quantum quis damni professus erat, exoluendo. Nec dubium habebatur, [c] labare hostes, perendaeque pacis consilia sumere, & si proxima æstas adiceretur, posse bellum patrari. [d] sed crebris epistolis Tyberius monebat, rediret ad decretũ triumphũ: satis iam euentuum, satis casuum: prospera illi & magna prælia: eorum quoque meminisset, quæ venti & fluctus nulla ducis culpa, grauia tamen & sæua damna intulissent: se nouies à diuo Augusto in Germaniam missum, [e] plura consilio, quàm vi perfecisse: sic Sicambros in deditionem acceptos, sic Suevos, regemque Maroboduum pace obstrictum: posse & Cheruscos cæteraque rebellium gentes, [f] quando Romanæ vltioni cõsultum est, [g] internis discordijs relinqui. Præcãte Germanico annum [h] efficiendis cœptis, acriùs modestiam eius adgreditur, alterum consulatum offerendo, cuius munia præsens obiret. Simul adnectebat, si foret adhuc bellandum, relinqueret [i] materiem Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste, nonnisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium, & deportare lauream posset. [k] Haud cunctatus est vltra Germanicus, quanquam fingi ea, seque per inuidiam parto iam decori abstrahi intelligeret. Sub idem tempus è familia Scriboniorum [l] Libo Drusus defertur moliri

a. Vide Strab. lib. 12. Ant. Pium, qui inuicti bello fuerunt, & cuibus, quem mandarint.

b. perficiendis vide Ann. lib. 2. & in effectis quæ tamen lib. 3. finemque imponit rebus quod effecti e demptis, &c.

c. Vide Strab. 7. geli. 71.

OBSERVATIONES.

a *Virorum fortium animi non modò accepta insigni aliqua clade non remittuntur, aut infringuntur, quin potiùs ad maiora audenda incendantur.*

b *Exercitui donum, quæ quique professus est, exaltare militibus imperator si potest, debet.*

c *Labascunt sine dubio in quibus cum vtilitate res est, quem nulla clades, nullæ aduersæ res frangere potuerunt. quippe hæc est illa constantia, quam magis laudare, aut in aliis admirari, quàm ipsi præstare plerumque homines possunt.*

d *Supra iam adnotaui hunc esse morem principum suspitiosorum, quique eorum, qui ipsis operam præstant gloriæ inuident, vt eos honesta aliqua specie reuocent à cursu rerum gestarum, ac parto iam decori abstrahant.*

e *Prudens imperator & princeps plura consilio, quàm vi perficit.*

f *Ad maiestatem imperij, ac principis dignitatis maximè pertinet, summa ope niti, ne qua iniuria publicè facta vltra relinquatur, præstantissimum autem virtutis genus est, vt vi, & armis nostra vindicemus ab iis à quibus armatis iniuria nobis illata est.*

g *Nulla maior vltio de hostis ratio est, quàm vt relinquatur internis, & ciuilibus discordijs.*

h *Præclarùm omnino cũ eis agitur, quibus aliquis hostis est, quàm cum iis, quibus omnino nullus est. illi enim habent materiem gloriæ, quam viri principes per omnia quærere debent, hi nonnisi senescere non possunt.*

i *Magnum est argumentum hominis malefici, ac prodentis, dissimulare ea, quæ in speciem sui honoris gratia, re autem ipsa contra se fiunt à suspitioso, inuido quoque principe, eoque qui plus potest.*

res

res nouas. [a] Eius negotij initium, ordinem, finem curatiùs differam, quia tum primùm reperta sunt, quę per tot annos Remp. exedere. Firmius [b] Catus Senator ex intima Libonis amicitia, iuuenem improuidum & [c] facilẽ inanibus, ad Chaldęorum promissa, Magorum sacra, [d] somniorum eriã interpretes impulit, dum proauum, Põpeium amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinos Cæsares, plenã imaginibus domum ostẽtat, hortaturque ad luxum &æs alienum, [e] socius libidinum & [f] necessitatum, quò pluribus [g] indiciis inligaret. Vt satis testium, & qui serui eadem noscerẽt, reperit, aditum ad principem postulat, demonstrato crimine, & reo per Flaccum Vesculanum equitem Romanum, cui propior cum Tyberio vsus erat. Cæsar [h] indicium haud aspernatus, [i] cõgressus abnuit. Posse enim, eodem Flacco internuntio, sermones commeare. Atque interim Libonem [k] ornat [l] prætura, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non [m] verbis commotior. [n] adeò irã condiderat, cunctaque eius dicta factaque cùm prohibere posset, [o] scire malebat: donec

b. Hic post nonnullos annos quia fal sò manifestatis Germanicus Germanicum primum, deinde Pisonem cogere tabellam. Tiberius deprecatus est. lib. 3.

OBSERVATIONES

a *Earum rerum initia, ex quibus aliquid insigne ortum est curatiùs considerare solemus.*

b *Homines improuidi, quibusque sunt ingenia & ventosa, & facilia, hoc est, mens æger, & mobilis, ad inanes, falsas, ac superstitiosas disciplinas, ac detestanda sacra, nullo negotio, impelluntur.*

c *Eadem est vatio illarum, qui interpretantur somnia, & Chaldæorum, & Magorum, hoc est, superstitiosas artes sectantium.*

d *Illius amicitia à quo ad vitia impellimur, & periculosa, & perniciosa est.*

e *Mi Plautus, vt est in prologo Trinummi, nomen luxuriæ indidit: Tum mihi gnatam hanc is esse voluit, Inopiam.*

f *Is intimus amicus videri potest, qui non solùm cùm felices sumus, sed & tempore nostro difficili, & calamitoso eandem fortunam, qua premimur, & ipse nobiscum, volens patitur.*

g *Certa indicia dici possunt ea, quæ petuntur ex intima alicuius vita, mente, consilijs, dictis factis singulis.*

h *Quacunque tandem de re indicia ad se perferantur, ea minimè princeps aspernari debet.*

i *Non est ex dignitate principis vt continuo ad ipsum admittantur ij, qui ab se aduersus aliquem indicia, & accusationes deferre profitentur; quando per internuntios res commodè, & occultè agi potest.*

k *Cùm quis apud principem alicuius criminis insimulatur, non properè prudens princeps in eum animaduertet, aut rem in disquisitionem vocabit, aut palam faciet, se eius rei certiorem esse factum; sed vt certioribus indiciis ad obiectorum criminum cognitionem perueniat, debet se sustinere, donec res ad maturitatem perducta sit, contentus interim eo, vt sciat quæ agantur. Vt verò ipsum scire, nemo suspicari possit, adeò ei ira est condenda, & inuenda simulatio, vt eum, qui accusatur, augeat præmijs, & honoribus. hac ratione nihil temerè, aut præpostere committet, cuius postea sit pœnitendum.*

l *Fallitur interdum qui se ideò à principe amari putat, quòd ab eo ornatur iis dignitatibus, quæ maximè sunt, quippe multa principes in speciem agunt, quæ re ipsa alio, quàm vulgus putat, referuntur.*

m *Dissimulatio nõ tantum in vultu sed & in verbis consistit, quibus maximè animi sensa declarantur, & occultantur.*

n *Animi valdè sedati argumentum est, affectus animi ita condere vt nulla ratione cognosci & perrumpi possint.*

o *Princeps in eo diligentissimum se præbere debet, vt singula quæ vsquam aut dicuntur, aut fiunt, sciat, nam quæ scit, ea prohibere potest, cùm vult.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iunius quidam tentatus vt [a] infernas vmbras carminibus eliceret, [b] ad Fulcinium Trionem indicium detulit. Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, [c] auidumque famæ malæ. Statim corripit reum, adit consules, senatus cognitionem poscit, & vocantur patres, addito, consultandum super re magna & atroci. Libo interim, veste mutata, cum primoribus fœminis, circumire domos, orare adfines, [d] vocem aduersum pericula poscere. [e] abnuentibus cunctis cùm diuersa prætenderent, eadem formidine, die senatus metu & ęgritudine fessus, siue, vt tradidere quidã, simulato morbo, lectica delatus ad fores curiæ, innisusque fratri, & manus ac supplices voces ad Tyberium tendens, [f] immoto eius vultu excipitur. Mox libellos & autores recitat Cæsar, ita [g] moderans, ne lenire, neue asperare crimina videretur. Accesserant præter Trionem & Catum accusatores Fonteius Agrippa, & C. Liuius, [h] certabantque cui ius perorandi in reum daretur, donec Liuius, quia nec ipsi inter se concederent, & Libo sine patrono introisset, singillatim se crimina obiecturum professus, protulit libellos vecordes adeò, vt consultauerit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiam Brundusium vsque pecunia operiret. Inerant & alia huiusce modi [i] stolida, vana, si molliùs acciperes, miseranda. Vni tamen libello, manu Libonis, nominibus Cæsarum aut senatorũ, additas atroces, vel occultas notas accusator arguebat. Negante reo, adgnoscentes seruos [k] per tormenta interrogari placuit. Et quia vetere senatusconsulto, [l] quæstio in caput domini prohibebatur, callidus & noui iuris repertor Tyberius, [m] mancipari singulos actori publico iubet:

1. Ideo fines & patronum, quo modo vitari esset Cicero ostendit, pro Arm. polita.

2. lib. 16. Ann. donec propinquis immobilis precibus & inuidiæ iram offendit.

OBSERVATIONES.

a *Infernas vmbras carminibus elicere, est crimen atrox, ac legibus, & pœna coercendum.*
b *Qui rogatus est vt aliquod scelus patraret, duabus de causis eius rei iudicia ad magistratus deferre debet: nam eum, qui se tam prauæ mentis existimauit, vt sceleste aliquid faceret, vlciscitur: & si quà aliâ forte rei ad magistratum peruenerit, eius quoque criminis reus & ipse videri possit, si non illico totius rei iudicium ad eum, cui id iurisdictionis est, detulit.*
c *Quædam reperiuntur ingenia acria simul, & auida quidem famæ, sed malæ.*
d *Cui atrocia crimina, præsertim maiestatis, obiiciuntur, huic nemo, ne adfines quidem ipsi adesse audent, ne & ipsi eadem crimine contacti videantur.*
e *Crimine, quod alicui obiicitur, nondum probato, ita princeps, quine pro principe est, de eo loqui, eaque moderatione vti debet, ne quicquam lenire aut asperare videatur. hoc imprimis in omnibus iudicijs obseruandum est.*
f *Cùm in peroratione, seu epilogo grande totius causæ momentum sit, persæpe contendebant oratores, cuinam hoc ius perorandi daretur: nempe, qui peroranerat, hic pene vnus aut reum subleuasse, aut totam accusationem peregisse dicebatur.*
g *Vecordia, stoliditas, vanitas miseratione potius est digna, quàm pœna & supplicio vindicanda.*
h *Heu miseram seruorum conditionem, qui negante quæ obiiciuntur, domino, per tormenta, interrogantur.*
i *Planè iniquum videtur, quæstionem de seruis haberi in caput domini.*
k *Ecqua tandem lex est, cui à validiore, callida iuris interpretatione non fiat fraus?*

scilicet, vt in Libonẽ ex seruis, saluo senatusconsulto quæreretur. Ob quæ posterum diem reus petiuit. Domumque digressus, extremas preces P. Quirino propinquo suo ad principem mandauit. [a] responsum est, vt senatum rogaret. Cingebatur interim milite domus; strepebant etiam in vestibulo, vt audiri, vt aspici possent, cùm Libo ipsis, quas in nouissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percussorem, prænsare seruorum dextras, inferere gladium. Atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, euertentibus adpositum mensa lumen, feralibus iam sibi tenebris [b] duos ictus in viscera direxit. Ad gemitum conlabentis, adcurrere liberti: & cæde visa miles abstitit. [c] Accusatio tamen apud patres adseueratione eadem [d] peracta. [e] iurauitque Tyberius [f] petiturum se vitam, quamuis nocenti, nisi [g] voluntariam mortem properauisset. [h] Bona inter accusatores diuiduntur: & præturæ extra ordinem datæ his qui senatorii ordinis erant. Tunc Cotta Messalinus ne [i] imago Libonis exequias posterorum comitaretur cẽsuit: Gn. Lentulus ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret. [k] supplicationum dies Pomponij Flacci sententia constituti: vt dona Ioui, Marti, Concordiæ, vtque Iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur. L. P. & Gallus Asinius, & Papius Mutilius, & L. Apronius decreuere, quorum autorita-

1 Id quod postea fecerat Cn. Pisoni, mox dicturo.

OBSERVATIONES.

a *Cùm quis maiestatis postulatus ad principis clementiam confugit, hunc princeps reiicere debet ad senatum; ne aut indulgentia sua sibi noceat, aut sæuitia, homines offendat, atque abalienet.*
b *Animus sibi malè cõscius nihil magis odit, quam lucem hanc: idque adeò vt, si neminem ipsi nocentem animam eripere velle videt, eò furoris ab desperatione perducatur, vt sibi ipse manus afferat.*
c *In reum maiestatis, etsi fato functus est, accusatio nihilominus peragitur, ac si viueret; nempe ad damnandam eius memoriam.*
d *Cùm licet principi impune, hoc est, sine vllo suo facto, & damno ostentare suam clementiam, id nunquam omittat. idem obseruauit Nero. vt est lib. 15. Annal. Et cùm damnatio, inquit, instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit: secutaque Neronis oratio ex more, Quamuis fontem, & defensioni meritò diffisum, victurum tamen fuisse, si clementiam iudicis expectasset. Certè nouum imperium inchoantibus, vt ait Tacit. lib. 4. hist. vtilis est clementiæ fama.*
e *Nouus princeps quamuis penes vnum se vitæ, & necis omnium potestas sit, tamen verba sua semper flectere debet ad modestiam, tanquam si sua senatui autoritas maneat: certè Tiberius non se Liboni vitam daturum, sed petiturum dixit. Sic de Apuleia, adulterij, inquit, grauiorem pœnam deprecatus. &c. Simile est illud quod de Tiberio narrat Sueton. Alium, inquit, dicentem sacris eius occupationes, & rursus alium auctore eo senatum se adisse, verba mutare, & pro auctore suasorem, pro sacris laboriosis dicere coegerit.*
f *Astuti principes sua sæuitia multos manus sibi afferre cogunt, metu supplicij instantis, quam postea ipsi voluntariam mortem appellant, ac si non rei tam diræ ipsi causam dederint.*
g *Haud laudato exemplo fit, vt bona rei mortui inter accusatores diuidãtur. Sed hoc suspitiosi principes agunt, vt, hac illecebra ad recentes accusationes illud hominum genus promptiùs reddatur.*
h *In odium illius, qui maiestatis damnatus est, tum nomen, tum imago ipsius post mortem ignominiæ notatur.*
i *Quo die Respub. liberata est insigni aliquo periculo supplicationes decerni, isque dies festus celebrari debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

res, adulationesque retuli, vt sciretur [a] vetus id in Rep. malum. [b] Facta & de Mathematicis Magisque Italia pellendis senatusconsulta: quorum è numero L. Pituarius saxo deiectus est. In P. Martium consules extra portam Exquilinam, cùm [c] classicum canere iussissent, more prisco aduertere. Proximo senatus die, multa in luxum ciuitatis dicta à Q. Haterio consulari, Octauio Frontone prætura functo: [c] decretúque ne [d] vasa auro solida ministrandis cibis fierent; ne [e] vestis [f] serica viros fœdaret. Excessit Fronto, ac postulauit modum argento, supellectili, familiæ. [f] Erat quippe adhuc frequens senatoribus, si quid è Rep. crederent, loco sententiæ promere. Contra Gallus Asinius disseruit [g] auctu imperij adoleuisse etiam priuatas opes; idque non nouum, sed è vetustissimis moribus: aliâ apud Fabricios, aliam apud Scipiones pecuniam, & [h] cuncta [i] ad Remp. referri: qua tenui, angustas ciuium domos; postquam eò magnificentiæ venerit, glisceret singulos: [i] neque in familia & argento, quæque ad vsum parentur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis: [k] distinctos senatus & equitum census, non quia diuersi natura, sed vt locis,

OBSERVATIONES.

a *Adulatio est vetus in republ. malum. de hac præter ea quæ passim leguntur, vide Senecam lib. 6. de benef. cap. 30.*

b *Mathematici, & magi exilio, & morte multantur.*

c *Ad præcipuas curas principis maximè pertinet, coercere luxum, qui consistit in materia, forma, & numero.*

d *Nimis vile est aurum illi, qui eo ad priuatum luxum abutitur. certè vasis auro solidis ad ministrandos priuato homini cibos est luxus à principe coercendus.*

e *Serica vestis adeò non decet viros, vt ea non modò quisquam non ornetur, verùm etiam fœdetur.*

f *Hæc est integri munus Senatoris, atque adeò hominis liberi, vt, siquid è rep. esse credit, id, quicquid est, loco sententiæ promat, hoc est, occasionem capiat qua & principi, & Senatui suam ea de re sententiam palam faciat.*

g *Priuata res est vera imago publicæ. ea re fit, vt, si publicæ opes nullæ, aut exiguæ sunt, priuatorum quoque tenues sint. contra in magnis imperiis ingentes semper spectantur opes. hæc cùm ita sint, cùm agitur de luxu coercendo, habenda est ratio status, & conditionis tam publicæ, quàm priuatæ, & hinc peti modus qui iis, in quibus luxus consistit, adhibendus est.*

h *Priuatorum opibus continentur opes publicæ, hoc est, si priuati habent magnas opes, eas quodammodo sibi vendicat resp.*

i *In familia, argento, & cæteris, quæ ad vsum parantur, nihil est aut nimium, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis.*

k *Omnes homines iidem sunt natura: τὸ γὰρ τοῦ μὲν δοῦλον εἶναι, τοῦ δὲ δεσπότου φύσει δ' οὐδὲν διαφέρει, inquit Arist. 1. politic. tam scilicet, mendicus homo, homo est, quàm rex; vt videre est apud Senecam epist. 47. sed solum discrimen sunt hominum gradus, ideo vt, qui cæteris prudentia, consilio, aliisque præclaris animi & corporis dotibus antecellunt, iidem etiam loco, ordinibus, dignationibus antistent. Hinc natum est discrimen inter clarissimos & obscuros, nobiles & ignobiles, honestos & infames, dominos & seruos.*

ordi-

ordinibus, dignationibus antistent, talesque [a] ad requiem animi aut salubritatem corporum parentur: [b] nisi fortè clarissimo cuique plures curas, maiora pericula subeunda, delenimentis curarum & periculorum carendum esse. [c] Facilè adsensum Gallo, sub nominibus honestis, cõfessio vitiorum, & [d] similitudo audientium dedit. Adiecerat & Tyberius, non id tempus censuræ: nec si quid in moribus labaret, [e] defuturum corrigendi autorem. [f] Inter quæ L. Piso ambitum fori, corrupta iudicia, fœuitiam oratorum accusationes minitantium increpans, abire se, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure testabatur. simul curiam relinquebat. [g] Commotus est Tyberius, & quanquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, vt abeũtem autoritate vel precibus tenerent. Haud minùs liberi doloris documentum idem Piso mox dedit, vocata in ius Vrgulania, [h] quam supra leges amicitia Augustæ extulerat. Nec aut Vrgulania obtemperauit, in domũ Cæsaris, spreto Pisone, vecta, aut ille abstitit, [i] quanquam Augusta se violari & imminui quereretur. Tyberius [k] hactenus indulgere matri ciuile ra-

OBSERVATIONES.

a *Quicquid aut agitur, aut possidetur, id ad requiem animi, vel ad salubritatem corporum refertur.*

b *Quò quisque est vir clarior, ac maiores ei curæ incumbunt, ac proinde maiora quàm cæteri, pericula adit, hoc magis licet ei vti delinimentu curarum. hinc, scilicet, profectus est visus motionum frequens apud principes, aliaque eius generis, quæ ad oblectandos magis principes, quàm ad instruendos reperta sunt; quæque aulici non adminicula & instrumenta obscænarum voluptatum, sed delinimenta curarum, & periculorum vocãt: adeò nominibus honestis, ac speciosis omnia, quãuis teterrima tegi possunt.*

c *Qui vitia propugnanti assentitur satis fatetur se iisdem, quæ tuetur, vitiis pollutum esse.*

d *Ea facilè esse in rep. patiuntur homines, etsi à vitiis potius, quàm à virtute proficiscuntur, quibus se sentiunt implicatos. neque magnopere est adhibenda vis eloquentiæ ad ea persuadenda, quibus vti, quos alloqueris, adeò delectantur, vt ab ea, in quæ sunt sententia, nulla ratione deduci queant. hæc scilicet, est, quam Tacitus appellat confessionem vitiorum, & similitudinem audientium.*

e *Siquid in moribus labat, id princeps summa ope niti debet, vt proximus in melius mutetur.*

f *Etsi nuper resp. in vnius potestatem concesserit, tamen interdum reperiuntur ingenia adeò libera, vt ea, quæ secum trahit tyrannis palam increpent; qui sanè liber, & generosus dolor nunnisi ab animi magnitudine proficiscitur.*

g *Nullo metu vir præstans deterreri debet ab libera reprehensione earum rerum, quæ in priuatorum, reique pub. perniciem redundant. siquidem tanti est fortis, & constans æqui, & honesti propugnatio, vt ei suam sæuitiam vel ipse tyrannus submittat.*

h *Amicitia principi quosdam supra leges extollit, quasi & ipsi sint principes, ac proinde legibus solui. Sed tantum abest, vt hoc ferendum sit, vt princeps ipse legibus locum dare debeat.*

i *Principes viri immeritò queruntur se violari, suamque autoritatẽ imminui, siquis ex amicitia ipsorum intima in ius vocatur, & in ordinem vna cum cæteris cogitur.*

k *Principis fauor eò vsque extẽdi debet, vt roget iudices in causa amici, nõ autẽ vt cogat, ne sua ipsius maiestate ad priuata studia abutatur, atque adeò eius minuendæ cæteris autor sit. Porrò hæc vna in vris, & legum obseruatione continetur, id quod adeò verũ est, vt, cùm princeps in causa amici iudices rogat principi ponat, priuati personã induat. Quòd si priuatus cogeret iudices, ac proinde maiestatẽ minueret, pœna & supplicio vtique dignus esset, si idem admittit princeps, haud dubiè eiusdẽ criminis reus dici potest. In huiusmodi rebus nunquam princeps peccabit, si officiũ, & personam priuatã ab officio, & persona publica distinguet. quã sanè distinctionẽ Tiberiũ optimè nouisse, vel ex eo intelligi voluit, quod ad tribunal accessit nõ stipatus milite, quẽ procul sequi iussit, sed tãquã priuatus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus, vt se iturum ad prætoris tribunal, adfuturum Vrgulaniæ diceret, processit palatio, procul sequi iussis militibus. Spectabatur occurſante populo, compositus ore, & sermonibus variis tempus atque iter ducens, donec propinquis Pisonem [a] frustra coercentibus, deferri Augusta pecuniam, quæ petebatur, iuberet. Isque finis rei, ex qua neque Piso [b] inglorius, & Cæsar maiore fama fuit. Cæterùm Vrgulaniæ [c] potentia [d] adeò nimia ciuitati erat, vt testis in causa quadam, quæ apud senatum tractabatur, venire dedignaretur. Missus est prætor, qui domi interrogaret: cùm virgines [e] Vestales in [f] foro & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. Res eo anno prolatas haud referrem, nî pretium foret Gn. Pisonis & Asinij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Piso quanquam abfuturum se dixerat Cæsar, ob id magis agendum censebat, vt absente principe, [g] senatus & equites possent sua munia [h] sustinere: decorum Reip. fore. Gallus, quia speciem libertatis Piso præceperat, [i] nihil satis inlustre, aut ex dignitate populi Ro. nisi coram & sub oculis Cæsaris: eoque conuentum Italiæ & adfluentis prouincias præsentiæ eius

OBSERVATIONES.

a *Parum est, fortiter aliquid cœpisse, nisi in eo constanter perseueres.*

b *Non est inglorium litigare cum magno aliquo, & potente viro iusta de causa; ad eamque rem tantum afferre fortitudinis, & constantiæ, quantum satis est ad illius libidines comprimendas, & potentiam infringendam.*

c *Potentia alicuius tum demum nimia, nec ferenda videri debet, cùm is vocatus ad tribunal accedere dedignatur.*

d *Peruersò fœminæ, cùm animo sint impotenti, modum potentiæ tenent.*

e *Virginum Vestalium multò maior est, quàm cæterarum fœminarum, etiam amplissimarum autoritas, & dignitas, hæ tamen in foro, & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuit. tanta debet esse iudiciorum autoritas, & dignitas, vt, quæ maxima sunt, illis submittantur.*

f *In foro, & iudicio testimonium dicere, honorificum est.*

g *Et senatum, & magistratus, absente principe, sua munia sustinere posse, si modò volunt, satis constat.*

h *Etsi libertas, & principatus in speciem ideo similes videtur esse, quòd in vtroque statu idem senatus, idemque magistratus conspiciuntur, tamen natura multùm differunt. quippe, in libertate nullius magistratus cuiusquam aut nutum obseruat, aut iussa moratur, sed quod quisque sentit, de eo liberè sententiam dicit. Contra in principatu senatus, & magistratus speciem quidem autoritatis, & potestatis retinent, autoritatem verò, ac potestatem minimè; cùm ea penes vnum principem sit. non ergo mirum est, Asinium Gallum humillimum Tiberii adulatorem Pisonis sententiæ aperte contradixisse, cùm is censeret, magistratus, principe absente nihilominus sua munia obire posse. qua sententia haud dubiè tota vis principatus conuellebatur, ac libertas reuocabatur. Hoc loco is, qui principatum in libera rep. nuper adeptus est, obseruet, se in eo totum esse debere, vt senatus, & singuli magistratus in necessitatem adducantur, nihil vi is, quæ ad remp. pertinent, statuendi, nisi ipso præsente, aut sanè ipsius vnius iussu, & autoritate, nam si semel res ipsa palam fecerit, à magistratibus, si quisque munus fungatur suum, remp. administrari posse, videbitur princeps omnino superuacuus, cùm eo respexerit, hoc est, libera esse, absque vllo detrimento, possit.*

i *In rebus arduis, & magni momenti nihil satis illustre, atque ex dignitate agi posse videtur, nisi coram, & sub oculis ipsius principis.*

seruanda

seruanda dicebat. Audiente hæc Tyberio [a] ac silente, magnis vtrinque contentionibus acta, [b] sed res dilatæ. Et certamen Gallo aduersus Cæsarem exortum est. Nam censuit in quinquennium magistratuum comitia habenda: vtque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, iam tum prætores destinarentur: princeps duodecim candidatos, in annos singulos, nominaret. Haud dubium erat, eam sententiã [c] altiùs penetrare, & arcana Imperij tentari. Tyberius tamen [d] quasi augeretur potestas eius, disseruit, graue [e] moderationi suæ [f] tot eligere, tot differre: vix per singulos annos [g] offensiones vitari, quamuis repulsam propinqua spes soletur: quantum odii fore ab his, qui vltra quinquennum proiiciantur? vnde prospici posse quæ cuique tam longo temporis spatio [h] mens, domus, fortuna? superbire homines etiam annua designatione,

OBSERVATIONES

a *Silentium principis inter duos contendentes, quorum alter reuera sanctè ipsi, est mera approbatio eorum, quæ ab hoc dicuntur.*

b *Haud dubium est, quin semper præualeat ea sententia, quæ principi placet, etsi est iniqua.*

c *Cùm arcanum imperij in hoc potissimùm consistat, vt princeps omnia ad vnum se trahat, certè nouus princeps tria semper obseruabit; quorum primum est, vt magistratus non sint diuturni; ne longo spatio temporis ipsorum potentia corroboretur, nam quantum veræ potentiæ, & autoritatis magistratibus accedit, tantundem de potentia principis demi constat. Itaque dabit operam vt sint annui. Secundum est, vt id agat, qui penes vnum se, nec quenuis alium sit liberum arbitrium, summumque ius creandi magistratus eos, quos vult. Sic enim remp. in sua manu habebit, cùm eos, qui magistratum gerunt, suam dignitatem principi acceptam referent; & qui honores ambiunt, cum eos se nonnisi beneficio principis consequi posse videbunt, huius non modo acta, sed & nutus in singula momenta obseruabunt. Tertium est, vt omnium, quibus dignitates tradi possunt, ita princeps rationem habeat, vt paucos nominet, vtique proximo anno creandos. hos cùm iam sibi deuinxerit, alios quoque insequentibus annis eadem ratione obstringere, sibique firmare queat. Ita fiet, vt intra paucos annos vniuersam nobilitatem, atque adeò eos omnes qui honoribus inhiant, suo beneficio deuinctos habeat. hæc tria qui diligenter obseruabit vnus remp. in sua manu habebit. Et hæc cùm ita sint, non mirum est, sententiam Galli altiùs penetrasse, & arcana imperij tentasse. Siquidem hæc tria, quæ dixi, per eam euertebantur. continebat enim tria capita; quorum primum est, vt in quinquennium haberentur comitia magistratuum: Secundum, vt, non quos princeps vellet, sed legionum legati, qui prætura functi non essent, necessario prætores destinarentur. Tertium, vt princeps duodecim candidatos in singulos annos nominaret, qui spatio quinquennij futuri erant sexaginta: quæ singula apertè pugnant cum iis, quæ à me dicta sunt, quæque Tiberius quàm diligentissimè obseruabat, vt ex singulis eius & dictis, & factis aperte colligi posset.*

d *Etsi reuera aliquid dicitur in principem, atque illud ipse, cuiusmodi est, intelligit, tamen debet dissimulare se, quonam illa spectent, intelligere; eaque quæ dicta sunt, quàm honorificentissimè potest, pro se interpretari. hoc modo intercludet aditum cæteris, quominus ea se sentire profiteri audeant, quæ ipsi sunt perniciosa.*

e *In omnibus, potissimùm verò in maximi momenti rebus, princeps moderationem præ se ferre debet.*

f *Moderatio in eo potissimùm consistit, vt sobriè de iis, quibuscum nobis res est, iudicemus.*

g *Quemadmodum princeps omnium obsequio fruitur, ita omnium offensionibus vnus petitur.*

h *In hominibus hæc præcipuè spectari solent; mens, domus, fortuna.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid si honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prorsus magistratus, [b] subuerti leges, quæ sua spatia [c] exercendæ candidatorum industriæ, [d] quærendisque aut potiundis honoribus statuerint. Fauorabili in speciem oratione vim imperii tenuit; [e] censusque quorundam senatorum iuuit. Quò magis mirum fuit, quòd preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifesta superbiùs accepisset. Nepos erat oratoris Hortensii [f] inlectus à diuo Augusto liberalitate decies sestertium ducere vxorem, suscipere liberos, [g] ne clarissima familia extingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curiæ adstantibus, loco sententiæ, quum in palatio senatus haberetur, modò Hortensii inter oratores statam [h] imaginẽ, modò Augusti intuens ad hunc modum cœpit: Patres conscripti, Hos, quorum numerum, & pueritiam videtis, nõ sponte sustuli, sed quia princeps monebat, simul maiores mei [i] meruerant vt posteros haberent. Nam ego qui non pecuniam, non studia populi, neque eloquentiam [k] gentile domus nostræ bonum [l] varietate temporum accipere vel parare potuissem, [m] satis habebam, si tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forẽt: [n] iussus ab imperatore vxorem duxi. En stirps & progenies tot consulum, tot dictatorum. Nec ad inuidiam ista, sed [o] conci-

OBSERVATIONES.

a *Quò magistratus sunt diuturniores, hoc sanè constat esse potentiores.*

b *Si quando accidit vt, quod contra principis autoritatem tentatur, id etiam fiat aduersus leges, exclamet princeps, non quidem insignitè sibi iniuriam fieri, id enim dissimulare debet, sed subuerti leges, quæ debent esse sacrosanctæ. Subuerti iura, euerti remp.*

c *Quo frequentiora habentur comitia magistratibus creandis, hoc magis industriam candidatorum exerceri constat.*

d *Et quærendis, & potiundis honoribus tempus debet esse præstitutum.*

e *Nouus princeps quò plura dominationis suæ subsidia firmet, ac paret, virorum illustrium paupertẽ census i. fortunas, augere debet, vt eos hac ratione sibi firmet.*

f *Ad principis curas maximè pertinet, prouidere, ne clarissimæ familiæ, propter egestatem extinguãtur. eritque ei semper honorificum, ipsius liberalitate factum esse, vt propagata sit stirps hominum clarissimorum.*

g *Viri clarissimi, deque rep. optimè meriti, adeò sunt fauorabiles, vt videatur interesse reip. ne eorum proles extinguatur, quandoquidem à posteris illamet expectantur, aut etiam maiora iis, quæ præstita sunt à maioribus. Hæc dici possunt pro generis nobilitate, quam nonnulli pernimium, quia virtutem non possunt, ostentant.*

h *Qui aliquid sibi concedi mirè cupit, à quibus id petit, hos obtestetur per ea, quæ ipsis scit esse charissima, quorumque charitate commoueri eos constat.*

i *Homines virtute præstantes digni sunt qui posteros habeant.*

k *Quædam sunt dotes adeò quorundam hominum propriæ, vt verè possint dici alicuius domus bona gentilia.*

l *Temporum varietatibus ea persæpe tribui solent, quæ desidiæ, ignauiæ, cæterisque vitijs fortasse verius adscribi possent.*

m *Nobilis, cui res domi est tenuis, debet prospicere, ne sibi paupertas pudori, neque cuiquam sit oneri.*

n *Quod tuo iussu feci, id si fraudi mihi esse pateris, palam iniquus es.*

o *Misericordiam haud dubiè nobis conciliamus comparatione maiorum nostrorum hominum præstantissimorum, & clarissimorum cum nostra præsenti fortuna, si est tenuis, magis propter varietates, & calamitates temporum, quàm nostra culpa.*

liandæ

liandæ misericordiæ refero. Adsequentur, florente te, Cæsar, quos dederis honores. interim Q. Hortensii pronepotes, diui Augusti alumnos ab inopia defende. Inclinatio senatus [a] incitamentum Tyberio fuit, [b] quò promptiùs aduersaretur, his fermè verbis vsus: Si quantum pauperum est, venire huc, & liberis suis petere pecunias cœperint, singuli nunquam exatiabuntur, Respublica deficiet. Nec sanè ideo à maioribus [c] concessum est egredi aliquando relationem, & quod in cõmune conducat loco sententiæ proferre, vt [d] priuata, negotia & res familiares nostras hìc augeamus, cum inuidia senatus & principum, siue indulserint largitionem, siue abnuerint. Non enim [e] preces sunt istuc, sed flagitatio intempestiua quidem, & improuisa: cùm aliis de rebus conuenerint patres, consurgere, & [f] numero, atque ætate liberũm suorum [g] vrgere modestiam senatus, eandem vim in me transmittere, ac, velut [h] perfringere ærarium; quod si [i] ambitione exhauserimus, per scelera supplendum erit. Dedit tibi Hortale diuus Augustus pecuniam, [k] sed non [l] compellatus, [m] nec ea lege vt semper daretur. [n] Languescet alioqui

OBSERVATIONES.

a *Tanta est in quibusdam prauitas, vt ijs, qui ipsorum opem implorant, hoc promptiùs aduersentur, quo maiorem ceterorum inclinationem in eam rem, quæ de agitur, vident.*

b *A principe, si quid tanquam ipsius vnius munus petitur, facilius impetratur, quàm si illud beneficium non ipsius solùm sed & aliorum videri possit. Sic Tiberius cum videret fore, vt Hortalus nõ tam sibi, quàm senatui acceptum relaturus esset, si quid ei benignè fieret, huic petitioni aduersatus est; nempè, vt intelligeret omnes (id quod ipse fieri volebat) suã vnius autoritatem pluris esse, quàm vniuersi senatus. Hinc colligi & illud potest, quod sæpius adnotaui, sæpiusque inculcandum videtur, vt, siue de publicis rebus, siue de priuatis agatur, in his ita princeps versetur, vt semper omnia ad vnũ se trahat. Adnotent & illud priuati, vt, si quid à principe consequi studeant, id ita petant, vt vnius ipsius, neque cuiusquam alius beneficium videri possit.*

c *More maiorum licebat aliquando egredi relationem in senatu, i. ijs de rebus, loco sententiæ verba facere, de quibus non erat relatum ad senatum, si modò ea erant, quæ in commune conducerent.*

d *Senatores, ijque omnes, quibus publica mandantur, sciant se non ideo tum locum obtinere, vt priuata negotia, & rem quisque suam familiarem augeat, sed vt, quicquid aut loquitur, aut agit, in eo semper publicam spectet vtilitatem.*

e *Aliud est precari, & aliud, intempestiuè, & improuisè aliquid efflagitare.*

f *Numerus, & tenera ætas in aliqua familia non sunt parua incitamenta misericordiæ.*

g *Is alitatus modestiam suæ postulatione vrgere dicitur, qui nec loco, nec, quo debet, tempore, petit; aut certè ita petit, vt, non petere, sed impudenter efflagitare videatur.*

h *Illi verè possunt appellari perfractores ærarij publici, qui nullum ob meritum, sed sola audacia freti, & impudentia, ita à principibus pecunias petunt, eorumque modestiam adeò vrgent, vt, tãdem quod impudenter petunt, violenter extorqueant.*

i *Plerunque accidit, vt, qui ambitiosè ærarium exhausit, illud postea per scelera supplere cogatur. ita qui sua prodegerant, aliena eripta cunt.*

k *Ea demùm verè liberalitas appellatur, quæ proficiscitur à non compellato.*

l *Multa principes vltro largiuntur, quæ compellati fortasse non largirentur.*

m *Qui semel vltro, ac sponte est liberalis, non obligauit se, eo facto, ad semper dandum.*

n *De mendico (vt est apud Plautum) malè meretur qui ei dat, quod edat, aut quod bibat. nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam planissimè. nam si semper ei des, languescet industria, intendetur socordia; siquidem is nullum habet ex se metum, aut spem, & securus aliena subsidia expectabit sibi ignauus, cæteris grauis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

industria, [x]intendetur socordia, si nullus ex se metus, aut spes, & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignaui, nobis graues. Hæc, atque talia, quanquam cum adsensu audita ab his, [b] quibus omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est, plures [c] per silentium, aut occultum murmur excepere. [d] sensitque Tyberius. Et cùm [e] paulùm reticuisset, [f] Hortalo se respondisse ait, cæterùm si [g] patribus videretur, daturum [h] liberis eius [i] ducena sestertia singulis qui sexus virilis essent. egere alii grates, siluit Hortalus, pauore, an auitæ nobilitatis [i] etiam inter angustias fortunæ retinens: neque miseratus est posthac Tyberius, quamuis domus Hortensii pudendam ad inopiam dilaberetur. [2] Eodem anno mancipij vnius audacia, [k] ni maturè [l] subuentum foret, discordiis, armisque ciuilibus Remp. perculisset. Posthumi Agrippæ seruus, nomine Clemens, comperto fine Augusti, pergere in insulam Planasiam, & fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad excercitus Germanicos, [m] nõ seruili animo, concepit. Ausa eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atque interim [3] patrata cede, [n] ad maiora & magis præcipitia conuersus, furatur cineres, vectusque Coram Ethruriæ promontorium ignotis locis sese abdit, donec crinem, barbamque promitteret. Nam ætate & forma haud dissimili in dominum erat. Tum per idoneos & secreti eius so-

1. sic li. 13. Ann. Sed nobili familiæ honor auctus est, oblata in singulos annos quingena sestertia quibus Messala paupertatẽ ignominiam sibi tulerat esse.

2. Tale quiddã vide lib. 1. hist. ibi, Tunc Asinius & Pomponius, & alii, & reperti quidam simbolanus &c.

3. Interfecto Agrippa.

OBSERVATIONES.

x *Paupertati hoc acceptum referri debet, quòd ea intenditur industria, & languescit socordia.*
b *Adulatorum hæc est verissima definitio, vt sint ij, quibus omnia principum honesta, atque inhonesta laudare mos est. quod principes aiunt, affirmant & ipsi; quod negant, ipsi pernegant.*
c *Qui coram principe, post alicuius verba, quæ alii approbarunt, silet, aut occultè murmurat, is satis ostendit, sibi id, quod agitur, minimè probari.*
d *Hæc debet esse sagacia principis, vt ex vultu quid quisque animi habeat, coniecter; vt si fortè aliqua in se offensio orta est, ex tempore iis, quibuscum ipsi res est, satisfaciat.*
e *Cùm seria tractamus, lingua cogitationem præcurrere non debet.*
f *Iudicium cuiusque in eo perspicitur, si distinguenda non confundit. certè Tiberius Hortalo se respondisse dicit: mox ea, quæ se æquum est facere, velle se profitetur.*
g *Etsi in vnius principis manu id, quod agitur, est, nihilominus tamen senatorum, atque hominum amplissimorum beneuolentiam sibi conciliabit, si nihil, nisi de eorum sententia velle se statuere palã profitebitur; tanquam si eos potestatis participes habeat.*
h *Princeps in iis, quæ magis ex se, suaque liberalitate, quàm ex aliorum iudicio, aut decreto pendent, maiorem haud dubiè laudem consequetur, si se facilem præbebit, quàm si sedulò aduersabitur viris amplissimis, quorum iam inclinationem studiaque perspexit.*
i *Eximiæ nobilitatis homines, etiam inter angustias fortunæ, animum minimè remittunt.*
k *Et ab hominibus obscurissimis interdum talia proficiscuntur, quibus si non maturè subuenitur, magna damna, magnæque calamitates in remp. importantur.*
l *Siqui noui motus ad principem deferuntur, principis obstet, maturè, inquam, subueniat; nam postea nequicquam medicina paratur.*
m *Non est nouum, neque mirandum, homines obscuros, atque adeò seruos ipsos nequaquam seruili, sed excelso animo esse.*
n *Animus audax etsi prima propter fortuitum aliquod non prouenerunt, non tamen incepto absistit; sed maiora aggreditur.*

cios

cios, crebrescit viuere Agrippam, [a] occultis primùm sermonibus, vt vetita solent, mox vago rumore apud [b] imperitissimi cuiusque promptas aures. aut rursum apud turbidos. eoque noua cupientes. [c] Atque ipse adire municipia [1] obscuro die, neque propalam aspici, neque diutius ijsdem locis. [d] Sed quia veritas visu & mora, [e] falsa festinatione & incertis valescunt, [f] relinquebat famam, aut præueniebat. Vulgabatur interim per Italiam seruatum [g] munere deûm Agrippam, [2] credebatur Romæ. iamque Hostiam inuectum multitudo ingens, tam in vrbe clandestini cœtus celebrabant, cùm Tyberium [h] anceps cura distrahere, [i] vine militum seruum suum coerceret, an inanẽ credulitatem tempore ipso [k] vanescere sineret: modò [l] nihil spernendũ, modò non omnia metuẽda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. Postremò dat negotium Sallustio Crispo. Ille è clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, simulata conscientia, adeant, offerant pecuniam, fidem, atque pericula polliceantur. Exequuntur vt iussum erat. Dein speculati noctem

1. Sic li. 2. Ann. Iunat credulitatem nox, & promptior inter tenebras affirmatio.

2. sic lib. 2. hist. Scelera impetu bona consilia mora valescere

OBSERVATIONES.

a *Vetita non statim palam, sed primùm occultis in vulgus sermonibus crebrescunt; mox vago rumore apud imperitissimi cuiusque promptas vanitati aures, aut rursum apud turbidos, eoque noua cupientes celebrantur.*
b *Imperitissimus quisque promptas habet aures excipiendis vagis rumoribus; modò sint, quæ dicuntur, verisimilia.*
c *Non vna via eaque recta, sed certè pluribus, ijsque deuijs & obliquis rationibus ad principatum peruenire potest.*
d *Qui rem, vt est, ita sciri, cognoscique vult, non festinanter, ac trepidè, sed diu planè, & constanter eam cuiusmodi est, spectari patiatur. siquidem veritas visu, & mora; falsa festinatione, & incertis valescunt. certè veterator vt faciliùs hominibus imponat, festinat; ne vt est, ita planè cognosci possit.*
e *Autor rerum nouarum, si nititur falso aliquo rumore, quem vulgari ipsius valde interest, falsum verò, vt est, cognosci, ipsi periculosum est, isque rumor ex sua ipsius persona pendet, det operam vt, festinatione tantum relinquat sui famam, aut præueniat; ne, scilicet, initio rerum nouarum, & priùs quàm aliquæ ausorum munimenta acceßerint, sua ipse vanitate collapsus conficiatur.*
f *Quæ præter spem accidunt, quorumque causæ ignorantur, ea si nobis probantur, muneri Deum accepta plerunque referre solemus: si infesta nobis sunt, temporum calamitati assignamus.*
g *Mira & noua facilè creduntur.*
h *Cùm ab homine obscuro tumultus excitantur, prudentem principem anceps cura haud dubiè distrahit, vine militum infimum hominem coerceat, an verò inanem vulgi credulitatem, qua fretus rerum nouarum autor tot turbas dat, ipso tempore vanescere sinat. tali re, ac tempore veram sententiam princeps sequi debeat, non tam facilè dici potest, quàm tutum illi erit id sequi, quod res ipsa ex tempore monebit, exemplo Tiberij.*
i *Ad principis dignitatem valde pertinet, leuissimum quemque rerum perturbatorem non statim copiis, & exercitu coercere, quasi iustum hostem; quia priùs se æqualem facit, qui ideo pugnat, vt vincat. sed alijs rationibus suæ, totiusque reip. securitati ita prospicere, vt illum ipsa dies, & principis consilium potiùs, quàm vis infringat.*
k *Quæ falsa sunt tempore ipso vanescunt.*
l *Periculum, quod ab infimo homine proficiscitur vti non spernere maximus quisque princeps, ita quoque non omnia metuere debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

incustoditam,accepta idonea manu,vinctum clauso ore in palatium traxere.Percunctanti Tyberio,quomodo Agrippa factus esset? respondisse fertur: [a] quomodo tu Cæsar. Vt ederet socios subigi non potuit. Nec Tyberius pœnam eius [b] palam ausus,in secreta palatij parte interfici iussit,corpusque clam auferri. & quanquam multi è domo principis, equitesque ac senatores [c] sustentasse opibus, iuuisse consiliis dicerentur, [d] haud quæsitum.Fine anni arcus propter ædem Saturni,ob recepta signa cum Varo amissa,ductu Germanici, [e] auspicijs Tyberij, & ædes Fortis fortunæ Tyberim iuxta in hortis,quos Cæsar dictator populo Ro. legauerat,sacrarium genti Iuliæ,effigiesque diuo Augusto apud Bouillas dicantur. C.Cælio.L.Pomponio coss. Germanicus Cæsar ad VII.Cal. Iunias triumphauit de Cheruscis Chattisque & Angriuariis, quæque aliæ nationes vsque ad Albim colunt: vecta spolia, captiui, simulacra montium, fluminum, prælíorum: bellumque, [f] quia conficere prohibitus erat,pro confecto accipiebatur.augebat intuentium visus [g] eximia ipsius species,currusque [h] quinque liberis onustus. [i] Sed suberat occulta formido reputantibus,haud prosperum in Druso patre eius fauorem vulgi, auunculum eiusdem Marcellum flagrantibus plebis studiis intra iuuentam ereptum:breues & infaustos pop.Rom.amores. Cæterùm Ty-

OBSERVATIONES.

a *Quando regum, & principum excellens potentia per animorum consensum constat, à quibus is consensus obtineri potest, iu Vtique legitimè imperatur. ad hunc autem consensum cùm sæpiùs malis, quam bonis artibus perueniatur, nequaquã mirãdum est, si percunctanti Tiberio seruum Agrippæ quomodo Agrippa factus esset, respondit, quomodo tu Cæsar? ac si dicat; tu quibus potuisti artibus ad principale fastigium euectus es: eccui mirum sit, si istluc ipsum ego, quibus potui rationibus, tentaui?*

b *Is qui seditiosè bellum conciuit, aut res nouas alia ratione molitus est, si in principis potestatem venit, continuò extingui, sed non semper sub omnium oculis, debet, ne fortè, illo viso, seditiosis audacia crescat, eoque erumpat, vt inde maiores tumultus excitentur.*

c *Coniuratio nondum adulta flectitur, atque adeò extinguitur, autore eius oppresso. Cæterùm licet multi, ac primarij viri eodem crimine sint contacti, si ea res palam non est, consultè faciet princeps si non anxiè in eos inquiret; contentus eo, quòd oppresso duce, coniuratio pariter euanuit.*

d *Sustentamur opibus, iuuamur consiliis. simile præceptum est Senecæ li. 1. de beneficijs, cap. 2. in fi. Alium inquit, re, alium fide, alium gratia, alium consilio, alium præceptis salutaribus adiuua.*

e *Eius auspiciis bellum geri dicitur, cuius sumptibus & periculo geritur.*

f *Quod nisi prohibitus essem, fecissem, id ita accipitur, ac si fecissem; nam vnamquamque rem non ad id, quod actum est, sed ad consilium dirigi oportet. hinc fit, vt, is æque sit præmio dignus, qui rem non confecit, ac si confecisset, si per ipsum haud stetit quominus conficeret.*

g *Eximia species corporis non minimum decus addit principi.*

h *Inter cæteras principis fœlicitates numerus liberorum meritò connumeratur.*

i *In solet esse breuis, pernicios⁹, & infaustus fauor, & amor vulgi, qui propter genus, ingentes opes, rerum gestarum magnitudinem, animum excelsum, singularem fœlicitatem, principi in suspitionem affectandi principatus venire possunt.*

berius

berius nomine Germanici trecenos plebi sestertios viritim dedit, seque collegam consulatui eius destinauit. [a] Nec ideo synceræ charitatis fidem adsecutus, [b] amoliri iuuenem specie honoris statuit, struxitque causas, aut fortè oblatas arripuit.Rex Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur inuisus Tyberio, [c] quòd eum Rhodi agentem, [d], nullo officio coluisset.Nec id Archelaus per superbiã omiserat,sed ab intimis Augusti monitus;quia florente C.Cæsare, missoque ad res Orientis,intuta Tyberij amicitia credebatur.Vt [e] versa Cæsarum sobole,imperium adeptus est,elicit Archelaum matris literis, quæ [f] non dissimulatis filij offensionibus clementiam offerebat, [g] si ad precandum veniret. Ille ignarus doli,vel [h] si intelligere crederetur, vim metuens, in vrbem properat:exceptusque immiti à principe,& mox accusatus in senatu, non ob crimina quæ fingebantur, sed angore, simul fessus senio, & [i] quia regibus æqua,nedum infima insolita sunt,finem vitæ sponte an fato impleuit. Regnum in prouinciam redactum est, fructibusque eius [k] leuari posse centesimæ vectigal professus Cęsar,ducentesimam in posterum statuit.

1. Quemadmodũ Archelaus Tiberio inuisus fuit, quòd cum Rhodi agentem nullo officio coluisset, ita Sulpitij Quirinij, quòd eum ibidem agentem coluisset, in senatu officia laudauit. vt est libro seq.

2. Extincta. vt lib. 1. versa ciuitatis statu, i. planè extincta esset reipub. & lib. seq. abolitas leges, & fundus versus, &c.

OBSERVATIONES.

a *Non semper honos ad aliquem delatus synceræ illius à quo defertur, in eum, qui honore honestatur, charitatis fidem facit.*

b *Princeps si quem metuit, ob nimium vulgi fauorem, hunc specie honoris, procul amoueat ab oculis hominum. cuius rei si nullæ, in præsentia, probabiles sunt causæ, has ipse, quando res omnes & singula momenta in sua potestate habet, aut struat, aut fortè oblatas arripiat.*

c *Etsi æmulatio, aut odia inter principes viros eo vsque exarserunt, vt, qui ei aduersatur, quem necessariò colimus, huius amicitia nobis intuta videri possit, tamen inter tot rerum humanarum volutationes, hoc animo nostro semper obuersari debet, cum, qui nunc rerum habenas tenet, paruo momento cueri, aut extingui posse; eumque fortasse cæteris mox imperitaturum, quem fortuna aut multis casibus iactat, aut in occulto tenet. Quæ cùm ita sint, vir prudens nunquam quicquam committet, quo dicto, aut facto meritò is offendi possit, qui aut iure sanguinis, aut singulari virtute; aut populorum voto, aliáue de causa destinatur; ne is imperium adeptus meritas ab eo pœnas expetat, à quo se aliquando aut spretum, aut læsum esse meminit.*

d *Cùm cultus, & veneratio viris principibus, iure quodam illius dignitatis, quam obtinent, debeatur, satis constat, ab ijs, à quibus nullo officio coluntur, æquè lædi eos, atque ab iis, à quibus aliquo facto offensi sunt. Itaque non satis est principes non lædere, verùm etiam officio, quatenus licet, colendi sunt. huius rei illustre testimonium est Thraseæ Pætus: cui non quod quicquam in Neronem, aut Remp. deliquisset, obijciebatur; sed quòd vni ipsi incolumitas Neronis sine honore esset; & talia multa quæ leguntur lib. 16. Annal.*

e *Hæc est fallendi ratio omnium callidissima, nempe, verisimilia, atque adeò vera narrare ei, qui decipitur; nempe, vt securus dormiat, ac secum bona fide agi putet.*

f *Clementia principis non indignus videtur is, qui cùm armis se tutari posset, posita ferocia, principem precatur.*

g *Sæpiùs admonui, etsi quæ in nos principes simulatè agunt, intelligimus, tamen non esse è re nostra vt intelligere videamur.*

h *Reges non modò non infimo loco esse, sed ne æquo quidem iure cum cæteris viuere, & in ordinem cogi possunt.*

i *Accessione fructuosæ alicuius prouinciæ cæteras oneribus leuari à principe æquum est, vt qua re amplitudo imperij, hac eadem contineatur vtilitas eorum, quorum opera partum est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per idem tempus Antiocho Comagenorum, Philopatore Cilicum regibus defunctis, [a] turbabantur nationes, plerisque Romanum, alijs regium imperium cupientibus. & prouinciæ Syria atque Iudæa [b] fessæ oneribus diminutionem tributi orabant. Igitur hæc, & de Armenia quæ supra memoraui, apud patres disseruit, nec posse motum Orientem [c] nisi Germanici sapientia componi. Nam suam [d] ætatem vergere, Drusi nondum satis adoleuisse. Tunc decreto patrum permissæ Germanico prouinciæ, quæ mari diuiduntur; [e] maiusque imperium quoquò adisset, quàm his qui [f] sorte, aut missu principis obtinerent. Sed Tyberius [g] demouerat Syria Creticum Sillanum per adfinitatē connexum Germanico, quia Sillani filia Neroni [vetustissimo liberorum eius] pacta erat; præfeceratque Gn. Pisonē [h] ingenio violentum, & obsequij ignarum, insita ferocia [i] à patre Pisone, qui ciuili bello resurgentes in Africa partes acerrimo ministerio aduersus Cæsarem iuuit, mox Brutum & Cassium

OBSERVATIONES.

a *Nulla maior calamitas prouinciis accidere potest, quàm si suis principibus planè orbantur. satis enim constat fore, vt mirum in modum tam intestinis, quàm externis malis, vexentur.*

b *Non est nouum prouincias oneribus fessas, diminutionem tributi à principe petere.*

c *Ad longinquas prouincias subitis perculsas, turbatasque casibus componendas à principe mittendus est is, qui multa, magnaque sapientiæ documenta prius dedit.*

d *Magnis rebus gerendis, summisque imperijs administrandis non omnis ætas conuenit: neque enim illa quæ iam vergit, aut illa, quæ nondum adulta est, sed florens tanto oneri par est.*

e *Non omnium, quibus prouinciæ permittuntur, vna eademque ratio est. Siquidem alij maius, alij minus, prout res postulat, imperium à principe accipiunt.*

f *Veteri reip. more consulares, aut prætorij prouincias sortiebantur, perpaucis exceptis, quibus prouinciæ extra ordinem dabantur; cuius rei exempla frequentissima sunt apud Liuium, & alios. at postea quam Resp. à principibus oppressa est, ferè missu principis, aut decreto patrum, perspecta prius inclinatione, & voluntate ipsius principis, prouinciæ obtinebantur.*

g *Cùm princeps necessitate aliqua adductus maximas, & fructuosissimas prouincias alicui, qui sibi suspectus est mādat, siquis forte ex iis, qui in illa cum imperio sunt, huic fauet, hunc priùs aliqua specie inde dimoueat; ne vereque cōiunctis animis aliquid in principem machinentur, & in eius locum sufficiat aliquem ferocem hominem, & obsequij ignarum, cuique non bene conueniat cum illo, cui tota prouincia commissa est. horum enim voluntates cùm non coalescere possint, omni se princeps suspicione, & periculo pariter liberat. nam siquid is, quem metuit, fortè moliri occipiet, ab hoc, qui velut infensus singula illius & dicta, & facta diligenter obseruat, omnes illius conatus, aut palam fieri, aut etiam impediri, & infringi continuò poterunt.*

h *Quemadmodum amici principum imprimis debent nosse ingenium principis, ita quoque principis est, nosse ingenia illorum, quorū obsequio, & ministeriis ad maximas quasque res vtitur; vt his, pro ratione rerum, locorum, ac temporum vti rectè possit. nam ceu pater familias singula, etiam quæ vilia atque adeò superuacua videntur, ad omnem, scilicet, vsum reponit; ita tempora persæpe incidunt, quibus cautus princeps omnium opera necessariò vti debet. nunc, scilicet, miti, mox feroci, aliquando liberali, nonnunquam parco homine ad ea, quæ agere instituit, opus est.*

i *Non solùm rei familiaris, verùm etiam ingenij persæpe à parentibus ad liberos, & posteros peruenit hæreditas. non igitur mirum est, vt supra obseruaui, ex patre feroci filium quoque pari ferociæ nasci.*

secutus

secutus, concesso reditu, petitione honorum abstinuit; donec vltro ambiretur delatum ab Augusto consulatum accipere. sed præter paternos spiritus, vxoris quoque Plancinæ nobilitate, & opibus accendebatur: vix Tyberio concedere; liberos eius vt multùm infra despectare: nec dubium habebat, se delectum, qui Syriæ imponeretur ad spes Germanici coercendas. Credidere quidam data & à Tyberio occulta mandata, & Plancinam haud dubiè Augusta monuit muliebri æmulatione Agrippinam insectandi. [b] diuisa namque & discors aula erat, tacitis in Drusum aut Germanicum studijs. Tyberius [c] vt proprium & sui sanguinis Drusum fouebat. Germanico [d] alienatio patrui amorem apud cæteros auxerat. & quia claritudine [e] materni generis anteibat, auum M. Antonium, auunculum Augustum ferens. Contra Druso proauus eques Rom. Pomponius Atticus [f] dedecere Claudiorum imagines videbatur. Et coniunx Germanici Agrippina, [g] fœcunditate ac fama Liuiam vxorem Drusi præcellebat. Sed fratres [h] egregiè concordes, & proximorum certaminibus inconcussi. Nec multò post Drusus in Illyricum missus est, vt fuesceret militiæ, [i] studiaque exercitus pararet: simul iuuenem [k] vrbano luxu lasciuientem meliùs in castris haberi Tyberius, seque tutiorem, rebatur,

OBSERVATIONES.

a *Neque nouum, neque mirandum est, viros præstantes vltro ambiri à principibus, vt magistratus, ac maximas quasque dignitates accipiant. tantus, scilicet, virtuti est honos, vt eam vel in his, qui nobis aliquando aduersati sunt, suspiceere cogamur.*

b *Ferè fit, vt, si duo, aut plures pari gradu affinitatis principem contingunt, aula sit diuisa, & discors, tacitis in hunc, aut in illum studijs.*

c *Naturalia nos semper magis afficiunt, quàm quæ ab arte tantùm, & incitamentis naturæ proficiscuntur. hinc fit, vt, sim propensior in filium meum naturalem, quàm in adoptiuum.*

d *Alienatio principis ab eo, qui ei charissimus esse deberet, haud dubiè conciliat ei fauorem cæterorum. nimirum, sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria, vt ait Seneca, epist. 92.*

e *Si qua forte contentio inter principes, aut illustres personas, ob nobilitatem, oritur, cæteris paribus, is haud dubiè præferendus videtur, qui claritudine materni generis suis æmulis anteit.*

f *Cùm in reliquis alijs, tum verò in connubiis principum virorum seruiendum est opinioni multitudinis, quæ externa imprimis spectanda esse existimat. Itaque quòd ad hanc rem pertinet, minimè committendum est, vt princeps eam ducat vxorem, cuius ignobilitas longe suæ familiæ decori, & imaginibus dedecet.*

g *Mulier duabus his ferme laudibus potissimùm celebratur, pudicitia, & fœcunditate.*

h *Qui diuersa hominum in se studia sequentes ipsi inter se sunt discordes, parvo negotio concutiuntur. quòd si nihilominus egregiè concordes manent, neque cuiusquam certaminibus distrahuntur, concuti nulla ratione possunt. tantùm potest concordia, potissimùm inter fratres, & consanguineos.*

i *Principes adolescentes debent suescere militiæ, vt studia exercitus parent, iis potissimùm in imperijs, aut regnis, quæ sunt in manu exercituum, cuiusmodi erat imperium Romanum.*

k *Adolescentes luxu vrbano lasciuientes eò mittendi sunt, vbi labori suescere, & virtuti operam dare possint.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtroque filio [a] legiones obtinente. Sed Sueui [b] prætendebantur auxilium aduersus Cheruscos orantes. Nã discessu Romanorũ, ac vacui externo metu, gentis adsuetudine, & tum æmulatione gloriæ [c] arma in se verterant. Vis nationum, virtus ducum in æquo: sed Marobodui regis nomẽ inuisum apud populares: Arminium pro [d] libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modò Cherusci, sociique eorum, vetus Arminij miles, sumpsere bellum, sed è regno etiam Marobodui Suebæ gentes, Semnones ac Langobardi defecere ad eum. Quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugisset, non aliam ob causam, quàm quia fratris filio iuueni patruus senex parere [e] dedignabatur. Diriguntur acies pari vtrinque spe, nec vt olim apud Germanos, [f] vagis incursibus, aut disiectas per cateruas. Quippe longa aduersus nos militia insueuerãt [g] sequi signa, subsidijs firmari, dicta imperatorũ accipere. Ac tunc Arminius [h] equo conlustrans cũcta, vt quosque [i] aduectus erat, reciperatã libertatem, trucidatas legiones, spolia adhuc & tela Romanis direpta [k] in manibus multorum ostentabat: contra, fugacem Maroboduum appellans, præliorum expertem, Hercyniæ latebris defensum, ac mox per dona & legationes periuisse fœdus, proditorem patriæ, satellitem Cæsaris, [l] haud minùs infensis animis exturbandum, quàm Varum Quintilium interfecerint: meminissent modò tot prœliorum, quorum euentu, & ad postremum eiectis Romanis satis probatum, [l] penes vtros summa belli fuerit. Neque Maroboduus iactantia sui aut probris in ho-

1. Vt lib. 1. hist. exhortatio ducum non nouæ cõtionis apud viduersos, sed vt quisque rorum aduehebantur.

OBSERVATIONES.

a *Validissimi exercitus, atque adeò ij, quorum in manu resp. est, iis tantùm committi debẽt, quorum interest militum fidem erga principem intemeratam seruari.*

b *Viri prudentes satis habent, si id, quod volunt, perficiunt; sæpiusque cur quicque agant reticent; quin sæpiùs alia, quàm quæ vera sunt, prætendunt. persæpe enim nostra interest, ignorari, quo vnamquamque rem animo, consilioque agamus.*

c *Plerunque accidit, vt gentes bellaces si sunt vacuæ externo metu, partim assuetudine, partim æmulatione gloriæ arma in se vertant. à quibus hæ nationes regnantur, nunquam non externis bellis attineri debent, ne gentes bellicosæ infestis armis se ipsæ conficiant.*

d *Nihil multitudini gratius dici potest libertate, pro qua quisquis libenter, & alacri animo propugnationem suscipit, hunc haud dubiè populi fauor habet.*

e *Non iniuria senes iuuenibus parere dedignantur, præcipuè verò adsimilibus, & consanguineis.*

f *Barbari plerunque militant nulla disciplina, sed vagis tantùm incursibus, aut per disiectas cateruas inconditi.*

g *Ibi disciplina militaris esse dicitur, vbi miles sequitur signa, subsidijs firmatur, dicta imperatoris accipit.*

h *Cùm acies vtrinque stant directæ, iam tamque committi debet prœlium, cautus, & diligens imperator equo cucta conlustrare, & ad singulas exercitus partes aduehi debet, & ea alta voce proferre, quæ animos militum ad pugnam accendere possint.*

i *Ea demum vera sunt quæ ipsa rẽ præsenti comprobantur.*

k *Proditor patriæ haud minùs infensis animis est exturbandus, quàm apertus hostis.*

l *Qui hostem eum, qui ad se opprimendum venerat, è finibus suis ejecit, satis luculento testimonio probat, summam belli penes se esse.*

stem

stẽm abstinebat, sed Inguiomerum tenens, illo in corpore decus omne Cheruscorum, illius consiliis gesta, quæ prosperè cecíderint, testabatur: [a] væcordem Arminium, & nescium alienam gloriam in se trahere, quoniam tres vacuas legiones, & ducem fraudis ignarum [b] perfidia deceperit, magna cum clade Germaniæ & ignominia sua, [c] cùm coniunx, cùm filius eius seruitium adhuc tolerent. At se [d] duodecim legionibus petitum, duce Tyberio, illibatam Germanorum gloriam seruauisse, mox cõditionibus æquis discessum. neque pœnitere quod ipsorum in manu sit, integrum aduersum Romanos bellum, an pacem incruentam malint. His vocibus instinctos exercitus propriæ quoque causæ stimulabant, cũ à Cheruscis Langobardisque pro antiquo decore, aut recente libertate, & contra augendæ dominationi certaretur. Non aliàs maiore mole [e] cõcursum, neque ambiguo magis euentu, fusis vtrinque dextris cornibus. Sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. [f] Id signum perculsi fuit. & transfugis paulatim nudatus in Marcomannos concessit, misitque legatos ad Tyberium oraturos auxilia. Responsum est, [g] non iure [h] eum aduersus Cheruscos arma Romana inuocare, qui pugnantis in eundem hostem Romanos nulla ope iuuisset. Missus tamen Drusus, vt retulimus, pacis firmator. Eodem anno duodecim celebres Asiæ vrbes conlapsæ, [i] nocturno motu terræ, quo improuisior [k] grauiorque [l] pestis fuit. Neque solitum in tali casu effugium

OBSERVATIONES.

a *Hæc sunt signa vecordis, ac rerum nescij ducis, iactare se probris in hostem non abstinere, postremò alienam gloriam in se trahere.*

b *Nec magnum, nec præclarum facinus est hostem fraudis ignarum perfidia decipere.*

c *Cuius vxor, aut filius, charissima pignora adhuc sunt in hostium potestate, ibique seruitium tolerant, is sanè vecors est. si belli decus penes se esse gloriatur.*

d *In magnis viris habendus est is, qui à summo duce, & validissimo, eodemque numerosissimo exercitu non est profligatus, sed æquis conditionibus bellum dirimit; remque eò loci adducit, vt in ipsius manu sit, an integrum bellum aduersus hostem, an verò pacem incruentam malit.*

e *Tunc demum magna mole concurrere dicuntur acies, cùm vtrinque funduntur.*

f *Qui post collatas cum hoste manus locum pugnæ descrit, exercitumque in loca tuta subducit, is haud multùm differt à victo.*

g *Ei auxilium, & opem ferre non debere videor, qui me, cùm eodem loco essem, nulla re iuuit.*

h *Petitum auxilium tacitè demonstrat auxilij ferendi obligationem.*

i *Quæ nocte accidunt, multo magis terrent, quàm quæ interdiu.*

k *Quò casus sunt improuisiores, hoc sanè sunt graviores.*

l *Cùm non modò quæ arte, manuque fiunt, corruant, sed & ea, quæ ita à natura facta sunt, vt æterna videri possint, collabantur, heu miseris nobis! ecquid tandem est, in quo spem rerum nostrarum ponere possimus? eò gloriaris, quòd non modò quæ mouentur, sed & ea, quæ soli sunt posside? quid, si motu terræ, aut alio aliquo improuiso, grauioreque casu aut collabantur, aut deductis terris hauriantur? idque adeò vt, rerum facies mutetur? sedent quippe immensi montes; eorum iugã diffluunt; videnturque in arduo quæ plana fuerunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

subueniebat in aperta prorumpendi, quia diductis terris hauriebantur. Sediſſe immenſos montes, viſa in arduo quæ plana fuerant, effulſiſſe interruinam ignes memorant. Aſperrima in Sardianos lues plurimum in eoſdem miſericordiæ traxit. [a] nam centies ſeſtertium pollicitus Cæſar, & [b] quantum ærario, [c] aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. Magnetes à Sipylo, proximi damno ac [d] remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Aegæatas, Apollonienſes, quique Moſceni aut Macedones Hircani vocantur, & Hierocæſaream, Myrinam, Cymen, Tmolum leuari idē in tempus tributis, mittique ex ſenatu placuit, qui præſentia ſpectaret, refoueretque. Delectus eſt M Aletus è prætoriis, ne conſulari obtinēte Aſiam æmulatio [e] inter pares, & ex eo impedimentū oriretur. Magnificam in publicum largitionem auxit Cæſar, haud minùs [f] grata liberalitate, quòd bona Aemyliæ Muſæ locupletis [g] inteſtatæ petita in fiſcum, Aemylio Lepido, cuius è domo videbatur, & Patulei diuitis equitis Romani hæreditatem (quanquam ipſe hæres in parte legeretur) tradidit M. Seruilio, quem prioribus, neque ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat. [h] nobilitatem vtriuſque pecunia iuuandam præfatus. Neque hæreditatem cuiuſquam adiit, niſi cum [i] amicitia meruiſſet. Ignotos & [k] aliis in-

OBSERVATIONES.

a *Princeps debet ſe præbere benignum, & miſericordem erga afflictos nullo illorum merito, ſed vt maiori, caſuque grauiſſimo; nec ſolum erga priuatos, verum etiam in vniuerſam gentem, ſi calamitas ad omnes peruenit. hæc autem benignitas in eo conſiſtit, vt his de ſuo det, & quantum ærario, aut fiſco pendent, ad tempus remittat, ac pro magnitudine damni accepti conſolationem, & remedium adhibeat, ſuoſque populos qua re maximè poteſt foueat.*

b *Paria ſunt, dare de ſuo, & quæ ſibi debentur, remittere.*

c *In rep. aut in principatu bene conſtituto aliud eſt ærarium, aliud verò fiſcus. quæ referuntur in ærarium, ea non tam principis, quàm reipub. ſunt. contra, quæ fiſco adiiciuntur, ea in priuatam principis vtilitatem cedunt. hæc etſi notiſſima ſunt, tamen obſeruare operæ prætium eſſe exiſtimaui, quia hodie, pleriſque in locis ita confunduntur, vt, quæ pecunia reip. eſt, quamquè in publicos tantùm vſus conferri oportet, hac principes ad priuatos abutantur; publicum ærarium exhauriant, perdant, dilapident. at publicas opes, & rem familiarem principis diſtingui debere, docent verba illa Senecæ lib. 7. de benef. cap. 6. Cæſar, inquit, omnia habet; fiſcus eius priuata tantum, ac ſua; & vniuerſa in imperio eius ſunt in patrimonio propria. Tacit. lib. 12. Annal. Pub. Celerius eques Rom. & Elius libertus rei familiari principis in Aſia impoſiti. & eodem lib. cùm Claudius libertos quos rei familiari præfecerat. &c.*

d *Remedium pro magnitudine damni adhiberi debet.*

e *Prudentia principis in eo luculenter ſpectatur, ſi, quoad eius fieri poteſt, fugitat occaſiones offenſionum, quæ frequentes inter eos oriuntur, quibus dignitates, magnaque munera mandata ſunt. ſiquidem conſtat, ab æmulatione honoris proficiſci contentiones, atque hinc non modò negotia non promoueri, ſed & impediri.*

f *Ea demum liberalitas meritò appellanda eſt, quæ ab eo, cuius eſt dare, proficiſcitur in eum, in quem potiſſimùm beneficium conferri debet.*

g *Bona inteſtati, nullo comparante propinquo hærede, addicuntur fiſco.*

h *Nobilitas quid tenue videri poteſt, niſi opibus & pecunia iuuatur.*

i *Hæreditas non ſemper aditur propter vtilitatem, ſed honoris gratia eius, qui fato functus eſt, potiſſimùm a viris principibus. hinc honorarius hæres apud Iuriſconſ.*

k *Mihi non debet eſſe gratum id, quod ideo in me confertur, vt ex eo facto is, cui ea res iure debebatur, damno afficiatur; quippe non amore mei, ſed illius odio, cui detrahitur, ſit.*

fenſos,

fenſos, eoque principem nuncupantes [a] procul [b] arcebat. Cæterùm vt [c] honeſtam innocentium paupertatem leuauit, ita prodigos & ob flagitia egentes Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam, Q. Vitellium [d] mouit ſenatu, aut ſponte cedere paſſus eſt. Iiſdem temporibus [e] deûm ædes vetuſtate aut igni abolitas, cœptaſque ab Auguſto dedicauit. Libero Liberæque & Cereri, iuxta Circum maximum, quas Aulus Poſthumius dictator vouerat; eodemque in loco ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis ædilibus conſtitutam; & Iano templum, quod apud forum olitorium C. Duillius ſtruxerat, qui primus rem Romanam proſperè mari geſſit, triumphumque nauale de Pœnis meruit. Spei ædes à Germanico ſacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. Adoleſcebat interea lex maieſtatis. Et Apuleiam Variliam ſororis Auguſti neptem, [f] quia probroſis ſermonibus diuum Auguſtum ac Tyberium, & matrem eius inluſiſſet, Cæſarique connexa adulterio teneretur, maieſtatis delator arceſſebat. De adulterio ſatis caueri lege Iulia viſum. Maieſtatis crimen diſtingui Cæſar poſtulauit, damnarique ſi qua de Auguſto [g] inreligioſè dixiſſet: [h] In ſe iacta nolle ad cognitionem vocari. Interrogatus à conſule quid de his cenſeret, quæ de matre eius locuta ſecus, argueretur, [i] reticuit. Dein proximo ſenatus die

OBSERVATIONES.

a *Alienum rapitur aut propalam, & vi, aut improbis artibus ab iis, qui alienis fortunis inſidiantur. genus hoc hominum cùm latè pateat, nimium multos etiam principes (heu rem miſeram!) complectitur, qui quaſi aliud agant, eò perueniunt rapacitatis, & auaritiæ, vt, quorum fortunas tueri deberent, his miſeros ſubiectos euertant. quos de Tyberio diſcere hoc ſaltem peruelim, vt aduerſus pecuniam alienam firment animum; & quod ſuum non eſt, id non modò cuiquam fraude, aut vi eripiant; ſed ne vltro quidem dari ſibi ab infirmiori patiantur.*

b *Quid minùs principem decet, quàm ab ignotis, ac maleuolis hæreditates accipere?*

c *Paupertas nulla culpa contracta honeſta eſt; & hanc princeps ſua benignitate leuare debet: ob flagitia, & prodigalitatem, minimè. hæc non modò non leuanda, ſed & punienda eſt. illa eſt innocens paupertas; hæc eſt turpis & flagitioſa egeſtas.*

d *Qui ad egeſtatis terminos, ob prodigalitatem, & flagitia redactus eſt, minimè æquum eſt, vt maiorum, quorum ſe tam diſſimilem præſtat honoribus fungatur.*

e *Ad præcipuas curas principis maximè pertinet, Deûm curam gerere, eaque quæ ad pietatem pertinent, ſingula diligenter curare. ideo ſi ædes ſacræ aut vetuſtate ſunt collapſæ, aut igni abolitæ, aut ſunt à ſuperiore principe cœptæ, has reſtaurare, reficere, reſtituere, ac dedicare debet.*

f *Qui probroſis ſermonibus principem illudit, maieſtatis poſtulari poteſt.*

g *Cùm perſona principis, vt eſt apud Iuriſconſultos, ſit ſacra, de eo religioſè loquendum eſt.*

h *Callidus princeps, ſi agitur de eo crimine maieſtatis, quod ex eo oritur, ſiquis de ipſo irreligioſè loquutus eſt, hac arte vtitur, vt palam & apertè profiteatur, non ea quæ in ſe, ſed quæ in deceſſorem ſuum irreligioſè dicta ſunt, velle ſe ad cognitionem vocari: nempe, hac ſimulatione clementiæ hominum beneuolentiam ſibi conciliat, ſibique inlatam iniuriam eadem ratione vlciſcitur. nam cùm tanti ipſe ſit, quanti fuit deceſſor ſuus, ſignificans non impedire ſe quò minùs quæ in illum dicta ſunt, puniantur, ſatis oſtendit, poſſe pariter, non diſſentiente ſe, animaduerti in eum, à quo irreligioſis dictis offenſus eſt.*

i *Iis de rebus interrogati quæ minimè ad nos pertinent, cùm quid reſponderi debeat, in noſtra manu non ſit, tacere omnino præſtat, quàm quicquam ita eloqui, vt eius poſtea pœnitendum ſit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius quoque nomine orauit, ne cui verba in eam quoquo modo habita crimini forent: liberauitque Apuleiam lege maiestatis. [a] Adulterij grauiorem pœnam deprecatus, vt exemplo maiorum [b] propinquis suis [c] vltra ducentesimum lapidem remoueretur, suasit. Adultero Manlio Italia, atque Africa interdictum est. De prætore in locum Vipsanij Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romæ erant) Haterium Agrippam propinquum Germanici fouebant. contra plerique nitebantur, [d] vt numerus [e] liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. [f] Lætabatur Tyberius cùm inter filios [eius] & leges senatus disceptaret. [g] Victa est sine dubio lex: sed neque statim, & [h] paucis suffragiis: quomodo, etiam [i] cũ valerent, [k] leges vincebantur. Eodem anno cœptum in Africa bellum, duce hostium Tacfarinate. Is natione Numida, in castris Romanis auxiliaria stipendia meritus, mox desertor, [l] vagos primùm, & latrociniis

OBSERVATIONES.

a *Pœna adulterij grauissima, nempe mortis, aut relegationis à principe minui potest.*

b *Cùm adulterium potius priuatum, quàm publicum sit crimen, non abs re est, vt, qui eo crimine contacti sunt, propinquis, quibus iniuria fit, puniendi mittantur. cuius rei non pauca exempla adduci possunt.*

c *Apud priscos in more positum erat, vt adulteri vltra ducentesimum ab vrbe lapidem remouerentur.*

d *Planè æquum est, in candidatis numerum liberorum præpollere, hoc est, cùm inter competitores, ob eum, qui ambitur, magistratum, certamen ortum est, eos aliis præferri, qui, cæteris paribus, numero liberorum præstant.*

e *Cæteris paribus, fauorabilior est is, qui liberos, nempe, reip. seminarium procreauit, eo, qui nullos habet.*

f *Illud verè est magnæ potentiæ signum, atque adeò eius, quæ in libera rep. ferri non debet, cùm inter leges, & aliquem disceptatur, hoc est, cùm tantum quis in repub. potest, quantum posse deberent leges; idque adeò, vt quicquid illi collibitum est, id ipsum sit loco legis. Qui tantum potentiæ adeptus est, hoc est, qui legum interpretationi, ac vi in sua voluntate modum habet, huius in manu vniuersa resp. esse dicitur. Itaque eccui mirum sit si Tiberius se quò voluerat, peruenisse lætabatur? nempe, vt non modò supra magistratus omnes, verùm etiam supra ipsas leges, quæ eminentissimæ esse deberent, exstaret?*

g *Vinci leges tunc dicuntur, cùm nimia alicuius potentia, & gratia, quem deberent, locum non obtinent.*

h *Etsi vnius potentia cuncta complectitur, tamen vix fieri potest, vt non aliqua re palam faciat multitudo se præclarè intelligere, artibus, ac vi tyranni cuncta rapi.*

i *Resp. dicitur status is, in quo valent leges. principatus verò is, in quo rerum omnium, ne legibus quidem exceptis, arbitrium & potestas omnis est penes vnum principem. etsi hoc ipsum principis arbitrium ad legis normam dirigi debet.*

k *Non est nouum, non modò in principatu, verùm etiam in libera rep. vinci leges, nimijs, scilicet, hominum studijs, nimiaque ciuium potentia.*

l *Aliud est bellum gerere, & aliud latrocinari, hoc est, vagos homines, & latrociniis suetos ad prædam & raptus congregare.*

suetos

suetos ad prædam & raptus congregare, dein, [a] more militiæ, per vexilla, & turmas componere, postremò non inconditæ turbæ, sed Musulanorum dux haberi. Valida ea gens, & solitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum vrbium cultu, cepit arma, Mauros que accolas in bellum traxit. Dux & his Mazippa. Diuisus que exercitus; vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos castris attineret, disciplina & imperijs sueseeret: Mazippa leui cum copia incendia & cædes, & terrorem circumferret. compulerantque Cinithios haud spernendam nationem in eadem, cùm Furius Camillus proconsul Africæ legionem, & quod sub signis sociorum, in vnum conductos ad hostem duxit, modicam manum, si multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares. Sed nihil æquè cauebatur, quàm ne bellum [1] metu eluderent. [b] Spe victoriæ inducti sunt, vt vincerentur. Igitur legio medio, leues cohortes, duæque alę in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectauit: fusi Numidæ, multosque post annos Furio nomini [c] partum decus militię. Nam post illum reciperatorem vrbis, filiumque eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memorauimus, bellorum expers habebatur. [d] Eò pronior Tyberius res gestas apud Senatum celebrauit. [e] & decreuere patres triumphalia insignia. Quod Camillo ob [f] modestiam vitæ impune fuit. Sequens annus Tyberium tertiò, Germanicum iterum cõsules habuit. sed eum honorem Germanicus inijt apud vrbem Achaiæ Nicopolim, quò venerat per Illyricam oram, viso fratre

1 Simulatione metus.

OBSERVATIONES

a *Omnes mortales, qui per ætatem arma ferre possunt, atque adeò latrones, & rustici sunt milites, & quæ prius fuit inconcita hominum turba sit agmen, accedente ordine, ac disciplina militari; quæ quanti sit hinc discere licet, quòd ex latrone pariter fit dux, & imperator is, qui quos homines ad prædam, & raptus prius congregauit, per vexilla, & turmas ita componit, vt disciplinæ & imperijs sueseant, ac postremò non latrocinari, sed bellum gerere dicatur.*

b *Cunctando, bellumque mora eludendo potuit quis vincere, si non præceps, spe victoriæ ad pugnam, & cladem ruisset. certè qui res nouas cœptat planè victor est, si prælio se, suasque spes committit, non alio aduersus exercitum veteranum fretus milite, quàm aut tirone, aut nuper conscripto, aut voluntario, qui, vt alibi Tacit. ait, nec iubetur, neque regitur; sed cuncta ex libidine agit. Ideo consultè faciet, si bellum mora eludet; hoc est, excursionibus, eruptionibus, leuibus prælijs, populationibus suorum vires, atque animos paulatim firmabit, & singulas occasiones, vno excepto prælio, quibus hostem infringat arte potius, quàm vi aperta, captabit.*

c *Magnum decus is sibi peperit, qui parua manu hostium copias fudit, fugauitque.*

d *Quo minùs aliquid sperabatur, hoc maiori laudi duci debet ei, qui rem difficilem confecit, atque in suo munere præclarè versatus est.*

e *Qui paruum quidè bellum confecit, illa tamen victoria maioris belli incendia extinxit, æquè honore dignus videri potest, ac si bellum atrox confecisset.*

f *Multis modestia saluti est, potissimùm apud tyrannos, eosque qui plus possunt. Hanc ob rem quò quis maioribus extollitur honoribus hoc magis fortunam moderetur. quippe hac ratione non modò dignitati, verùm etiam saluti egregiè prospexerit. tanti certè est modestia, vt neque summis mortalium spernendam esse, & à Dijs æstimari, scribat Tacit. lib. 15. Annal.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Druſo,in Dalmatia agente,Hadriatici,ac mox Ionij maris aduerſam nauigationem perpeſſus.Igitur paucos dies inſumpſit reficiendæ claſſi; ſimul ſinus Actiaca victoria inclutos,& ſacratas ab Auguſto manubias,caſtraque Antonij cum recordatione maiorum ſuorum adiit. Namque ei, vt memoraui,auunculus Auguſtus,auus Antonius erant; magnaque illic imago triſtium lætorumque. Hinc ventum Athenas, fœderique ſociæ & vetuſtæ vrbis datum, [a] vt vno lictore vteretur. Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaque præferentes, [b] quò plus dignationis adulatio haberet.Petita inde Euboea, tramiſit Lesbum, vbi Agrippina nouiſſimo partu Iuliam edidit.tum extrema Aſiæ, Perinthumque ac Byzantium Thracias vrbes,mox Propontidis anguſtias, & os Ponticum intrat,cupidine [c] veteres locos, & fama celebratos noſcendi: [d] pariterque prouincias [e] internis certaminibus, aut magiſtratuum iniuriis feſſas refouebat.Atque illum in regreſſu ſacra Samothracum viſere nitentem obuii aquilones depulere. Igitur aliaque quę ibi varietate fortunæ,& noſtri origine veneranda, relegit Aſiam, adpellitque Colophona,vt Clarii Apollinis oraculo vteretur. Non fœmina illic, vt apud Delphos,ſed certis è familiis & fermè Mileto accitus ſacerdos numerum modò conſultantium & nomina audit:tum in ſpecum degreſſus,hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerunque literarum, & carminum, edit reſponſa,verſibus compoſitis ſuper rebus,quas quis mente concepit, & ferebatur,Germanico [f] per ambages (vt mos oraculis) maturum exitium cecinisſe.At Gn. Piſo quò properātiùs deſtinata inciperet, ciuitatē Athenienſiū turbido inceſſu exterritam oratione ſæua increpat, obliquè Germanicum perſtringens, quòd cōtra [g] decus Romani nominis non Athe-

OBSERVATIONES.

a *Et à principe,& ab eo,qui pro principe eſt, magnus habetur honos hoſpitæ ciuitati,ſi dum ibi commoratur,de magiſtratus, ac potentiæ inſignijs aliquid detrahit, perinde ac ſi non in ſubiecta, ſuæque ditionis, ſed in ſocia vrbe verſetur.*

b *Fœdiſſima adulatio non vna, & eadem ratione, ſed multis,ac ſpecioſis, & ſua quoque dignatione tumeſcens,nec ſolùm è priuatorum penatibus, ſed ex totis vrbibus, ac prouincijs, recta ad principes it, & maximos quoſque homines aggredi nequaquam veretur.*

c *Loca vetuſta, & fama celebrata maximos quoſque homines ad ſe viſendum alliciunt.*

d *Nullum tempus, nulla res, nullus eſſe locus, nihil ſerium, nihil per iocum, aut relaxandi animi gratia agere debet princeps,quin ſit intentus in ſingulas occaſiones, quibus ſecuritati, & emolumento ſubiectorum proſpicere poſſit. Certè Germanicus, vel tum cum peregrinabatur,& curis vacuus videbatur eſſe, prouincias internis certaminibus,aut magiſtratuum iniurijs feſſas refouebat.*

e *Publica mala aut ex internis certaminibus,aut certè ex magiſtratuum, ac potentiorum proficiſcuntur iniurijs.*

f *Conſulta oracula aut mentiuntur, aut ſi fortè verum dicunt,per ambages ſolent reſpondere,adeò vt non ſit operæpretium ea conſulere; at mera vanitas, atque adeò flagitium ſit,huiuſmodi reſponſis fidem adhibere.*

g *Omnibus in rebus diligenter cauendum eſt, ne, dum noſtras virtutes oſtentamus,quidquam committamus contra dignitatem noſtram, & decus illius,cuius vices gerimus. quippe, virtutem alieno & loco ac tempore oſtentare, magis ad vitium, quàm ad virtutem referri poteſt.*

nienſes

nienſes tot cladibus extinctos,ſed [a] conluuiem illam nationum comitate nimia coluiſſet. hos enim eſſe Mithridatis aduerſus Sullam, Antonii aduerſus diuum Auguſtum ſocios.etiam vetera obiectabat, quæ in Macedones improſperè, [c] violenter in ſuos feciſſent, offenſus vrbi propria quoque ira,quia Theophilum quendam Areo iudicio falſi damnatum precibus ſuis non concederent. Exin nauigatione celeri per Cycladas, & compendia maris adſequitur Germanicum apud inſulam Rhodum, haud neſcium quibus inſectationibus petitus foret:ſed tanta manſuetudine agebat,vt, cùm orta tempeſtas raperet in abrupta, [b] poſſetque interitus inimici ad caſum referri, [c] miſerit triremeis, quarum ſubſidio diſcrimini eximeretur. [d] Neque tamen mitigatus Piſo, & vix diei moram perpeſſus,linquit Germanicum,præuenitque: & poſtquam Syriam, ac legiones attigit, [e] largitione,ambitu infimos manipularium iuuādo,cùm veteres centuriones,ſeueros tribunos demoueret, locaque eorum clientibus ſuis,vel deterrimo cuique attribueret,deſidiam in caſtris,licentiam in vrbibus,vagum, ac laſciuientem per agros militem ſineret, eò vſque corruptionis prouectus eſt,vt ſermone vulgi, [f] parens legionum haberetur.Nec Plancina ſe intra decora fœminis tenebat,ſed [g] exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe:in Agrippinam, in Germanicum

1. Nam Socratē tantum philoſophum capitis damnarunt.vide huius apologiam apud Platonem,ac Themiſtoclem uirū de patria optimè meritum expulerunt:vide Thucyd.lib.1.de bello Peloponeſſ. & Plutarchum in Themiſtocle. & ſocios grauiter tributorū preſſerunt.vide eundem Thucyd. lib.1.hiſt.

OBSERVATIONES.

a *Cū imitatione virtutis veriùs, quàm nomine & imaginibus fiat fides generis nobiliſſimi, perſæpe iniuria gloriantur homines ſe ius eſſe prognatos,quos vniuerſus orbis terrarum, ob ſingularem virtutem,admiratur.ſi in ipſis nulla antiquæ virtutis veſtigia apparent. itaque etſi populus Athenienſis,aut alius quiſpiam fama celebris, re ipſa illorum, quos aſſerit eſſe maiores ſuos, perquam diſſimilem ſe præſtat,ac degeneres animos arguit ignauia,huic verò illud obiectari verè poteſt, illorum quidem,à quibus ſe eſſe ortū inſolenter & falsò gloriatur,progeniem longa ſæculorum ſerie,multiſque caſibus eſſe extinctam;ipſum verò aliunde illo conuenisſe,eſſeque non ſtirpem illam præclariſſimorum hominum.ſed colluuiem omnium nationum.*

b *Impune tunc inimicum vlciſci poſſumus, cùm quicquid illi aduerſi accidit, id ad caſum referri poteſt.*

c *Is verè & generoſius, & manſuetus dici debet, qui cùm ita poſſit de inimico pœnas ſumere, vt id caſu, non ipſius conſilio factum eſſe dici poſſit, tamen de eius ſalute adeò laborat, vt eum ſua opera ac diligentia periculo eximat. Quantam laudem meretur hic, tanta certè odio dignus eſt is,qui cui ſalutari opera adeſſe poteſt,hunc perire patitur. mihi quidem paria videntur eſſe, aliquem necare, & quem potes non ſeruare.*

d *Malus animus, & iniquus nullo beneficio mitigari poteſt.*

e *Quemadmodum ſtrenuus imperator cauet ſedulo,ne otio miles corrumpatur,eumque crebris expeditionibus, patientia periculorum, laboribus, & experientia durat,ita ignauus exercitum corrumpit largitione,atque ambitu, infimos manipularium, hoc eſt, obſcuriſſimum quemque militem iuuando; veteres centuriones,& ſeueros,antiquam,duramque militiam reuocantes demouendo, & & eorum loca deterrimo cuique attribuendo; ſinendo deſidiam in caſtris,licentiam in vrbibus, ac militem vagum & per agros laſciuientem.*

f *Vulgus plerunque deterrima quæque laudat.*

g *Haud ſatis decet fœminam intereſſe exercitiis militaribus, atque adeò ijs omnibus, quæ virorum propria ſunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

contumelias iacere, quibusdam etiam [a] bonorum militum ad mala obsequia promptis, quòd haud inuito imperatore ea fieri [b] occultus rumor incedebat. Nota hæc Germanico, [c] sed præuerti ad Armenios instantior cura fuit. Ambigua gens ea antiquitus non modò ingeniis, sed situ terrarum, quo nostris prouinciis latè prætenta, penitus ad Medos porrigitur, maximisque imperiis interiecti, & sæpiùs [d] discordes sunt, aduersus Romanos odio, & in Parthum inuidia. Regem illa tempestate non habebant, amoto Vonone; sed fauor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quòd is prima ab infantia instituta & cultum Armeniorum [e] æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxta deuinxerat. Igitur Germanicus in vrbe Artaxata [f] adprobantibus nobilibus, circumfusâ multitudine, [g] insigne regium capiti eius imposuit. [h] cæteri venerantes regem, Artaxiam consalutauere, quod illi vocabulum indiderant ex [i] nomine vrbis. At Cappadoces in formam prouinciæ redacti Q. Veranium legatum accepere. Et quædam ex regiis tributis [k] deminuta, quò mitius Romanum imperium sperarentur. Commagenis Q. Seruæus præponitur, tum primum ad ius prætoris translatis. Cunctaque socialia prosperè composita, [l] non ideo lætum Germanicum habebant, ob superbiam Pisonis, qui iussus partem

OBSERVATIONES.

a *Minori negotio boni redduntur praui, & promptiores ad mala obsequia, quàm mali ad bona, si modò principis mentem habent perspectam.*

b *Dij boni! quæ hæc est peruersitas mentis humanæ, vt, quæ ratio suadet, lex iubet, princeps velle se palam, & apertè profitetur, hæc non iussi neque coacti, sed libentes relinquamus; ac nullo impellente, nisi fortè occulto aliquo, ac sæpiùs falso rumore, aut leuissima quaque suspitione, ad ea quæ nusquam sunt, nec esse debent, credenda, sequenda, amplectenda tam proclives simus?*

c *Priuatæ iniuriæ non tam nobis debent esse curæ, vt, propter eas curam reip. nobis mandatæ omittamus: quam certè rebus omnibus præuerti æquum est.*

d *Ferè fit, vt prouinciæ maximis imperijs interiectæ discordes sint; cæteros verò, eò, scilicet, feroces, quòd nulli parent, aut oderint, aut ijs inuideant.*

e *Difficile dictu est, quantum gratiæ, & beneuolentiæ concilient sibi principes viri apud eas nationes, quarum instituta, & cultum studiosè, diligenterque æmulantur.*

f *Reges plerumque creantur consensu, & adprobatione nobilium.*

g *Insigne regium capiti regis nonnisi ab eo imponi debet, cuius est dare regnum, aut regi creato suam auctoritatem accommodare; aut certè ab eo, cui id muneris ab vniuersa Repub. datum est.*

h *Is qui rex designatus est, non priùs appellatione regis honestatur, quàm ab eo, cui id iuris est, insigne regium capiti eius impositum est. id simulatque præstitum est, circumfusa multitudo regē veneratur, cumque proprio nomine consalutat, quæ consalutatio ad illud refertur, quod multitudo hodierno die vno ore conclamat: Viuat N. Rex noster.*

i *Non est nouum, vt magnis viris, ac præcipuè regibus nomina indantur vrbium.*

k *Recens ad principatum, vt planè extinguat desiderium superioris principis, quo plerunque homines, etsi malus fuit, afficiuntur, aliquid ex tributis diminuat; nihilque eorum prætermittat, ex quibus nouum imperium mitius sperari possit.*

l *Multa prosperra minimè delent dolorem hausum ex vna aliqua re, in qua grauiter offendimur: nempe, acrius afficimur dolore, quàm lætitia, aut voluptate.*

legi-

legionũ ipse, aut per filiũ in Armeniã ducere, vtrũque neglexerat. Cyrri demũ apud hyberna decumæ legionis conuenere, [a] firmato vultu Piso aduersus metũ, Germanicus ne minari crederetur: & erat, vt retuli, clementior. Sed amici [b] accendendis offensionibus callidi, intenderevera, adgerere falsa, ipsumque & Plancinam, & filios variis modis criminari: postremò paucis familiarium adhibitis, sermo cœptus à Cæsare, [c] qualem ira & dissimulatio gignit. Responsum à Pisone [d] precibus contumacibus. discesserantque apertis odiis: postque rarus in tribunali Cæsaris Piso; & si quando adsideret, atrox, ac dissentire manifestus. vox quoque eius audita est in conuiuio, cùm apud regem Nabataeorum coronæ aureæ magno pondere Cæsari, & Agrippinæ, leues Pisoni, & cæteris offerrẽtur, [e] principis [f] Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari: abiecitque simul coronam, & multa in [g] luxum addidit. Quæ Germanico, quanquam acerba, [h] tolerabantur tamen. Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venere. Miserat, amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere [i] renouari dextras: [k] daturum honori Germanici, vt ripam Euphratis accederet: petere interim ne Vonones in Syria haberetur, neu proceres gentium propinquis nuntiis ad discordias traheret. Ad ea Germanicus, de

OBSERVATIONES.

a *Qui quid animi super aliqua re habeat intelligi non vult, vultu aduersus omnes affectus firmato adeò esse debet, vt perrumpi nullo pacto possit.*

b *Hæc est natura aulicorum, vt, si quem oderunt, in hunc accendendis offensionibus sint valde callidi; intendant verapiec his contenti, aggerant falsa, eumq; variis modis apud principem criminẽtur.*

c *Vix fieri potest, vt sermo quamtumuis dissimulatus, vel intimos penitus animi sensus non indicet.*

d *Non semper qui preces adhibet fidem facit animi mansueti, ac demissi. Siquidem & inter has deprehendi contumacia potest. preces certè Pisonis ab decoro, contumacia ab animo indomito proficiscebatur. hinc obseruandum est, non satis esse quomodocunque precari, sed ita, scilicet precandum esse, vt non tam verbis, quàm mente illis preces commendentur.*

e *Nullum maius ornamentum eorum, quæ agenda suscipimus, reperiri potest, quàm nusquam aberrare à decoro. nempe, huc pertinet reprehensio Pisonis, vt dicat, coronas vnis regibus, ac præter eos nemini, nisi inptè, offerri.*

f *Supra admonui principis nomen indicare speciem quandam libertatis eius reip. quæ hoc nomine constituta est. non itaque mirum est, si Piso, ferox homo, vixque Tyberio concedens Germanicum dicit longè inferiorem esse filio regis Parthici; cùm Tiberius non rex, sed princeps (quomodo Romani loquuntur) imperij, reique pub. Romanæ, vt ipse existimat, sit.*

g *Ei rei iniquè infensi sumus, cui non aliam ob causam locum inter vitia assignamus, quàm quòd ea alijs melius est, quàm nobis.*

h *Non cuiusuis, sed vnius prudentis est, in præsentia, quæ in se dicuntur, aut fiunt, tolerare, quanquam acerba.*

i *Qui fœdus semel inter se initum cupiunt esse perpetuum, sæpiùs amicitiam, dextrasque renouare debent.*

k *Ei, quisquis ille est, sine dubio magnum honorem habet magnus, ac potens rex ad quem propius quàm solet, accedit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

societate Romanorum, Parthorumque [a] magnificè: de aduentu regis, & cultu sui cum decore, ac modestia respondit. Vonones Pompeiopolim Ciliciæ maritimam vrbem amotus est. [b] Datum id non modò precibus Artabani, [c] sed contumeliæ Pisonis, cui gratissimus erat, [d] ob plurima officia & dona, quibus Plancinam deuinxerat. M. Sillano, L. Norbano COSS. Germanicus Ægyptum proficiscitur [e] cognoscendæ antiquitatis, [f] sed cura prouinciæ prætendebatur. [g] leuauitque [h] apertis horreis pretia frugum, multaque in vulgus grata vsurpauit, [i] sine milite incedere pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis [k] æmulatione, [l] quem eadem factitauisse apud Siciliam, quamuis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tyberius cultu, habituque eius lenibus verbis perstricto, [i] acerrimè increpuit quòd contra instituta Augusti non [3] sponte principis Alexandriam introisset. Nam [4] Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus, aut equiti-

1. Vt in Liu. lib. 2. ab vrbe cond. præter Plemnii facinus, Locrensisque clades, i pius eram imperatoris Scipionis nó Romanus, sed ne militem quidé cultus iacet. ba tur, cum pallio crepi. lisque in ambularet in gymnasio. libellis etiam, palestræque operam dare, &c. 5. lic lib. 2. hist. Sponte legationi excitari haut um.

4. lic l. 12. Ann. Nam diuus Augustus apud equestres, qui Ægyptu præfecerunt, ge egi decertaque eorum prouinciæ habent inferat, ac si magistratus Romam cõstituerem. & lib. 2. hist. Ægyptos, inquit, claustra annonæ, vectigalia opulentissimarum prouinciarum, &c.

OBSERVATIONES.

a *Obseruent magistratus, legati principum, atque adeò ij omnes quibus aliena negotia cõmissa sunt, vt in iis, quæ ad suum munus pertinent, magnificè, & ex illius dignitate cuius vices gerunt, quæ verò suam ipsorum personam spectant, de his cum decore & modestia loquantur.*

b *Interdũ ei malefacimus, quẽ quidẽ non odimus; sed vt illi, cuius gratia is est subnixus, oculi doleãt.*

c *Non mediocris prudentiæ est, posse alienæ petitioni cum dignitate satisfacere; eademque operæ aut inimicum vlcisci, aut alia ratione rebus suis consulere.*

d *Hoc æstu æstuntur ij, qui adfectant viam ad potentem aliquem, vt vxorem illius officijs, & donis ac interdum, vt infrà suo loco videbimus, adulterio deuinciant, vt marito faciliori, in ijs, quæ moliuntur, vtantur.*

e *Homine ingenuo, & ad res præclaras nato, nihil dignius est, quã studiũ cognoscendæ antiquitatis.*

f *Cùm aliæ sint partes principis, aliæ priuati; non quicquid priuatum decet, id statim principem decet: siquidem huius persona ideo tantum videtur esse nata, vt seruiat publicæ vtilitati. Ea re factum est, vt Germanicus prætenderit curam prouinciæ ad visendam Aegyptum, non studium antiquitatis cognoscendæ: ne reip. hanc cupiditatem præuertisse diceretur.*

g *Quã iter facit princeps æquum est sentiri leuamen, non onus.*

h *Princeps nihil neque laudabilius, neque gratius in vulgus vsurpare potest, quàm si apertis horreis leuet pretia frugum, & caritati annonæ obuiam eat. qui hac in parte populo satisfacit, illius haud dubiè benevolentiam sibi conciliat, cùm ei ex rep. vna sit annonæ cura, vt est 4. histor.*

i *Difficile dictu est, quàm grata sint in vulgus ea, quæ princeps de fastigio illo dignitatis aliquando detrahit; cuiusmodi est, si sine milite incedit; vtiturque vulgari amictu illius prouinciæ, in qua est; & quæ sunt de eodem genere.*

k *Princeps maximum, & præclarissimum quemque virum, non solùm in rebus arduis sed & in iis, quæ minimi momenti videri possunt, æmulari debet.*

l *Si in ditione principis aliqua est prouincia, aut vrbs tantæ dignitatis, aut momenti, vt, si vel leui præsidio tenetur, eam, quod imperij caput est, prouinciam, vrbemue fame vrgere, eiue alia ratione maximè damna importare possit, omnino edicat princeps, ne quis vir illustris, & magnus eam prouinciam aut vrbem, nisi permissu suo, ingrediatur; sibique eam seponat. certè Augustus non alios, quàm equites Romanos Aegypto præesse voluit. sic Tacit. lib. 1. hist. Aegyptum, inquit, copiasque quibus coerceretur, iam inde à diuo Augusto equites Romani obtinent loco regum. Ita visum expedire, prouinciam aditu difficilem, annonæ fœcundam superstitione, ac lasciuia discordem & mobilem, insciam legum, ignaram magistratuum domi retinere.*

bus

bus Romanis inlustribus, sepositit Ægyptum: [a] ne fame vrgeret Italiam quisquis eam prouinciam, claustraque terræ ac maris, quamuis leui præsidio aduersum ingentes exercitus insedisset. Sed Germanicus nondum comperto profectionẽ eam incusari, Nilo subuehebatur, orsus oppido à Canopo. Condidere id Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempestate Menelaus Græciam repetens diuersum ad mare, terramque Libyam delatus. Inde proximum amnis os dicatũ Herculi, quem indigenæ ortum apud se, & antiquissimum perhibent, eosque qui postea pari virtute fuerint, [b] in cognomentum eius adscitos. Mox visit veterum Thebarum magna vestigia. & manebant structis molibus literæ Ægyptię priorem opulentiam complexæ: iussusque è senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat habitasse quondam [illegible] millia ætate militari: atque eo cum exercitu regem Rhamsen Lybia, Æthiopia, Medisque & Persis, & Bactriano, ac Scythia potitum, quasque terras Suri, Armenijque, & contigui Cappadoces colunt: inde Bithynum, hinc Lycum ad mare imperio tenuisse. [c] Legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum, equorumque, & dona templis ebur, atque odores, quasque copias frumenti & omnium vtensilium quęque natio penderet, haud minus magnifica, quàm nunc vi Parthorum, aut potentia Romana iubentur. Cæterùm Germanicus aliis quoque [d] miraculis intendit animum, quorum præcipua fuere Memnonis saxea effigies, vbi radiis Solis icta est, vocalem sonum reddens, dissectasque inter & vix peruias arenas, instar mõtium eductę pyramides certamine & opibus regum; lacusque effossa humo superfluentis Nili receptacula; atque alibi angustiæ, & profunda altitudo, nullis inquirentium spatiis penetrabiles. Exin ventum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperij, quod nunc rubrum ad mare patescit. Dum ea æstas Germanico plures per prouincias transigi-

1. Vide Xenophontis lib. de æquinoctio.

OBSERVATIONES.

a *Tanti est Aegyptus, vt, quisquis eam prouinciam vel leui præsidio tenet, is claustra maris Tyrrheni ac terræ in sua potestate habeat; eaque possit tutari aduersus ingentes exercitus.*

b *Qui præclari alicuius viri eximiam virtutem æmulantur, in illius cognomentum, sponte & consensu vulgi plerunque adscisciuntur. sic Scipiones, ac Cæsares vulgo appellamus eos, quorum hæc propria laus est, vt belli gloria, & rerum gestarum magnitudine cæteris præstent.*

c *Apud potentissimos reges, quique conterminis nationibus imperitabant, in more positum fuit, vt structis molibus literas insculpendas curarẽt, quibus legi, cognosciique possent indicta gentibus tributa, pondus argenti, & auri, numerus armorum, equorumque; quasque copias frumenti, & omnium vtensilium quæque natio penderet. hæc certè singillatim princeps debet scire, vt, cui oneri sit par, cui impar, quid suscipiendum, quid cauendum sibi sit, post hanc rerum suarum diligenter subductam rationem prudenter constituere possit.*

d *Miracula dicuntur ea, quæ cùm fiant præter communem naturæ ordinem, spectantes in sui admirationem rapiunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, haud leue decus Drusus quæsiuit [a] inliciens Germanos ad discordias; [b] vtque fracto iam Maroboduo [b] vsque in exitium insisteretur. Erat inter Gothones nobilis iuuenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui, & tũc [c] dubiis rebus vltionem ausus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur, [d] corruptisque primoribus ad societatem, inrumpit regiam, castellumque iuxta situm; veteres illic Sueuorum prædæ, & nostris e prouinciis lixæ, ac negotiatores reperti, [e] quos ius commercij, dein cupido augendi pecuniam, postremum obliuio patriæ suis quẽque ab sedibus hostilem in agrum transtulit. Maroboduo vndique deserto, non aliud subsidium, quàm [f] misericordia Cæsaris fuit. transgressus Danubium, quà Noricam prouinciam præfluit, scripsit Tyberio, [g] non vt profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunæ: nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocãtibus Romanum amicitiam prætulisse. [h] responsum à Cæsare, tutam ei honoratamque sedem in Italia fore, si maneret: sin rebus suis aliud conduceret, [i] abiturum fide qua venisset. cæterùm apud senatum differuit, non Philippum Atheniensibus, non Pyrrhum, aut Antiochum populo Rom. perinde metuendos fuisse. Extat oratio qua magnitudinem viri, violentiam subiectarum ei gentium, & quàm propinquus Italiæ hostis, [k] suaque in destruendo eo consilia extulit. Et Maroboduus quidem Rauennæ habitus, ne, si quando insolescerent Sueui, [l] quasi rediturus in regnum [2] ostentabatur. sed non

a. Hic multa de arte fingendi auctor.

2. Sic in vita Agric. Agricola expulsum seditione domestica vnum ex regibus genti excepit, ac specie amicitiæ in occasionem retinebat.

OBSERVATIONES.

a *Hostium haud dubiè potietur is, qui eos potest illicere ad discordias.*

b *Fracto iam hoste, vsque in illius exitium insistendum est.*

c *Nullum vltioni tempus aptius est, quàm cùm eius, quem vlcisci volumus, res dubiæ sunt. tunc certè, qualicunque accedente manu ad eas copias, quibus vrgetur, infringi nullo negotio, potest.*

d *Qui magnum, & memorabile facinus aggreditur, imprimis debet dare operam vt primores, hoc est, eos quorum auctoritatem cæteri sequuntur, ad societatem corrumpat.*

e *Non solùm colonijs deducendis publicè mutantur sedes; sed priuatim etiam commerciis, & cupidine augendi pecuniam. quidam enim sunt qui vbi bene est, ibi patriam esse ducunt, sedesque figunt.*

f *Qui se ab omnibus desertum videt, quid agat aliud, nisi vt ad eius, qui ei opem ferre potest, misericordiam confugiat?*

g *Rarò accidit vt reges, etsi ab omnibus deserti sunt, supplices alicui adsint. siquidem memores prioris fortunæ, potius quam præsentis status, retinent spiritus illos regios.*

h *Magni principis est, clarissimos viros, ac potissimùm reges, ac principes, tristissimo ipsorum tempore, omni humanitatis, & benevolentiæ genere complecti.*

i *Sciant reges, nihil esse præclarius, quàm fidem alicui datam, quisquis ille est, intemeratam seruare.*

k *Licet interdum principi, cùm res, & occasio postulat, res à se gestas publicè extollere, potissimùm si non vanitate, sed fide incorrupta subnixus est.*

l *Magnum regem, ac principem nihil magis decet, quàm comitas, atque adeò hospitalitas erga alios aut reges, aut principes, siqui fortè profugi ipsius fidei se credere haudquaquam sunt veriti. cæterùm in ea tempora incidere potest, quibus haud eum sui officij pœnitebit, cùm in vna regis, aut principis, licet profugi persona tantum sit positum, vt eius opera ad maximas res gerendas vtilis esse possit.*

excef-

excessit Italia per duodeuiginti annos, consenuitque multùm imminuta claritate, [3] ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. pulsus haud multò post Hermundurorum opibus, & Vibilio duce, receptusque, forum Iulium Narbonensis Galliæ coloniam mittitur. Barbari vtrumque [1] comitati, [b] ne quietas prouincias immissi turbarent, Danubium vltra inter flumina Marum & Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum. Simul nuntiato regem Artaxiam Armeniis à Germanico datum, [c] decreuere patres, vt Germanicus atque Drusus ouantes vrbem introirent. structi & arcus circum latera templi Martis Vltoris cum effigie Cæsarum; lætiore Tyberio, quia [d] pacem sapientia firmauerat, quàm si bellum per acies confecisset. Igitur Rhescuporim quoque Thraciæ regem [e] astu adgreditur. omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. quo defuncto Augustus partẽ Thracum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. In ea diuisione arua, & vrbes, & vicina Græcis, Cotyi: [f] quod inultum, ferox, adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit: ipsorũq; regum ingenia, illi mite, & amœnum, huic atrox, auidum, & societatis impatiens erat. sed primò [g] subdola concordia egere, mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data, & resistenti vim facere, cunctanter sub Augusto, quem autorem vtriusque regni, si sperneretur, [h] vindicem metuebat. enimuero audita [2] mutatione principis, [i] immittere latronum globos, [k] excindere castella, causas bello. [l] Nihil æque Tyberium anxium habebat, quàm ne composita turbarentur. [3] deligit [m] centurionem, qui nuntiaret regi-

1. in bello.

2. sic supra, nulla noua causa nisi quod mutato principe licentiam turbarum, & ex ciuili bello, &c. 1. sic l. 11. Ann. Casparius Centurio in eam legationem delectus.

OBSERVATIONES.

3 *Non desunt qui ob nimiam viuendi cupidinem, claritatem magnitudine verum gestarum prius partam, imminuunt. id cùm in omnibus, tum verò in regibus fœdum est, cùm prius vitam amittere debeant, quàm senescere otio, ac proinde decori, & ornamentis iam partis caliginem obducere.*

b *A quibus turbida & seditiosis metuitur, ne quietæ prouinciæ turbentur, hi in iis locis collocandi, atque eò amouendi sunt, vbi nihil etiam turbarum dare possint.*

c *Honore is dignus est, qui etsi non per acies bellum confecit, tamen ne bellum esset, sua sapientia præstitit.*

d *Non minor est laus, pacem sapientia firmare, quàm bellum per acies conficere.*

e *Quò vi non possumus, eò astu contendendum est.*

f *Prudentia principis in eo potissimùm perspicitur, si singulis pro cuiusque ingenio satisfacit.*

g *Subdola concordia maximarum discordiarum semina tantùm alit.*

h *Cuius rei autor sum, eam sine dubio, quoad eius fieri poterit, nunquam infringi patiar.*

i *Qui vltro in meas prouincias immittit armatorum globos specie latronum, excindit castella, aliaque vsurpat hostilia, satis ostendit se causas belli quærere.*

k *Non prius bellum ostendi, quàm geri debet.*

l *Nihil æquè nouum principem anxium habet, quàm ne ea, quæ ab se maximis laboribus, ac pari felicitate sunt composita, turbentur; ac ne qui noui tumultus oriantur.*

m *Aliud est denunciatio, aliud legatio; hæc viris amplissimis; illa cuiusmodi ministro, cuius modò fides principi sit perspecta, committitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, a ne armis disceptarent. statimque à Cotye dimissa sunt quæ parauerat, auxilia. Rhescuporis b ficta modestia postulat c eundem in locum coiretur; posse de controuersiis colloquio transigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein conditionibus: cùm alter d facilitate, alter fraude cuncta inter se concederent, acciperentque. Rhescuporis sanciendo (vt dictitabat) fœderi e conuiuium adiicit. tractaque in multam noctem lætitia per epulas ac vinolentiam, incautum Cotyn, & postquam dolum intellexerat, sacra regni, eiusdem familiæ deos, & f hospitalis mensas obtestantem, g catenis onerat. Thraciaque omni potitus scripsit ad Tyberium, structas sibi insidias, h præuentum insidiatorem: simul bellum aduersus Bastarnas, Scythasque i prætendens, nouis peditum, & equitum copiis sese firmabat. k Molliter rescriptum, l si fraus abesset, posse eum innocentiæ fidere. cæterùm neque se, neque senatum nisi m cognita causa, ius & iniuriam discreturos. proinde tradito Cotye veniret;

1 sic ll. 11. Ann. Sed abnuit. Vis inuidiâ prætendent, si tacea mentæ, diique hospitales cæde qualibet quæ principis cruenta narratur. certè sacra res est mensa hospitalis, vt ait Sen. de benefic. lib. 4. cap. 18.

OBSERVATIONES.

a *Ad principis maiestatem, & imperij securitatem maximè pertinet, summa ope niti, vt inter duos, pluresue contendentes, quorũ singuli ipsius imperio aut parent, aut certè ad ipsum cuncta venerantiũ officia deferunt, pax firmetur potius, quàm ipsius copijs alteruter iuuetur. Certè princeps nihil neque ineptius, nec reip. magis exitiosum committere potest, quàm cùm eiusmodi æmulationes, contentiones, vixæ inter eos, qui suæ ditionis sunt, oriuntur, odia intenduntur, res ad arma spectat, ipse suis studijs, mox autoritate, postremò opibus, & copijs alterutrius insaniam iuuat. nimirum, hac ratione è principe sensim fit priuatus qui aduersus eos arma capit, quos sola autoritate coercere & potest, & debet. cæterum, satis constat, quantum spirituum, ac ferociæ homines tractandis armis sumunt, tantumdem de principis dignitate & autoritate detrahi. Itaque sciat princeps hanc decertationem nonnisi sibi, & sui fastigij hominibus conuenire; hoc est, illis tantùm, qui nullius potentioris iussa suspiciunt, sed sui iuris per omnia sunt. cæteros principis maiestas, magistratuum autoritas, metus legum in officio continere debet.*

b *Nulla re æquè fallũtur homines, ac fictis alicuius virtutibus, hoc est, specie, & simulachro virtutis.*

c *Tutissima ratio adipiscendi ea, quæ volumus, hæc est, vt in potestate habeamus eum, per quem stetit, quominus illorum potiamur.*

d *Non est nouum, vt facilitas, & animus apertus à fraude vincatur.*

e *Apud pleraſque gentes fœderibus sanciendis conuiuia adiiciuntur.*

f *Diligenter obseruent ij, qui cum principibus maximas inimicitias gesserunt, vt, siue ipsi principes, aut infra principale fastigium sunt, ne vnquam se in casum dent, suamque personam potentiorum fidei committant, ijs in locis, in quibus ab ipsis facilè circumueniri, & opprimi possunt.*

g *Nihil est neque præclarius, neque tutius, quàm eum, à quo structæ sunt insidiæ, præuenire.*

h *Qui magni momenti negotia administrat, si nunquam quo quisque consilio agat, vulgabit, hoc assequetur, vt, absque vlla leuitatis nota priorem sententiam mutare, si velit, possit: ac præterea vix impediri queat, quominus destinata perficiat. Siquidem quò spectet, præter vnum se, scit nemo.*

i *Nunquam dicta atrocia præuerti debent factis; ne illa sint nobis impedimento, quominus ad hæc perueniamus.*

k *A quo fraus abest, huic in innocentia æquum est tantum esse præsidij quantum satis est.*

l *Neque princeps, neque senatus, neque quisquam index; nisi cognita causa, ius & iustitiam discernere debet.*

m *Iudicare est, ius, & iniuriam discernere.*

a transferretque inuidiam criminis. Eas literas Latinius Pandus proprætor Mœsiæ cum militibus, quis Cotys traderetur, in Thraciam misit. Rhescuporis inter metum & iram cunctatus, b maluit patrati, quàm incœpti facinoris reus esse: occidi Cotyn iubet, c mortemque sponte sumptam ementitur. d Nec e tamen Cæsar placitas semel artes mutauit; sed defuncto Pando, quem sibi infensum Rhescuporis arguebat, Pomponium Flaccum veterem stipendiis, & arcta cum rege amicitia, f eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maximè Mœsiæ præfecit. Flaccus in Thraciam transgressus, per ingentia promissa, quamuis g ambiguum & scelera sua reputantem perpulit, vt præsidia Romana intraret. Circundata hinc regi h specie honoris valida manus, tribunique, & centuriones, monendo, suadendo, & quantò longiùs abscedebat, apertiore custodia, postremò gnarum necessitatis in vrbem traxere. Accusatus in senatu ab i vxore Cotyis damnatur, vt k procul regno teneretur. Thracia in Rhemetalcen filium, quem paternis consiliis l aduersatum constabat, inque liberos Cotyis diuiditur: iisque nondum adultis Trebellie-

1 Sic lib. 6. de Tiberio loquens destinata retinent, consilijs, & absentia coercent, nouasque res haud procul habent.

OBSERVATIONES.

a *Qui tanquam si sit alicuius atrocis criminis reus omnium sermonibus petitus, ab eo, à quo falsò accusabatur, id, quicquid est, flagitij ortum, profectumq; esse probat, hic ab se in illum criminis inuidiam transferre dicitur.*

b *Hæc est natura flagitiosorum hominum, vt malint patrati, quàm incœpti facinoris esse rei; hoc est, quando in ius ob incœptum aliquod flagitium trahi debent, non modò non eos sceleris pœniteat, sed suis veluti numeris indignum facinus absoluant, vt, non parum meriti, sed fœdissimo quoque supplicio digni censeantur.*

c *Quem principes clam in vinculis occidi iubent, huius mortem sponte sumptam ementiri solent. ita lib. 6. de Agrippina loquens; & postquam nihil de sæuitia remittebatur, voluntate extinctam: nisi si negatis alimentis, adsimulatus esset finem qui videretur sponte sumptus.*

d *Plura arte, quàm vi patrari satis constat. hanc ob causam, etsi quid accidit, in quo princeps meritò commoueri, atque adeo, omni abiecta simulatione, & cunctatione, vim ab ipso adhiberi oportere rei atrocitas, & ira suadent; tutiori tamen via ad id, quod vult, perueniet, si non præceps ad ea, ad quæ indignatione impellitur, ruet; sed se sustinebit, arteſque ante prius fœliciter expertas nunquam mutabit.*

e *Ad fallendum maximè accommodati sunt ij, quorum de fide, & benevolentia ij qui fraude petuntur, dubitare non possunt.*

f *Animus sibi malè conscius semper se fallacijs peti putat; quippe qui secum scelera sua reputat.*

g *Hoc est illud ludibrium, quo plerunque constrictantur magni viri, atque adeo principes, ac reges, si quando in custodiam tradendi sunt, vt valida armatorum manu, specie honoris, circumdentur; deinde gnari necessitatis huc illuc, arbitratu potentioris, trahantur. cæterùm non lictorum modò opera, aut milite gregario vtuntur principes ad homines in vincula coniiciendos; sed & maximis, fortissimisque viris, si ij, quos in potestate habere student, magni sunt, ac potentes.*

h *Vxor admittitur ad accusandos & insectandos interfectores mariti.*

i *Quo grauissimo supplicio reges affici possunt, ob ipsa etiam atrocissima scelera, est, vt procul regno, quo multantur, teneantur.*

k *Actiones ex delicto, vt asserunt Iurisconsulti, non dantur in hæredes. ideo pœna patri debita non transit ad filios, si scelere paterno non modò non inquinatos, verùm etiam aduersatos esse constat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus Rufus prætura functus [a] datur,qui regnum interim tractaret, [b] exẽplo quo maiores M. Lepidum Ptolemei liberis tutorem in Ægyptum miserant.Rhescuporis Alexandriam deuectus,atque illic fugam tentans, [c] an ficto crimine interficitur. Per idem tempus Vonones, quem amotum in Ciliciam memoraui,corruptis custodibus,effugere ad Armenios, inde in Albanos Heniochosque & consanguineum sibi regem Scytharum conatus est, specie venandi. Omissis maritimis locis, auia saltuum petit;mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit,cuius pontes accolæ ruperant,audita regis fuga,neque vado penetrari poterat. Igitur in ripa fluminis à Vibio Frontone præfecto equitum vincitur:mox Remmius euocatus priori custodiæ regis adpositus, quasi per iram gladio eũ transigit. [d] Vnde maior fides, conscientia sceleris,& metu indicij mortem Vononi inlatam. At Germanicus Ægypto remeans, cuncta quæ apud legiones, aut vrbes iusserat, abolita, [e] vel in contrarium versa cognoscit. [f] Hinc graues in Pisonem contumeliæ; nec minùs acerba quæ ab illo in Cæsarem tentabantur.Dein Piso abire Suria statuit.mox aduersa Germanici valetudine detentus,vbi recreatum accepit, [g] votaque pro incolumitate soluebantur,admotas hostias, sacrificalem apparatum, festam Antiochẽsium plebem, [h] per lictores [i] proturbat.Tum Seleuciam degreditur opperiens ægritudinem, quæ rursum Germanico acciderat. sæuam vim morbi augebat [k] persuasio veneni à Pisone accepti. & repe-

OBSERVATIONES.

a *Regi nondum adulto dari debet tutor Vir amplissimus, qui regnum, donec is adoleuerit, tractet.*

b *Quæ fiunt exemplo,ea legitimè fieri existimãtur.ceterùm diutius durant exempla,quàm mores,* vt ait Tacit. 4. histor.

c *Cùm princeps(aut ob scelera, aut quia in rem suã ita conducit) magni aliquem nominis, cuius in persona grande momentum est, quem in custodia habet, tollere studet, prudenter faciet, si non ob crimen, cuius is insimulatur, sed propter fugam à captiuo tentatam,illum fortè à militibus custodiæ adpositis,aut aliquo alio casu,quippe morbo extinctum esse vulgabit.*

d *Qui metuit,ne per conscium sceleris palam fiant eius incœpta, hunc,quæsita aliqua probabili specie,auertit.*

e *Paria sunt,iussa abolere,& ea in contrarium vertere;hoc est,verba legis retinere quidem,sed sententiam eius peruertere.*

f *Grauissimam offensionis,& indignationis causam habet princeps,atque amplissimus quisque homo aduersus eum,à quo sua iussa atque instituta abolita, vel in contrarium versa esse cognoscit.*

g *Nunquam committendum est,quò minùs vota publicè, vt aliquid consequeremur suscepta,id simulatque adepti sumus soluantur. quippe nulla re tam offenditur Deus, quàm ingrati animi vitio.*

h *O nequam homines,qui magistratu,& insignijs magistratus abuuntur ad priuata studia, atque ad malas libidines.*

i *Qui aliquem odit,huic haud dubiè stomachum faciunt quæcunque in illius honorem fieri videt.*

k *Sæuam per se vim morbi haud dubiè auget persuasio ægroti.*

rieba-

riebantur solo,ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina,& deuotiones,& nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres,ac tabe obliti,aliaque [a] maleficia, quis creditur animas numinibus infernis sacrari;simul missi à Pisone incusabantur, vt valetudinis aduersa [b] rimantes. Ea Germanico haud minùs ira, quàm per metum accepta, [c] si limen obsideretur,si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret, [d] quid deinde miserrimæ coniugi,quid infantibus liberis euenturum? [e] lenta videri veneficia:festinare & vrgere vt prouinciam, vt legiones solus habeat:sed non vsque eò defectum Germanicum, [f] neque præmia cædis apud interfectorem mansura.componit epistolas quis [g] amicitiam ei renuntiabat. Addunt plerique iussum prouincia decedere.nec Piso moratus vltra,nauis soluit,moderaturque cursui, qui propiùs regrederetur, si mors Germanici Suriam aperuisset. Cæsar paulisper ad spem erectus,dein fesso corpore,vbi finis aderat,adsistentes amicos in hunc modum adloquitur.Si [i] fato concederem,iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset, [k] quòd me parentibus, liberis, patriæ intra iuuentam [a] præmaturo exitu raperent.nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus [i] vltimas preces pectoribus vestris relinquo;referatis patri ac fratri, [k] quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumuentus mi-

i.non fraude inimicorum.

i.quam supra vocauit mortẽ fato properam.

OBSERVATIONES.

a *Maleficia ea propriè dicuntur incantamenta,quæ traduntur falsis,ac superstitiosis disciplinis;* Versanturque *in eruendis humanorum corporum reliquiis,carminibus,& deuotionibus,sculptura nominis illius,qui huiusmodi artibus petitur,semiustis cineribus, ac tabe oblitis. his porrò maleficijs vulgus superstitiosorum credit,animas eorum qui viuunt infernis numinibus sacrari,hoc est,morti destinari.*

b *Cùm de principis,aut magni alicuius viri morbo agitur,is suspitione non caret,qui valetudinis aduersa rimatur.*

c *Vel ipsam mortem,quamuis fraude inimici nobis obtigerit,fortè æquo animo ferre possumus; sed sub eius oculis effundere spiritum,hoc demum illud est,quod quia grauissimum est, nulla æquitas animi ferre potest.*

d *Non mirum est,viduas & pupillos proteri,cùm maximi viri,ac ferocissimarum gentium victores ijs etiam casibus conflictentur, qui maximi sunt,& grauissimi.*

e *Qui scelus admittit,huic nihil satis festinari potest.quippe ea etiam, quibus vtitur ad perpetrandũ facinus,videntur esse lenta.*

f *Quid iniquius,minusque ferendum dici potest,quàm præmia fraudulentissimæ cædis apud interfectorem manere?*

g *Qui atrocissimo scelere amicitiæ iura prior violauit, hic non modò in amicorum numero postea non habendus est, quinimo ad quem ea res pertinet, ei amicitiam per epistolam renunciare debet.*

h *De natura meritò conqueri videntur posse, qui parentibus, liberis, patriæ,intra iuuentam,præmaturo exitu,rapiuntur.*

i *Principum, & præclarissimorum hominum quibus iam iam morituris adsistitur, vltimas preces amicorum pectoribus hærere æquissimum est.*

k *Illi perinique fato nati videntur, qui dum viuunt, multis acerbitatibus dilacerantur, insidijs inimicorum circumueniuntur; ac denique miserrimam vitam pessima morte finiunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſerrimam vitam peſſima morte finierim. Si quos [a] ſpes meæ, ſi quos propinquus ſanguis, etiam quos [b] inuidia erga viuentem mouebat, inlacrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum ſuperſtitem, [c] muliebri fraude cecidiſſe. Erit vobis locus [d] querendi apud ſenatum, inuocandi leges. [e] Non hoc præcipuum amicorum munus eſt, proſequi defunctum ignauo queſtu, ſed quę voluerit, meminiſſe, quæ mandauerit, exequi. [f] flebunt Germanicum etiam ignoti. vindicabitis vos, [g] ſi me potiùs, quàm fortunam meam fouebatis. [h] Oſtendite populo Rom. diui Auguſti neptem, eandemque [i] coniugem meã: numerate ſex [k] liberos. [l] Miſericordia cũ accuſantibus erit: fingentibusq; [k] ſceleſta mandata, aut [l] nõ credent homines, aut non ignoſcent. Iurauere amici, [m] dextram morientis contingentes, ſpiritum ante, quàm vltionem amiſſuros. Tum ad vxorem verſus, per [n] memoriam ſui, per communes liberos orauit, [o] exueret ferociam, ſæuienti fortunæ ſummitteret animum, neu regreſſa in vrbem

i. quæ mox futura eſt vidua.
2. parentes orbatos, & pupillos

OBSERVATIONES.

a *Maximis, ac principibus viris hæc plerunque perniciem adferunt, ſpes aliorum; id eſt, ſucceſſio, illorum omnium, qui ipſis proximi deſtinantur, & qui eorũ bonis imminent; ac proinde propinquus ſanguis; nempe illi, qui ipſis genere ſunt proximi, quique ferre non poſſunt, à quoquam ſe anteiri: poſtremò inuidia, qua macerantur ij, qui, quòd aliis bene eſt, dolent.*

b *Quæ eſt inuidia erga florentem, ea eſt miſericordia erga miſerabilem.*

c *Viro forti ac præclaro, qui nullis bellis, nullis aduerſis caſibus frangi potuit, hoc videtur eſſe ultimum, & atrociſſimum genus calamitatis, muliebri tandem fraude cadere.*

d *Queri apud ſenatum, & inuocare leges, eorum eſt, quibus inſignitè iniuria facta eſt.*

e *Non hoc præcipuè ab amicis expectatur, vt defunctum ignauo queſtu, infirmo deſiderio, mulierum, puerorum, aut præficarum more proſequantur: ſed vt, quod ille imprimis vt faceret, mandauit, eius meminerint, & id penitus animo figant, & exequantur.*

f *Eximia virtus in principe tanti certè eſt, vt eam ignotæ, & longinquæ nationes ſuſpiciant, admirentur, ament.*

g *Hoc intereſt, inter adulatorem, & amicum, quòd ille non perſonam, ſed fortunam, ſpectat: hic nõ fortunam ſpectatur, ſed vnam perſonam fouet.*

h *Vidua & liberi pupilli relicti à patre homine præclariſſimo, quem non hoſtis, ſed fraus extinxit, eccuinis animum non flectant ad miſericordiam?*

i *Perraro accuſator ad miſericordiam flectit animos iudicum; quippe rei calamitate potiùs commoueri ſolent. Accidat tamen interdum, vt propter crimnis atrocitatem accuſatio vſque eò ſit fauorabilis, & pia, vt legum interpretatatio non ad abſoluendum, ſed ad ſeuerius puniendum reum conferri debeat. hoc eſt illud, quod Tacitus ait; miſericordia cum accuſantibus erit; cùm alias inuidia laborent accuſatores. quod genus hominum publico exitio repertum eſſe, alibi Tacit. ait.*

k *Nonniſi ſceleſtum mandatum dici poteſt illud, quo quis à patre iubetur filium necare.*

l *Sceleſto homini ſceleſta mandata fingenti neque credendum, neque, ſi fortè mandata vera ſunt, ignoſcendum eſt. Sceleſta autem mandata intelligi vult Germanicus, Tiberij patris, quibus ipſius cædes Piſoni imperaretur.*

m *Dextram morientis contingere, eſt ſpecies quædam affirmationis, ſeu iuriſiurandi, quo ſpondemus nos ſpiritum putius amiſſuros, quàm non id præſtaturos quod morienti amico recipimus.*

n *Maritus moriens per nihil aliud ſanctius vxorem obteſtari poteſt, quàm per communes liberos, & memoriam ſui.*

o *Stultum eſt, tempore alieno eſſe ferocem; ſed vnius ſapientis eſt, exuere ferociam ſæuienti fortunæ ſummittere animum; neque æmulatione potentiæ validiores irritare.*

æmula-

æmulatione potentiæ, validiores inritaret. Hæc palàm, & alia ſecretò, per quæ oſtendere credebatur metum ex Tyberio. Neque multò pòſt extinguitur [a] ingenti luctu prouinciæ, & circumiacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regeſque: [b] tanta illi comitas in ſocios, [c] manſuetudo in hoſtes: viſuque & auditu iuxta venerabilis, cum magnitudinem & grauitatem ſummæ fortunæ retineret, [d] inuidiam & adrogantiam effugerat. Funus ſine imaginibus & pompa, [e] per laudes, & memoriam virtutum eius celebre fuit. Et erãt qui formam, ætatem, genus mortis ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis [f] adæquarent. Nam vtrumque corpore decoro, genere inſigni, haud multùm triginta annos egreſſum, ſuorum [g] inſidiis externas inter gentes occidiſſe: ſed hunc [h] mitem erga amicos, [i] modicum voluptatum, vno matrimonio, [k] certis liberis egiſſe: neque minùs prælatorem, etiam ſi [l] temeritas abfuerit, præpedituſque ſit perculſas tot victoriis Germanias ſeruitio premere. quòd ſi ſolus arbiter rerum, ſi iure & [m] nomine regio fuiſſet, tantò promptiùs adſecuturum gloriam militiæ,

OBSERVATIONES.

a *Viri præclariſſimi nunquam extinguntur ſine ingenti luctu eorum omnium, quibus ipſorum virtus cognita eſt, & perſpecta.*

b *Hæ ſunt virtutes, & laudes propriæ maximi, & præclariſſimi principis, vt comis ſit in ſocios, manſuetus in hoſtes, viſu & auditu iuxta venerabilis, & qui cùm magnitudinem, & grauitatem ſummæ fortunæ retineat, nihilominus tamen inuidiam, & arrogantiam effugiat.*

c *Comitas eſt propriè in ſocios; manſuetudo in hoſtes.*

d *In ſumma fortuna conſtitutum vitare inuidiam, eſt fortunæ; adrogantiam virtutis.*

e *Quæ cuique tribuitur laus non conſiſtit in cæremoniis, & externo cultu, pompa, & imaginibus, ſed commemoratione, & commendatione veræ virtutis. Itaque quod ad hanc rem attinet, dici poteſt, multò honeſtiùs duci funus per veras laudes & memoriam virtutis, quàm imaginibus, & pompa.*

f *Similes maximorum hominum caſus, exitus, animi, & corporis dotes atque haud diſſimilia fortuita conferri rectè poſſunt.*

g *Hoc eſt argumentum viri maximi, ſuorum inſidiis occidiſſe.*

h *Principis viri hæ ſunt maximæ laudes, vt ſit corpore decoro, genere inſigni, in iuuenta iam maximas res geſſerit; qui tantus ſit vt virtute nunquam vinci, ſed ſolis inſidiis extingui poſſit; non in patria deſes, ſed externas inter gentes vbi maximas res, aut ingentia bella adminiſtrabat, fortiter occubuerit: quem fama & ſermo hominum verè celebret mitem fuiſſe erga amicos, modicum voluptatum, contentum vno matrimonio, ex quo non vulgo quæſitos, & ſpurios, ſed certos liberos ſuſceperit.*

i *Quò magis abundantia voluptatum principes affluunt, hoc maiori laude digni ſunt, ſi eas modicè, ac temperanter habent.*

k *Certi liberi ij dicuntur qui non ex ea muliere, quæ quæſtum corpore facit, ſed ex legitima vxore nati ſunt.*

l *Temeritas bello meliorem facit neminem. is enim bonus dux belli eſt, qui ſapienter non temerè bellum gerit.*

m *Hoc reges, & principes cæteris magnis viris præſtant, quòd cùm iure, & nomine regio ſoli ſint arbitri rerum, tantò promptius aſſequuntur gloriam militiæ, quàm ij, qui alienis auſpiciis res gerunt. hi enim aut inuidia, aut inſcitia, aut metu illorum, quibus obſequuntur, curſum præclariſſimorum facinorum ſiſtere perſæpe coguntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] quantum clementia, temperatia, cæteris bonis artibus præstitisset. Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturæ destinabatur. Prætuleritne veneficij signa, parum constitit. Nã [b] vt quis misericordia in Germanicum, & [c] præsumpta suspicione, aut fauore in Pisonem pronior, diuersi interpretabantur. [d] Consultatum inde inter legatos, quique alij senatorum aderant, quisnam Suriæ præficeretur. & cæteris modicè nisis, inter Vibium Marsum, & Gn. Sentium diu quæsitum. dein Marsus [e] seniori, & acriùs tendenti Sentio concessit. Isque infamem veneficiis ea in prouincia, & Plancinæ percharam nomine [f] Martinam in vrbem misit, postulantibus Vitellio, ac Veranio, cæterisque qui crimina & accusationem, tanquam aduersus receptos iam reos, instruebant. At Agrippina quanquam defessa luctu, & corpore ægro, [g] omnium tamen quæ vltionem morarentur intolerans, ascendit classem cum cineribus Germanici, & liberis, [h] miserantibus cunctis, quòd fœmina nobilitate princeps, pulcherrimo modò matrimonia inter venerantis gratantisque aspici solita, tunc feralis reliquias sinu ferret, [i] incerta vltionis, anxia sui, & [k] infelici fœcunditate fortunæ toties obnoxia. Pisonem interim apud Coum insulam nuntius adsequitur, excessisse Germanicum. Quo [l] intemperanter accepto, [m] cædit victimas, adit templa, neque ipse gaudium moderans, & magis insolescente Plancina, quæ luctũ

OBSERVATIONES.

a *Difficile dictu est, quantum decoris addat gloriæ militari clementia, temperantia, & cæteræ præclaræ artes, quæ esse in viro principe debent.*

b *Quæ cuiusmodi sunt, parum constat, de iis pro suo quisque ingenio, nempe, misericordia in hunc, fauore erga illum, metu alicuius, odio in alium loquitur,*

c *Præsumpta alicuius rei suspitio magnum veritati solet afferre præiudicium.*

d *Dum princeps, qui longe abest, de obitu præfecti prouinciæ certior fit, ab senatoribus, virisque amplissimis, qui forte ibi sunt, eligi debet aliquis, qui prouinciam administret, donec princeps cuinam eam committat, rescripserit.*

e *Cæteris paribus, seniores iunioribus anteferri æquum est.*

f *Non est nouum fœminas dare operam veneficiis.*

g *Fœminæ natura sunt auidæ vltionis, adque adeo vt, quicquid vltionem morari videtur, id nulla ratione ferre possint.*

h *Maximè miserationem mouet florentissimi status comparatio cum aduersa fortuna, statuque luctuoso, & calamitoso.*

i *Qui eum, à quo insigni iniuria affectus est, vlciscitur, ea vltione videtur aut dolorem solari, aut certè eius acerbitatem minuere; sed esse incertum vltionis, hoc demum illud est, quo acerbissimè conflictatur is, ad quem ea res pertinet.*

k *Infœlix fœcunditas dicitur esse, cùm infantes liberi patre homine præclarissimo orbantur, ac relinquuntur odiis potentissimorum inimicorum, & grauissimis quibusque fortunæ casibus obiiciuntur.*

l *Peruersi admodum ingenii non minima sunt signa, intemperanti gaudio, propter alicuius obitum efferri.*

m *O dijs inuisa sacra, quæ ob scelus egregiè patratum ab impijs fiunt, quasi Deum vocent autorem ac testem nequitiæ.*

amissæ

amissæ sororis, tum primùm [a] læto cultu mutauit. Adfluebant centuriones, monebantque, prompta illi legionum studia, repeteret prouinciam non iure ablatam & vacuam. Igitur quid agendum consultanti M. Piso filius properandum in vrbem censebat: [b] nihil adhuc inexpiabile admissum, neque [c] suspiciones imbecillas, aut inania famæ pertimescenda: discordiam erga Germanicum [d] odio fortasse dignã, non pœna: & [e] adeptione prouinciæ satisfactum inimicis. Quòd si regrederetur, obsistente Sentio, [f] ciuile [g] bellum incipi; nec duraturos in partibus centuriones militesque, apud quos [h] recens Imperatoris sui memoria, & penitus infixus in Cæsares amor præualeret. Contra Domitius Celer ex intima eius amicitia disseruit, [i] vtendum euentu. Pisonem non Sentium Suriæ præpositũ. Huic fasces & ius prętoris, huic legiones datas: Si quid hostile ingruat, quem iustiùs arma oppositurum, [k] qui legati autoritatem, & [l] propria mandata acceperit? [m] Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo senescant. [n] Plerunque innocentes recenti inuidię impares. At si teneat

OBSERVATIONES.

a *Impotentissimi animi magnum argumentum est non modò alienis malis lætari, sed id etiam externo cultu palam facere.*

b *Qui nihil admisit inexpiabile, hoc est, de quo non se cuiuis purgare possit, hic cur fugitet iudicis conspectum causa nulla est.*

c *Si modò falsa sunt quorum insimulamur, neque imbecillæ suspitiones, neque inania famæ sunt pertimescenda. tantum debet vnicuique in innocentia esse præsidii.*

d *Non statim quæ odio, eadem pœna sunt digna.*

e *Interdum in rem nostram est, vt aliquid nobis adimatur. si inimicos, qui in singulas nobis malefaciendi occasiones intenti sunt habemus, vt ipsis hac ademptione satisfiat: siquidem hoc pacto maius aliquod periculum vitatur.*

f *Ciuilis belli totum crimen & inuidia penes eius autorem est.*

g *Ciuile bellum non solùm dicitur illud, quod inter ciues in ipsa ciuitate geritur, verùm & illud, quod vtrinque ab ipsis ciuibus, quocunque tandem in loco sint, suscipitur. sic supra lib. 1. at si auxilia & socij aduersum abscedentis legiones armarentur, ciuile bellum susciperent.*

h *Permultum in centurionibus, & militibus potest recens imperatoris sui memoria, & in eum penitus infixus amor.*

i *In summis nostris periculis, id agere debemus, qui vti possimus euentu, id est, ea, quæ iam nobis acciderunt singula ad nostram vtilitatem conferre, atque adeò in iis, qualiacunque sunt, nobis inuenire præsidium.*

k *Is lacessentibus iustè arma opponit, qui à principe ipso præpositus est prouinciæ, & exercitui, & propria ab illo mandata accepit, hoc est, cui à principe imperium, & iurisdictio data est.*

l *Qui propria mandata à principe accepit, is in negotio sibi commisso nullius, quisquis ille est, arbitrium moratur, sed suis tantum consilijs, si vult, nititur, propriaque autoritate prouinciam sibi mandatam administrat.*

m *Cùm in rebus mortalium fama plurimùm momenti habeat, sapientis est, relinquere tempus rumoribus, quo senescant, atque inualidi sint.*

n *Recens inuidia sæpissimè plus potest, quàm innocentia. ideo non satis laudari prudentia illius potest, qui tempori cedit, & rumoribus, donec & senescant, & vanescant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exercitum, augeat vires, [a] multa quæ [b] prouideri non possint, fortuito in melius casura. An festinamus cum Germanici cineribus adpellere, vt temauditum & indefensum [c] planctus Aggripinę, ac vuulgus imperitum, primo rumore rapiant? Est tibi [d] Augustę conscientia, est Cæsaris fauor, [e] sed in occulto: & periisse Germanicum nulli iactantiùs mœrent, [f] quàm qui maximè lętantur. Haud magna mole Piso [g] promptus [f] ferocibus in sententiam trahitur. missisque ad Tyberium epistolis, [h] incusat Germanicum luxus & superbiæ: seque pulsum vt locus rebus nouis patefieret: curam exercitus eadem fide qua tenuerit, repetiuisse. Simul Domitium impositum triremi vitare litorum oram, prętergue insulas lato mari pergere in Suriam iubet. concurrentes desertores per manipulos componit, armat lixas; traiectisque in continentem nauibus, vexillum tironum in Suriam euntium intercipit. Regulis Cilicum vt se auxiliis iuuarent, scribit, haud ignauo ad ministeria belli iuuene Pisone, [i] quanquam suscipiendum bellum abnuisset. Igitur oram Lyciæ ac Pamphyliæ prælegętes obuiis nauibus, quæ Agrippinam vehebant, vtrinque infensi [k] arma primo expediere: dein [l] mutua formidine, non vltra iurgiũ processum est. Marsusque Vibius nuntiauit Pisoni, Romam ad dicendam

[f] sic lib. 1. Propertius ad asperiora ingenium Drusi erat.

OBSERVATIONES

a *Nunquam est desperandum de fortuna, rebusque nostris, quinimo, ipso calamitosissimo nostro tempore, eorum, quæ nos facere est æquum, prætermittamus nihil; firmemus, inquam, nos, & muniamus ea præsidiis, quæ necessaria sunt. cætera euentui cõmittamus. Siquidem multa, quæ prouideri non possunt, incertum est, an fortuitò in melius, vt plerunque accidere videmus, sint casura.*

b *Quæ prudentia gubernari non possunt, ea fortunæ sunt cõmittenda.*

c *Planctus muliebris, & vulgus imperitum sunt accerrimi aduersarij.*

d *Qui subnixus est secreto fauore principis, causa nulla est, quapropter cæteros aduersarios quamuis potentissimos metuat*

e *Prudens aulicus non semper externis fauorem, aut odium principis coniectare debet, cùm vtrumque non ilico in apertum proferatur, sed sæpissimè recondatur; sed ad occultiora signa peruenire debet, quæ nunquam sunt fallacia, sed pro certissimis haberi possunt.*

f *Non ideo quia lugent, dolet. neque imitamenta doloris & dolor verus, vnum & idem sunt. Certè regibus, & principibus mos est, magnum luctum, ob excessum decessoris præ se ferre, ac iactanter ante omnium ora mœrere, hoc est, magnam ostendere significationem doloris: cum tamen illius morte tam lætentur quàm qui maximè.*

g *Dubiis super aliqua re sententiis, ingenia violenta haud magna mole à mitiore, & benigniore sententia in duriorem, & ferociorem trahuntur.*

h *Quid magis impium dici potest, quàm præstãtem virum fraude interemptum, ab autore cædis incusari eorum vitiorum, à quibus illius virtus maximè abhorrebat; & proditionis insimulari, eum, qui non ab aliis, quàm à teterrimis proditoribus cueri potuit?*

i *Etsi filius dissentit à patre in eo, quod in præsentia agitur; tamen vitio ei verti non potest, quin potius laudem meretur, si ei operam suam haud cunctanter præstat. certè inuidiã facti penes patrem, obsequij, & pietatis laudem penes filium remanere æquum est.*

k *Non semper quia arma expediuntur pugnabitur.*

l *Etsi multa, ignauia præcurrunt, tamen sciendum est, mutua formidine sæpius impediri homines, quominus pugnent.*

causam

causam veniret. Ille eludens respondit, [a] adfuturum vbi [b] prætor qui de veneficiis quæreret, reo atque accusatoribus diem prædixisset. Interim Domitius Laodiceam vrbem Syriæ adpulsus, cum hyberna sextæ legionis peteret, quòd eam maximè nouis consiliis idoneam rebatur, à Pacuuio legato [c] præuenitur. Id Sentius Pisoni per literas aperit, monetque ne [d] castra corruptoribus, ne prouinciam bello tentet. Quosque Germanici memores, aut inimicis eius aduersos cognouerat, contrahit, [e] magnitudinem imperatoris identidem ingerens, & Remp. armis peti: ducitque validam manum, & prælio paratam. Nec Piso, quanquam cœpta secus cadebant, omisit [f] tutissima è præsentibus. Sed castellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen Celenderis, occupat. Nam admissis desertoribus, & tirone nuper intercepto, suisque & Plancinæ seruitiis, auxilia Cilicum, quæ Reguli miserant, in numerum legionis composuerat. Cęsarisque se legatum testabatur prouincia, quam is dedisset, arceri, non à legionibus (earum quippe accitu venire) sed à Sentio, [g] priuatum odiũ falsis criminibus tegente: consisterent in acie, non pugnaturis militibus, vbi Pisonem ab ipsis parentem quondam appellatum, si [h] iure ageretur, potiorem, si armis non inualidum vidissent. Tum pro munimentis castelli manipulos explicat, colle arduo & derupto. Nam cętera mari cinguntur. Contra veterani ordinibus ac subsidiis instructi, hinc militum, inde locorum asperitas. Sed non animus, non spes, ne tela, quidem nisi agrestia ad subitum vsum properata. Vt venere in manus, non vltra dubitatum, quàm dum Romanæ cohortes in æquum eniterẽtur: [i] vertunt terga Cilices, seque castello claudunt. Interim Piso classem haud procul opperientem adpugnare frustra tentauit: regressusque, & pro muris modo semet afflictando, modò [k] singulos nomine ciens, præmiis vocans,

[g] sic lib. 14. & Suetonio discors bonum publicum priuatis inimicitiis impediebat

OBSERVATIONES.

a *Quàm sæpissimè accidit, vt aliud agentes ea vaticinemur, quæ nobis contingent.*

b *Prætor reo, atque accusatoribus diem prædicebat, quo vterque adesset, hi ad accusandum, ille ad dicendam causam.*

c *Vnius diligentiæ ope maxima mala vitantur, & nunquam non ingentes commoditates ex ea oriuntur.*

d *Is lege maiestatis tenetur, qui castra corruptoribus, & alienam prouinciam bello tentat, ac proinde remp. armis petit.*

e *Simulatque ab rerum nouarum autore bellum concitum esse ad præfectum prouinciæ perlatum est, non cunctanter, sed summa diligentia primis illius conatibus ire obuiam, ac magnitudinem principis, cui fit iniuria, ingerere, remque pub. armis petitam esse vulgare debet apud eos omnes, à quibus iuuari potest.*

f *Cùm res ferro cernitur, id semper arripiendum est, quod in præsentia tutissimum est.*

g *Hic est mos hominum, vt priuatum odium falsis criminibus tegant.*

h *Penes quem hæc duo consociata sunt, ius, &, qua illud tueri possit, vis, hic vix fieri poterit, quominus ad id, quod vult, perueniat.*

i *Haud multùm præsidij est in milite tumultuario, ac recens hinc inde collecto.*

k *Nunquam pati debet dux exercitus, vt milites, cùm non pugnatur, ad muros obsessæ vrbis propius accedant, ne inuitari possint ad defectionem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

seditionem cœptabat: adeoque commouerat, vt signifer legionis sextæ signum ad eum transtulerit. Tum Sentius [a] occanere cornua, tubasque, & peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promptissimum quemque succedere, alios tormentis hastas saxa, & faces ingerere. Tandem victa pertinacia Piso orauit, vti traditis armis maneret in castello, dum Cæsar, cui Syriam permitteret, consulitur. [b] Non receptæ conditiones: nec aliud quàm naues, & tutum in vrbem iter concessum est. At Romæ postquam Germanici valitudo percrebruit, cunctaque, vt [c] ex longinquo aucta in deterius adferebantur, [d] dolor, ira, & erũpebant questus. Ideo nimirũ in [e] extremas terras relegatũ: ideo Pisoni permissam prouinciam: hoc egisse secretos Augustæ cum Plancina sermones: vera prorsus de [1] Druso seniores locutos, [f] displicere regnãtibus ciuilia filiorum ingenia: neque ob aliud interceptos, quàm quia populum Roma. æquo iure complecti, [g] reddita libertate, agitauerint. Hos vulgi sermones audita mors adeò incendit, vt [h] ante [i] edictum magistratuum, ante senatusconsultum, sumpto iustitio, desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia & gemitus, nihil compositum in [k] ostentationem. Et quanquam neque insignibus lugentium abstinerent, [l] altiùs animis mœrebant. Fortè negotiatores, viuente adhuc Germanico, Syria egressi, lætiora de valitudine eius attu-

1. Patre Germanici.

2. Imitamenta doloris.

OBSERVATIONES.

a *Simulatque dux seditionem in exercitu cœptari videt, illico occanere cornua, tubasque iubeat, eademque opera militem in hostem ducat, aut ducere simulet. hoc sanè pacto lasciuientes militum animi a seditione ad pœnam sæpe sunt reuocati.*

b *Victus frustra est, si pacè eis suas leges cõficiputat posse. certè eius cõditiones vix vnquã recipiũtur.*

c *Quæ ex longinquo afferuntur si bona, & prospera in melius; si mala sunt, in deterius augentur.*

d *Ex dolore & ira erumpunt liberi questus.*

e *Non semper mandantur magna negotia, aut permittuntur maximæ prouinciæ ijs, qui sunt ex intima principis amicitia. Siquidem multi, specie honoris, in vltimas aliquando terras procul ab oculis, conspectaque principis relegantur. sic libr. 1. histor. mox, inquit, suspectum (Othonem) in eadem Poppæa in prouinciam Lusitaniam, specie legationis, seposuit.*

f *Nihil æquè principatum vi adeptum, ipsamque adeò tyrannidem arguit, quàm ciuilia illorum ingenia, qui principi consanguinitate proximi sunt, quique adeò principes destinantur. Ea re minimè mirum videri debet, si huiusmodi ingenia, tanquam populo præbentia speciem quandam libertatis, princeps imprimis odit; quem nihil tam perstringit, quam quicquid libertatem reuocare, aut saltem hominibus eius spem facere potest.*

g *Libertas dicitur illa, quæ, vt lib. 1. dictum est, æquo iure omnes complectitur.*

h *Maximum argumentum eximiæ virtutis eius, quæ in viro principe conspicitur, est consentiens admiratio, fauor, & amor populi; qui, vix dici potest, quàm multas, & quàm magnas sponte sua, insignis amoris, & obseruantiæ significationes ostendat illi, quem de suis commodis, securitate, libertate laborare sibi persuadet. quam quidem ad rem minimè opus est hortatore, aut monitore.*

i *Cùm princeps fato functus est, populus edicto monendus est, vt sumpto mstitio componat se ad luctum, & omnia insignia doloris sumat. hæc autem sunt; Vt iustitio deserantur fora, claudantur domus; passim silentia & gemitus; omnia denique in luctum sint composita.*

k *Luctus quantus sit non semper declarant eius insignia: siquidem qui altiùs animo mœrent, nulla re tantum mœrorem palam facere possunt.*

lere.

lere. [a] Statim credita, statim vulgata sunt. Vt quisque obuius (quamuis leuiter audita) in alios, atque illi in plures cumulata gaudio transferunt, [b] curſant per vrbem, moliuntur templorum fores. [c] Iuuat credulitatem nox, & promptior inter [d] tenebras adfirmatio. [e] Nec obstitit falsis Tyberius, donec tempore ac spacio vanescerent. Et populus quasi rursum ereptum [f] acriùs doluit. [g] Honores, vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti, decretique: vt nomen eius saliari carmine caneretur, sedes curules sacerdotum Augustalium locis, superque eas [1] quercææ coronæ statuerẽtur, ludos Circẽses eburna effigies præiret, néue quis Flamen aut Augur in locum Germanici, [h] nisi gentis Iuliæ, crearetur. Arcus addiri Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cũ inscriptione rerũ gestarũ, [i] ac mortẽ ob Remp. obiisse: sepulchrũ Antiochiæ vbi crematus: tribunal Epidaphne, quo in loco vitam finierat. Statuarũ, locorumue in quis coleretur, haud facilè quis numerum inierit. Cùm cẽseretur [k] clypeus, auro & magnitudine insignis, inter autores eloquentiæ, adferunt Tyberius solitum, paremque cæteris dicaturum. [l] Neque

1. fic II. 1. atque ipse idem mox inquit ambitiosæ dei, atque per palam cupiti, ne propinquitas quidem satis tuta. 2. quo in dolore, qui sensus malis durus relinquitur.

3. vide Cic. Philipp. 2. 4. nam affligebantur lacrymis & gemitibus parentibus clypei & imagines defunctorum, præterquam quòd in Domitiam aput Suetonium. fasces etiam inferri, clypeosque & lucernas eius cum cæteris decreta. & Dion solo affligi oportere &c. hæc omnia scimus Veneri primùm, quorum defunctorum clypei & hastæ in pompa Diui Marci.

OBSERVATIONES.

a *Quæ mirè cupimus ea statim credimus, statim vulgamus; eaque, quamuis leuiter audita, in alios, atque ab illis in plures gaudio cumulata transferuntur.*

b *Curſare per vrbem sollicitæ, & inquietæ animi argumentum est.*

c *Veritas dies; vanitas, & mendacia nocte corroborantur. cuiusmodi est illud: sed quia veritas visu, & mora falsa sustinatione, & incerta valescunt.*

d *Quæ fecisse mentiuntur, nunc fieri potest, quin erubescat. at rubor tenebris obtegitur. non ergo mirum est, si quæ interdiu dici, aut fieri non possunt, ea, accedente licentia noctis, patrantur.*

e *Quin etiamsi videat multitudo, hinc princeps, quamuis falsum, non statim vellere debet: si modo, quod mentitum est, credi sua nihil interest. Quinimo prudens princeps interdum veluti laxiores habenas multitudini permittere, ne cuncta eius studia diutius retenta animis ad deterius aliquod facinus erumpant. Cæterùm si princeps falsa, quæ libenter creduntur, illico arguerit, ostenderit sibi illa non placere, quæ vniuerso populo placent. id quod princeps summo studio cauere debet; potissimùm cùm futurum est, vt tempore, & spatio illud quicquid est, quod creditur, vanescat.*

f *Quòd quid præter spem nobis accidit, hoc acrius nos afficit.*

g *Summi homines, qui mortuis principibus decernuntur, hi sunt: vt nomen defuncti solemni aliquot sacerdotij carmine publicè canatur; eaque quæ magistratus, ac dignitates eas, quibus functus est, referre possunt, locis honoratissimis statuantur; ludi magnificentissimo apparatu in funere edantur, ipsius que imago procedat, fiatque decretum, ne quis in eius locum succedat, nisi principis, aut clarissimo alio viro progenitus. arcus non vno loco solùm, verùm etiam vbi omnibus, in quibus aliquod insigne facinus ab eo dum viueret, editum est, erigantur, cum inscriptione rerum ab eo gestarum, ac mortem si ea illud forte verum est, ob remp. obiisse. Sepulchra ædificentur. Quo in loco vitam finijt, ibi aliquid insigne statuatur. statuæ multis in locis erigantur. Quòd si ciuilibus quoque artibus instructus fuit, ea quoque ipsi decernantur, quæ ijs, qui in illis artibus excelluerunt, decerni solita sunt. Postremò, vt certis diebus, ijsque recidiuis, aut equitum turmæ, aut alia huiusmodi, quot annis mortui imaginem sequantur.*

h *Non solum meæ interest, cuinam in magistratu succedam, verùm & illud, quis mihi succedat.*

i *Eloquentia non discernitur fortuna; hoc est, non ideo quis inter eloquentes censeri debet, quòd in amplissima familia natus, ac cæteris fortunæ bonis abunde cumulatus est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim eloquentiam [a] fortuna discerni, & satis inlustre, [b] si veteres inter scriptores haberetur. Equester ordo cuneum Germanici appellauit, qui Iuniorum dicebatur instituitque vti [i] turmæ Idibus Iulij imaginem eius sequerentur. Pleraque manent, quædam statim omissa sunt, aut vetustas obliterauit. Cæterùm recèti adhuc mœstitia, soror Germanici Liuia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est. [c] Quod rarum, lætumque [d] etiam modicis penatibus, tanto gaudio principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres, nulli ante Romanorum eiusdem fastigij viro geminam stirpem editam. Nam cuncta etiam [e] fortuita ad gloriam vertebat. [f] Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit, [g] tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis vrgeret. Eodem anno [h] grauibus senatus decretis libido fœminarum coërcita; cautumque ne quæstum corpore faceret, [i] cui auus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset. Nam Vistilia prætoria familia genita licentiam stupri apud ædiles vulgauerat, [k] more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersum impudicas in ipsa professione flagitij credebant. Exacta & à Titidio Labeone Vistiliæ marito, [l] cur in vxore delicti manifesta vltionem legis omisisset: atque illo prætendente sexaginta dies ad consultandum datos, necdum præteriisse, satis visum de Vistilia statuere.

i. tale quiddã est illud quod legitur Liuium dixisse, Equestrem aram honoremque patris principes ipse cum legionibus decucurrit.

OBSERVATIONES.

a *Potest virtus vel inuitam secum trahere fortunam, secus contra.*
b *Tantum honorem eloquentiæ habuit antiquitas, vt maximus quisque princeps non minùs hanc laudem affectarit, quàm bellicam.*
c *Fœcunditas fœminarum illustrium, ac principum inter raras, maximasque fœlicitates meritò connumerari potest.*
d *Et ipsis modicis penatibus fœcunditas læta est.*
e *Callidus princeps singula, etiam fortuita ad gloriam vertere debet.*
f *Quem ingenti fauore populus prosequitur, quæ huic, etiam fortuitò accidunt, miro studio, aut pro eo, aut in eum interpretatur.*
g *Illa principum domus, quæ aliis numero liberorum præstat, firmioribus haud dubiè radicibus hæret, quam illa, in qua solitudo est. maiori sanè mole, vt supra lib. 1. admonui, labefactantur plures, quam vnus aut alter. non itaque mirandum est, si inter potissimas principis fœlicitates connumeratur multitudo liberorum. certè si fortè aut de successione, aliaue de re ambigitur, illa familia, quæ plures complectitur, eam semper vrgebit, in qua vnus, aut alter numerantur.*
h *Interest reip. ne libido fœminarum maneat impunita.*
i *Fœmina quò nobilior est, & illustrior, hoc est impurior, si se libidine inquinat, & corpore quæstum facit.*
k *Cùm non modò quæ à magistratibus infligitur pœna, sed & ipsa confessio, atque adeò professio flagitij grauissimum supplicium meritò vocari possit, non est mirum, si apud veteres in more positum fuit, vt fœminæ libidinosæ licentiam stupri apud magistratus vulgarent. vix enim credibile est, fœminam tam perfrictæ frontis reperiri, quæ audeat palam profiteri se esse impudicam; ac proinde existimarunt viri sapientissimi nullum aduersus impudicas atrocius supplicium constitui posse, quam vt ipsæ suamet confessione arguerentur esse impudicæ. quippe, nihil tetrius mulieri dici potest, quam meretrix.*
l *Et maritus ipse plecti debet, si in vxore delicti manifesta vltionem legis omittit.*

Eaque

Eaque [a] in insulam Seriphon abdita est. Actum & de sacris Ægyptiis, Iudaicisque [b] pellendis. Factumque patrum consultum, vt [c] quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta, quis idonea ætas, in insulam Sardiniã veherẽtur, coërcẽdis illic latrociniis, &, si ob grauitatẽ cœli interirent, vile damnum: cęteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent. Post quæ retulit Cæsar capiẽdam virginem in locum Occię, quæ septem & quinquaginta per annos summa sanctimonia Vestalibus sacris præfederat: egitque grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quòd [d] offerendo filias, de officio in remp. certarent. Prælata est Pollionis filia, non ob aliud, [e] quàm quòd mater eius [f] in eodem coniugio [g] manebat. Nam Agrippa dissidio domum imminuerat: & Cæsar quamuis posthabitam, decies sestertij dote solatus est. Sæuitiam annonæ quamuis posthabitam, decies sestertij dote solatus est. Sæuitiam annonæ incusante plebe, [h] statuit frumento pretium quod emptor penderet, binosque nummos se additurum negotiatoribus in singulos modios. Neque tamen ob ea [i] parentis patriæ delatum & [i] antea vocabulum adsumpsit, [k] acerbeque increpuit eos, qui [l] diuinas occupationes, ipsum- i. vt dixit lib. 1.

OBSERVATIONES.

a *Adulteræ nobiles fœminæ in vltimas terras abdi debent.*
b *Prudens princeps externos ritus & externa sacra, eosque qui superstitionibus sunt imbuti, nisi certam ante diem, profanos ritus exuant, è suis ditionibus pellere debet, huic certè malo si non maturè obuiam itur, vix dici potest quot, quantisque calamitatibus resp. conflictetur.*
c *Princeps malis quoque instrumentis ad res præclaras vti potest, & debet: exempli gratia; si multitudo hominum deterrimorum inutilis, aut etiam grauis reip. est, aliquò ad publica ministeria mittendi sunt. vile quippe damnum, si intereant, cùm interim reip. non inutiles esse possint, hinc manauit institutum mittendi ad triremes facinorosos homines.*
d *Qui sacris filiam addicit, eam Deo offert, magnumque reip. officium præstat.*
e *Cæteris paribus, in sacris is præfertur, qui ex iis parentibus ortus est, qui maiora castitatis documenta dederant.*
f *Is luculentum castitatis documentum dat, qui vno matrimonio contentus vitam agit.*
g *Castitas parentum haud dubiè liberis prodest.*
h *In magna annonæ caritate princeps debet frumento pretium statuere, ac tempestiua benignitate de suo soluere negotiatoribus id quod pretio ab ipsis statuto deest. hac ratione studia plebis sibi conciliabit, cuius consensu & flagrante desiderio futurum est, vt pater patriæ appelletur, ijsque appellationibus honestetur, quæ maximæ, & amplissimæ sunt.*
i *Princeps in eo totus esse debet, vt maximo quoque honore dignus à populo iudicetur. eò nunquam perueniet, nisi sibi salutem singulorum charissimam esse quouis tempore, & loco, quibusque rebus maximè potest, ostendat. Id si, vt faciat, in animum inducere poterit, nemini dubium est, quin amplissimis honoribus, ab iis, qui eos conferre possunt, ornetur.*
k *Modestia, si quæ alia virtus principem maximè decet. consuluit autem in eo, vt princeps speciosos titulos, & nomina honorum, ac præcipuè illa quæ meram tyrannidem olent, recuset, atque adeò re ipsa eam adulationem sibi displicere ostendat.*
l *Non est postulandum mortali, vt humanæ sortis, & communis imbecillitatis oblitus, sibi diuinos honores tribui patiatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

que [a] dominum dixerant. Vnde [b] angusta & [c] lubrica oratio, sub principe, qui [d] libertatem metuebat, adulationē oderat. Reperio apud scriptores senatoresque eorumdem temporum, Adgandestrij principis Chattorum lectas in senatu literas, quibus mortem Arminij promittebat, si patrādę neci venenum mitteretur: responsumque esse, [e] nō [f] fraude, neque occultis, sed palam & armatum populum Roma. hostes suos vlciscī. Qua gloria æquabat se Tyberius priscis Imperatoribus, [g] qui venenum in Pyrrhum regem [1] vetuerant, prodiderantque. Cæterùm Arminius abscedentibus Romanis, & pulso Maroboduo, regnum adfectans, libertatem popularium aduersam habuit: petitusque armis, cùm varia fortuna certaret, [h] dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubiè Germaniæ, & qui non primordia populi Ro. sicut alij reges ducesque, sed florentissimum Imperium lacessierit: præliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit: [i] canitur-que adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui [k] sua tantùm mirantur: Romanis haud perinde celebris, [l] dum vetera extollimus, recentium incuriosi.

1. Fabricius medico Pyrrhi promittenti venenum se ei datum, monuit Pyrrhum, Cicero lib. III. de fin. & paulò post, Vtne, inquit, hunc medicum Pyrrhi & quidem non adhuc damnatum, Fabricium nobis putas suscitasse?

OBSERVATIONES.

a *Ab nouo principe superbas, & odiosas quasque appellationes reijci debere paulò ante admonui, & hucillud ipsum repeto, cùm ex hoc Tiberij facto hæc doctrina colligi debeat. certè nomen domini ab fœdissima adulatione profectum esse constat. vide Sueton. in Tiber.*

b *Sub ea principe, qui libertatem metuit, fœdam item adulationem odit, oratio quamuis sit angusta, lubrica est. hoc est, non adeo pauca loqui quis potest, quin ex iis aliquid princeps suspitiosus excerpat quod reprehendat.*

c *Cùm oratio angusta, hoc est in pauca collata sit lubrica, ac reprehensioni obnoxia, quid dici potest de multiloquio, & vaniloquentia?*

d *Ij principes, quibus pectus sæpit, etsi libertatem loquendi metuunt, tamen adulationem oderunt.*

e *Rem indignam sua persona, atque adeo flagitiosissimam admittit princeps si non palam, & armatus, sed occultis venenis hostes suos vlciscitur.*

f *Ad principis dignitatem maximè pertinet, eorum operam, quamuis sibi vtilem, recusare, quos fraude magis, quam bonis artibus niti videt. certè cum id quod honestum est pugnat cum vtilitate, hæc est abiicienda, & illud summo studio amplectendum.*

g *Venenum hosti dare, etsi non desunt qui secus putent, est hominis obscuri, ac perfidi: quin semper honorificum erit principi, nullam huiusmodi proditionem admittere; sed tale facinus vetare; atque adeo id ipsum hosti, cuius in perniciem paratur, prodere.*

h *Nihil tam vulgatum est, quam magnos viros, quique virtute superari non possunt, fraude, ac dolo eorum, quorum se fidei crediderunt, opprimi.*

i *Hominum præstantissimorum memoria omnis generis monimentis commendari solet; duratura, scilicet, in infinita posteritate.*

k *Insignis ignorantiæ argumentum est sua tantùm mirari.*

l *Hic est mos hominum, vt vetera tantummodo extollant; quæ verò suo sæculo, quamuis præclarissima acciderunt, ea facilè negligant.*

FINIS SECVNDI LIBRI.

EPITOME TERTII LIBRI ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

AGRIPPINA Brundusium appulit. Inde Romam itinere terrestri tendit, magno comitatu eorum, qui ei obuiam venerant; & à principe missi, aut admoniti suprema erga cineres, & memoriam Germanici munera fungebantur. Coss. M. Valerio, & M. Aurelio Cotta Germanici cineres in vrbem illati sunt, tumuloque Augusti cōditi. ob mortem illius indoluerunt reges, nationes, atque in primis pop. Romanus, qui post ingentem luctum tandem edicto à Tiberio monitus, exuto iustitio, redijt ad munia. Drusus item Illyricos ad exercitus redijt; quē Cn. Piso rediens ex Syria conuenit, prēmisso ad vrbem, nempe ad molliendū principē filio, quem ipse cū Plancina vxore secutus Romā venit, atque in senatu statim accusatur. accusationis hæc erant capita; odio Germanici & rerum nouarum studio corruptum ab eo militem. contra ih optimum quēque, maximè in comites, & amicos Germanici sæuisse; postremò ipsum deuotionibus, & veneno peremisse: sacra hinc, & immolationes nefandas ipsius atque Plancinæ; petitam armis remp. vtque reus agi posset, acie victum. Cęterùm cùm tam Cęsar, quàm senatus se reo implacabilem præberet: ac populi ante curiam voces audirentur, non temperaturos manibus, si patrum sententias euasisset, ipse sibi suo ictu mortem inuenit. Eo mortuo accusatio nihilominus est peracta. Post quę Drusus ouans vrbem ingreditur. Huius mater Vipsania supremum diem obijt. Tacfarinas cùm bellum in Africa renouasset, cohortemque Romanam pepulisset, priùs à L. Apronio, ac mox ab Apronio Cæsiano filio proconsulis fusus, pulsusque est in deserta. Lepidæ Æmiliæ, ob multa flagitia, aqua & igni interdictum est. Cæterùm cùm lege Pappia Poppæa, quam Augustus ad impediendam orbitatem, & augendum ęrarium sanxerat, multorum status excinderentur, & terror omnibus intentaretur, ei rei Tiberius remedium statuit. Postea Neronem Germanici filium patribus commendat: eique in senatu præmaturos honores petit. Sequens annus consules habuit Tiberium quartum, Drusum secundū. Eluditur sententia Seueri Cecinæ, qui cēsebat, ne quem magistratū, cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur. Drusus cùm Anniam Rufillam publica custodia attineri iussisset, ob id quòd se imagine Cęsaris tutā credēs probra in C. Sestiū senatorē, qui eam fraudis damnauerat, iecerat, exemplum dedit in eos, qui ideo in loca sacra perfugiebant, vt eo subsidio ad flagitia vterentur. Antistio,

A. V. C. DCCLXXXI.

A. V. C. DCCLXXXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Rescuporidis consiliis permixtus esset, cùm bellum aduersus Ro. voluerat, aqua, & igni interdictum est. Eodem anno defectio Galliarum eorum diligentia, quibus & cohortes, & legiones in Galliis commissæ erant, repressa est. Cùm tamen superesset apud Æduos maior belli moles, duce Sacrouiro, qui finitimos Sequanos ad id bellum traxerat, ductu Silii hostes profligati, bellumque confectum est. C. Lutorius Priscus, quòd ægro Druso carmen composuisset in laudem eius, tanquam mortui, vltimo supplicio affectus est. C. Sulpitius, D. Haterius coss. sequuntur. Cura luxus coërcendi remissa ab senatu ædilibus est. Tiberius Drusum filium summæ rei admouet, petita ei ab senatu potestate tribunitia. Africa prouincia Iunio Blæso prorogatur. Cùm Græciæ ciuitates de iure, & immunitatibus quæque suis disceptarẽt, totius rei disquisitio à Tiberio ad senatum mittitur. Inde supplicationes Diis, ob valetudinem Iuliæ Augustę natum mittitur. Inde supplicationes Diis, ob valetudinem Iuliæ Augustę ludique magni ab senatu decernuntur. C. Silano Asiæ proconsuli repetundarum, & maiestatis simul postulato aqua & igni est interdictum, ipseque in insulam Cytheram relegatur. Seruius Maluginẽsis, quòd Flamẽ Dialis erat, Asiam prouinciam non obtinuit. Tacfarinas reparatis per intima Africæ auxiliis per legatos sibi, suoque exercitui sedem ab Tiberio petere ausus est. Hunc Blæsus proturbat, fratremque eius capit. Eodem anno Iunia C. Cassii vxor, M. Bruti soror fato functa est.

A. V. C. D. CCLXV.

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM
LIBER III.

ET IN HVNC OBSERVATIONES
Caroli Paschalij Cuneatis.

NIHIL intermissa nauigatione hyberni maris Agrippina Corcyram insulam aduehitur, litora Calabriæ contra sitam. Illic paucos dies [a] componendo animo insumit, violenta luctu, & nescia [b] tolerandi. Interim aduẽtu eius audito, intimus quisque amicorum, & plerique militares, vt quique sub Germanico stipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis è municipiis, pars [c] officiũ in principem rati, plures illos secuti, ruere ad oppidum Brundisium, quod nauiganti celerrimum, fidissimumque adpulsu erat. Atque vbi primùm ex alto visa classis, complentur non modò portus & proxima maris, sed mœnia ac tecta, quaque longissimè prospectari poterat, mœrentiũ turba, & rogitantium inter se, [d] silentióne an voce aliqua egredientem exciperent. Neque satis constabat quid pro tempore foret, cùm classis paulatim succeessit, non alacri, vt adsolet, remigio, sed [e] cũctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis [f] feralem vrnam tenẽs egressa naui, [g] defixit oculos, idem omnium gemitus: neque discerneres proximos, alienos, virorum, fœminarumve planctus, nisi quòd comitatum Agrippinæ longo mœrore fessum, [h] obuij & recentes in dolore anteibant. [i] Miserat duas prætorias cohortes Cæsar, addito vt magistratus Calabriæ, Appulique, & Campa-

OBSERVATIONES.

a *Post magnas, & insignes perturbationes non tàm ad negotia, prisimúmque vitæ genus accedere debemus, quam animo componendo aliquot dies à nobis insumpti sint.*
b *Mulieres sunt animo adeò impotenti, vt nihil aduersùm tolerare sciant.*
c *Officium in principem haud dubiè declarant ij, qui affinibus illius honorem quàm maximum possunt, habent.*
d *Princeps voce, & acclamationibus à læta, silentio à mœsta multitudine excipi solet.*
e *In ingenti luctu cuncta ad tristitiam componuntur.*
f *Cineres defuncti principis, aut, quod hodie vsitatum est, ipsius corpus, in locis frequentissimis, nonnisi ab vxore illius, filiis, aut propinquis contingi debet. nempe, eodem loco, dum mortuo iusta fiunt, eius cadauer esse æquum est, quo is esset, si etiam viueret.*
g *Defigere oculos in terram magni mœroris indicium est.*
h *Longo mœrore nemo non ita defatigatur, vt non eum recentes in dolore anteeant.*
i *A corpore principis prætoriæ cohortes, donec humatum sit, itidem ac si viueret, nunquam abscedere debent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni, suprema erga memoriam filij sui munera fungerentur. [a] Igitur tribunorum, centurionumque humeris cineres portabantur. Præcedebant incompta signa, versi fasces. atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, [1] trabeati equites, pro opibus loci vestem, odores, aliaq; funerum solennia cremabant. Etiam quorum diuersa oppida, tamen obuij, & victimas, atque aras [b] Diis Manibus statuentes, lacrymis, & conclamationibus dolorem testabãtur. Drusus Tarracinam progressus est, cum Claudio fratre, liberisque Germanici, qui in vrbe fuerant. Consules, M. Valerius & C. Aurelius (iam enim magistratum occeperant) & senatus, ac magna pars populi viam compleuere, disiecti, & [c] vt cuique libitum, flentes. Aderat quippe adulatio, gnaris omnibus [d] lætam Tyberio Germanici mortem [e] malè dissimulari. Tyberius atque Augusta publico abstinuere, [f] inferius maiestate sua rati, si palam lamentarentur, [f] ánne omnium oculis vultum eorum scrutantibus falsi intelligerentur? Matrem Antoniam non apud autores rerum, non [g] 3 diurnâ actorum scriptura, reperio vllo insigni officio functam, cùm super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, cæteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus [h] magnitudinem mali perferre visu non tolerauit. faciliùs crediderim, Tyberio & Augu-

1. vestibus velut lugubri

3. Tacit. lib. 16. Ann. diurna populi R. ex prouinciis, per excubias accumulabantur & lib. 15. cùm ex dignitate populi R. reperiuntur, res illustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandabat.

OBSERVATIONES.

a *Principis corpus, siue cineres etiam per agros humeris hominum militarium, nempe tribunorum, & centurionum portari debent. porrò præcedunt incompta signa militaria, versa imperatoria, & magistratus insignia. Si verò funus oppida transgreditur, danda est opera, vt plebs atrata, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum sollemnia crement. quinimo, & quorum sunt diuersa oppida, ac deuia, tamen obuij veniant; ritus tali re, ac tempore obseruari solitos celebrẽt; lachrymis, & conclamationibus tristibus dolorem, vt est, aut esse debet, testentur.*

b *Pium esse credidit antiquitas, mortuos iuuare apud Deos manes, quibus ideo vt placarentur, victimæ cædebantur, atque aræ statuebantur.*

c *Aliud est simulare dolorem, & aliud ex animo, & verè dolere.*

d *Dolor & luctus simulari fortasse possunt; at verò lætitia ob alicuius mortem malè dissimulatur.*

e *Ex dignitate principis est, tempore luctus ac funeris domestici, abstinere publico. quippe palam lamentari cuiusuis hominis, & inferius maiestate principis est. Cæterùm quàm sæpissimè accidit, vt successor, & hæres principis non tam doleat, quàm lætetur morte decessoris sui. i. iactanter verius, quàm ex animo doleat. Id quod cùm pessimo exemplo ante omnium ora, & multitudine veluti ficti doloris conscia, fiat, præstat principem interna hac sua lætitia frui, quàm aspicientibus, eiusque ficti doloris conscia, fiat, præstat principem coniectandi, quàm falsus sit, quamque non doleat. & vultum scrutantibus præbere facultatem coniectandi, quàm falsus sit, quamque non doleat. & quamuis hic dici posset Tiberium non successisse Germanico, tamen non minùs eius morte lætabatur, quàm si successor eius esset: cùm id metueret, ne is habere imperium, quàm expectare mallet.*

f *Vix fieri potest, vt plurium oculis vnius vultum scrutantibus non intelligant, verus, falsusne sit.*

g *Princeps inprimis curare debet, vt, quod quoque die apud ipsum agitur, scriptis commẽdetur.*

h *Cùm luctus est ingens, si ad magnitudinem mali visus accedit, vix dolor tolerari potest: nam vt scribit Cic. Torquato; oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur; nec auertere à miseris cogitationem sinunt.*

sta,

sta, qui domo non excedebant, cõhibitam: [a] vt par mœror, & matris exemplo auia quoque & patruus attineri viderentur. [b] Dies quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modò per silentium vastus, modò ploratibus inquies; plena vrbis itinera, [c] conlucentes per campum Martis faces. Illic miles cum armis, [d] sine insignibus magistratus, populus per tribus, [e] concidisse Remp. nihil spei reliquum clamitabant, prõptiùs, apertiusque, [f] quàm vt meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tyberium magis penetrauit, quàm [g] studia hominum accensa in Agrippinam, cùm [h] decus patriæ, solum Augusti sanguinem, vnicum antiquitatis specimen appellarent, versique ad cœlum ac deos, integram illi sobolem, ac superstitem iniquorum precarentur. [i] Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. [k] Ipsum quippe aspernatum

OBSERVATIONES.

a *Cùm officium, aut etiam pietas nostra à multitudine ideo quod ab ea re abstinemus, quam sine scelere omittere non possumus, meritò desideriari potest, diuinda est opera vt is, quẽ ei rei caput esse æquũ est, ac de cuius probitate nẽmo dubitat, honesta, ac verisimili aliqua specie ab ea re quoque abstineat; quippe hoc pacto factũ nostrũ, illius exemplo, ad quem totũ negotiũ pertinet, excusari facilè potest.*

b *Quo die iusta persoluuntur ei principi, quem populus sibi ereptum mœret, silentium vbique est, traducitur dies ploratibus inquies; plena vrbis itinera; colluentes frequentioribus locis faces; miles cum armis; magistratus sine insignibus conspiciuntur; voces plenæ doloris, ac desperationis vbique exauduntur.*

c *Faces interdiu colluentes non semper indicant lætitiam, sed interdum, ac semper in funeribus mœrorem.*

d *Numquam magistratus debet esse sine suis insignibus, quò facilius ab aliis dignoscatur; nisi fortè in publico luctu.*

e *Cùm maximus aliquis, ac præclarissimus vir extinctus est, tunc verò concidisse remp. ac nihil spei reliquum esse, meritò clamitare videmur posse.*

f *Verus & iustus dolor multitudinis ab ea exprimit voces liberas, easque quibus qui rerum potiuntur, acriter interdum petuntur. Vix enim populus cohiberi potest, quominus quæ vera esse sentit, palam, & aperte eloquatur.*

g *Nihil æquè principem penetrat, quàm ingens in ipsius consanguineos, qui ei sunt suspecti, eique proximi destinantur, accensa populi studia.*

h *Quæ maximæ laudes principi tribui possunt, hæ sunt, vt decus patriæ, solus herois alicuius sanguis, vnicum antiquitatis specimen appelletur.*

i *In solemnibus pompis omnino cauendum est, ne quid peccetur, quo facto is, cuius interest, offendi meritò possit. porrò offendatur princeps, aut qui hæc diligenter animaduertere solet, populus, si de iis honoribus, qui alijs eiusdem fastigij hominibus tribui soliti sunt, quicquam detrahitur ei, in quem multitudinis sunt propensa studia. Certè in his, quæ verè æstimanti mania sunt, cur populo potenti non satisfieri debeat, equidem causam video nullam.*

k *Funus magnificentissimo, vereque regio apparatu ita celebrari potest: nempe, si princeps ipse, summusue magistratus ei quam longissimè potest, obuiam procedat; nec vnquam abscedat à corpore; simulque vrbem intret: circumfundantur lecto, vbi repositum est corpus, maiorum ipsius imagines; toro præponatur effigies mortui: meditata sint ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lachrymæ doloris incitamenta: denique cuncta à maioribus reperta, & à posteris inuenta cumulentur. Quòd si ob longinquitatẽ itinerũ externis in terris, hoc est, iis in locis vbi princeps fato functus est, non integri honores ei exhiberi potuerunt, tantò plura decora mox ei tribui par est, quanto prima fors negauit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimo hyemis, Ticinum vsque progressum,[1] neque abscedentem à corpore simul vrbem intrauisse circumfusas lecto Claudiorum Iuliorumque imagines, delectum in foro, laudatum pro rostris, cuncta à maioribus reperta, aut quę posteri inuenerint, cumulata. At Germanico ne solitos quidem & cuicunque nobili debitos honores contigisse. Sanè corpus ob longinquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum, sed tanto plura decora mox tribui par fuisse, quanto prima fors negauisset. Non fratrem, nisi vnius diei via, non patruum saltem porta tenus obuium. vbi illa veterum instituta? prę positam[2] toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lacrymas,[a] vel doloris imitamenta. Gnarum id Tyberio fuit; vtque[b] premeret vulgi sermones, monuit edicto, multos inlustrium Romanorum ob Remp. obiisse, neminem tam flagranti desiderio celebratum.[c] Idque & sibi & cunctis egregium,[d] si modus adiiceretur:[e] non enim eadem decora[f] principibus viris, & Imperatori, populoque, modicis domibus, aut ciuitatibus, conuenisse[g] recenti dolori luctum, & ex mœrore solatia. Sed referendum iam animum ad firmitudinem, vt quondam diuus Iulius amissa vnica filia, vt diuus Augustus ereptis nepotibus abstruserint tristitiam.[h] Nil opus vetustioribus exemplis; quoties populus Romanus clades exercituũ, interitũ ducum, funditus amissas nobiles familias[i] constăter tulerit.

[1] sic Virg. effigiemque toro locat.

OBSERVATIONES.

a *Si non re ipsa tibi isthuc dolet, ait Demea ille Terentianus, simulare certè est hominis. certè princeps ab dicendo nusquam discedere debet. dolo si non dolet, saltem simulet se dolere.*

b *Qui sermones inuidiam principi conflare possint, hos ipse summa diligentia illico reprimere debet.*

c *Parentibus, fratribus, & affinibus non potest esse non egregium, & honorificum, tum, qui vita excessit, ob præclara corporis & animi dotes flagranti desiderio publicè celebrari. certè id nihil aliud, quàm excellentis eiusdam virtutis argumentum est.*

d *Mœrorem non adeò opprimi debemus, quin tandem luctui modus adiiciatur, animusque ad firmitudinem reuocetur.*

e *Non omnes omnia decent: quippe alia est ratio principum, & imperatorum; alia modicarum domuum, & alia vniuersi populi. Ea re videant singuli, in rebus, quas agendas suscipiunt, non quid alii agant, sed quid se facere æquum sit, suamque adeò personam decent.*

f *Cùm omnium oculi in vnum principem, ipsius que mores sint coniecti, ideoque in altissimo dignitatis gradu locatus videatur, vt quisque sibi indè capiat exemplum, nõ decet ipsum mœrore ita confici, ob domestica & priuata, quibus ictus est, vulnera, vt reip. administrandæ parum videatur idoneus. quin potius animum ad firmitudinem reuocare, sese que ipse erigere, & tristitiam abstrudere debet, vt regendæ moli, cui insidet, par sit.*

g *Recenti adhuc dolore conuenit luctus, & ex mœrore solatia. i. postquam diu lachrymis, ac tristitiæ se homines tradiderint æquum est ipsos postea admittere solatia doloris.*

h *Cùm exemplis vtendum sit, ab alienis, ac longè petitis, quantum potest, abstinendum est; & vtendum, quatenus licet, domesticis, ac recentibus, quibus vehementer homines afficiuntur solent.*

i *Constantia est virtus, quæ conspicitur in aduersis. itaque qui domesticas, & publicas, eas que ingentes calamitates æquo animo ferat, is constans merito appellari potest.*

prin-

[a] Principes [b] mortales, Rẽp. æternã esse. Proin repeterent solẽnia: & quia ludorum Megalensium spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent. Tum exuto iustitio, reditum ad munia, & Drusus Illyricos ad exercitus profectus est,[c] erectis omnium animis perendæ è Pisone vltionis, & crebro questu, quòd vagus interim per amœna Asiæ atque Achaiæ, adroganti & [d] subdola mora, scelerum probationes subuerteret. Nam vulgatum erat missam (vt dixi) à Gn. Sentio famosam veneficiis Martinã subita morte Brundisij extinctam, venenumque nodo crinium eius occultatum, nec vlla in corpore signa sumpti exitij reperta. At Piso,[e] præmisso in vrbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret, ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucẽ, quàm [f] remoto æmulo æquiorem sibi sperabat. Tyberius [g] quò integrum iudicium ostentaret, exceptum comiter iuuenem, [h] sueta erga filios familiarium nobiles liberalitate auget. Drusus Pisoni, si vera forent quæ iacerentur, præcipuum in dolore suum locum respõdit:[i] sed malle falsa & inania, nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse. Hæc [k] palam, & vitato omni secreto:

OBSERVATIONES.

a *Cùm princeps est gnarus, quo argumento nitatur multitudo ad ea confirmanda, in quæ ipsa miro studio accensa est, quæ tamen principi nõ probãtur, illud argumentũ, quasi aliud agens, edicto refellere debet. certè Tiberius hoc loco respondet voci illi pop. Romani quam paulò ante memorauit Tacitus, nempe concidisse remp. nihil spei reliquum.*

b *Discant principes, quicquid mortale est, id esse infra illud quod est immortale. at principes esse mortales, & remp. immortalem satis constat. se ergo ideo eò loci esse pro certo habeant vt reip. seruiant, non contrà. hæc diuina Tiberij vox principum animis perpetuò hærere deberet.*

c *Nulla re magis erigantur hominum animi, quàm expectatione eius vltionis, quæ petenda est ab eo qui propter insigne aliquod scelus, omnibus est inuisus.*

d *Quod probari nonnisi recenti facto potest, id optimum est, vt illius mora, qui criminis insimulatur, eludatur: hoc sanè facto sceleris probatio subuerti potest.*

e *Qui se ab inimicis apud populũ, aut apud principem in inuidiam alicuius criminis adductum esse videt, non illico iudicium subire, hoc est periculis, & inuidiæ se offerre, sed cedere temporibus, ac tẽpori debet: atque interim aliquem gratiosum hominem ad principem præmittere, qui eum molliat; eius iram, si qua est, leniat; suamque causam apud principem agat.*

f *Nullum principatus consortium adeò esse potest, vt inter ipsas coniunctissimas personas æmulatio eò euadat, vt alter æmuli morte lætetur.*

g *Princeps omnibus in rebus integrum iudicium, hoc est, non præiudicatum præbere; quod si non habet, saltem ostentare debet.*

h *Cùm patres filiis exiguè præbeant sumptum, præclarè faciet princeps si, ad'hibito iudicio, inuentum illustrium tenuitatem sua benignitate subleuabit. quo sanè facto præter eos, quibus benignè fit, patres quoque ipsos, & affines sibi, & reip. firmat, atque ex ea re magnam apud omnes laudem consequitur.*

i *Eum vicisci debeo, à quo constat ortum esse quo de agitur, scelus, ob quod admissum, præcipuus in dolore locus meus est. cæterum in eiusmodi rebus, quisque ea animi moderatione esse debet, vt optet crimina, quorum reus accusatur, esse falsa & inania; ne, scilicet, cuiquam illius mors, quem luget, exitiosa sit.*

k *Quæ ita vt à nobis dicantur, accipi volumus, ea palam, & vitato omni secreto proferre debemus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque dubitabantur præscripta & à Tyberio, cùm [b] incallidus alioqui, & facilis iuuenta, senilibus tum artibus vteretur. Piso, Dalmatico mari tramisso, relictisque apud Anconam nauibus per Picenum, ac mox Flaminiam viam adsequitur legionem, quæ è Pannonia in vrbem, dein præsidio Africæ ducebatur. [c] Eaque res agitata rumoribus, vt in agmine atque itinere [d] crebrò se militibus ostentauisset. Ab Narnia, vitandæ suspicionis, an, quia [e] pauidis cõsilia in incerto sunt? Nare ac mox Tyberi deuectus auxit vulgi iras, quia [f] nauem tumulo Cæsarum [g] adpulerat, dieque, & ripa frequenti, magno clientium agmine ipse, fœminarum comitatu Plancina, & vultu [h] alacres incessere. Fuit inter inritamẽta inuidiæ domus foro imminẽs festo ornatu, conuiuiumque & epulæ, & celebritate loci nihil occultum. Postera die Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulauit. Contra Vitellius ac Veranius, cæterique Germanicum comitati tendebant, [i] nullas esse partes Trioni: neque se accusatores, [k] sed rerum indices & testes [l] mãdata Germanici perlaturos. Ille dimissa eius causæ delatione, vt priorem vitam accusaret, obtinuit: petitumque est à principe, cognitionem exciperet: Quod ne reus quidem abnuebat, [m] studia populi & patrum metuens. contra, Tyberium [m] spernendis rumoribus validum, & conscientiæ ma-

f. Scribit. 11. Augmenta vitæ tribui nulla ad fidem fuo sed quia certa falsa vana obiecisset adimere crimen visum, se patrem indicē, & testem facere.

OBSERVATIONES.

a *Non proprio, sed prudentioris alicuius consilio eum niti verisimile est, qui præter ætatem, naturamque suam senilibus artibus vtitur.*

b *Iuuenes natura plerunque sunt incalliді, & faciles.*

c & f *Qui multitudini iam odio est eius leuissima peccata pro grauissimis accipiuntur.*

d *Qui se militibus crebrò ostentat, aliquid seditiosum, aut hostile videtur agitare.*

e *Animi perturbatione consilium impediri constat: non itaque mirum est, si pauidis consilia in incerto sunt.*

g *Minimis etiam rebus suspicax vulgus offenditur.*

h *Parum prudens est is, qui in communi luctu, non modò non luget ipse; verùm etiam vultu est alacris, nam haud dubiè omnium inuidiam aduersus se, odiaque accendit.*

i *Cùm magnũ totius causæ momentum positum sit in persona accusatoris, non cuiusuis partes sunt, reum aliquem facere apud magistratus, ne mutua accusatoris, & rei collusione totum crimen eludatur. Sed res, scilicet, potissimùm agi debet per eos, qui totius facti indices simul sunt, ac testes.*

k *Aliud est aliquem simpliciter accusare, ceu reum mortis defuncti principis; & aliud mandata ipsius principis mortui perferre, nempe, in quibus plus est momenti, quàm in omnibus alijs probationibus.*

l *Is in quem senatus, & populi odia sunt accensa, ecqua tandem in re innocentiæ suæ (si innocens est) præsidium inuenire potest, nisi in vna principis æquitate?*

m *Princeps debet esse validus spernendis rumoribus; eos dico, qui sunt inanes, & nullo fundamento subnixi, quibus nunquam commoueri debet. neque enim, æquum est, principem huc illuc impelli arbitratu insanæ & concitatæ multitudinis.*

tris

tris [a] innexum esse: veraque aut in deterius credita, [b] iudice ab vno facilius discerni, odium & inuidiam apud multos valere. Haud fallebat Tyberium moles cognitionis, quaque ipse fama distraheretur. Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusantium, & hinc preces audit, integramque causam [c] ad senatum remittit. Atque interim Drusus rediens Illyrico, quãquam patres censuissent ob receptum Maroboduum, & res priore æstate gestas, vt ouans iniret, [d] prolato honore vrbem intrauit. Postquam reo T. Arrũtium, [Fulcinium] Asinium Gallum, Æserninum, Marcellum, Sext. Pompeium patronos petenti, iisque [e] diuersa [f] excusantibus, M. Lepidus, & L. Piso, & Liueneius Regulus adfuere, arrecta omni ciuitate, quanta [g] fides amicis Germanici, quæ [h] fiducia reo, satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tyberius, an promeret: iis haud aliàs intentior populus, plus sibi in principem [i] occultæ vocis, aut suspicacis [k] silentij permisit. Die senatus, Cæsar orationem habuit meditato temperamento: Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse, [l] adiutorẽque Germanico datum à se, autore senatu, rebus apud Orientem administrandis: illic [m] contumacia & certaminibus asperasset iuuenem, exitu-

OBSERVATIONES.

a *Quem reus facinoris scit esse conscium, hunc sibi optat iudicem dari.*

b *Satis constat, singulos iudices si plures sunt, si quid iniquè iudicatum est, eius rei culpam in collegas solere conferre; potissimùm cùm quam quisque sententiam dixerit, non sciri possit. quòd si tota cognitionis moles vni incumbit, næ ille, priùs quam ius, & iniuriam discernat, singula diligenter circumspectabit, nec temerè quicquam aget, cuius infamia penes ipsum remaneat. contrà verò apud multitudinem iudicum odium, & inuidia valent, quibus iudicium corrumpitur.*

c *Cùm tantæ molis cognitio principi incumbit, vt, vtram in partem inclinet, futurum sit, vt, aut fama, & populi vocibus distrahatur, aut aliquid aduersus animi sui sententiam committat, iudicio, & cognitione abstineat, remque totam, atque integram causam ad Senatum remittat. hoc pacto se omni odio pariter, ac suspitione exoluet.*

d *Intra annum luctus, cui delatus est honos, eum proferre in aliud tempus debet; ne quod illi gloriæ esse debet, tali tempore, inuidiam potiùs, odiumque pariat.*

e *Tam atrox, tamque odiosum est crimen maiestatis, vt reus vix quenquam patronum inueniat.*

f *Etsi rogati id quod à nobis petitur præstare nolumus, non tamen nolle nos, sed alijs occupationibus distineri profiteamur.*

g *Fides mortuo ab ijs præstari dicitur, qui illius mandata, summa cura, summoque studio conficiunt.*

h *Confidit reus aut innocentiæ suæ, aut fauori iudicis.*

i *Plerunque voces plebis non apertæ, sed occultæ odium in principem, silentium acres suspitiones significat.*

k *Silentium est argumentum iudicij, aut imperitiæ, aut suspitionis.*

l *Principibus iuuenibus quibus maximi momẽti negotia cõmittuntur, rebus administrãdis adiutores dantur ij, qui plurima integritatis, fidei, prudentiæ documenta defunctis principibus dederunt.*

m *Contumacia est proprium vitium illius, qui, vt cui debet, obsequatur, in animum inducere non potest.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

que eius lætatus esset, an [a] scelere extinxisset, [b] integris animis diiudicandum. Nam si legatus officij terminos, obsequium erga imperatorem exuit, eiusdēq; morte, & [c] luctu meo lętatus est, [d] odero, seponāque à domo mea, & [e] priuatas inimicitias non [f] principis vlciscar: Sin facinus in cuiuscunque mortaliū nece vindicandū detegitur, vos verò & [g] liberos Germanici, & nos parētes [h] iustis solatiis [i] adficite: simulq; illud reputate, [k] turbidè & [l] seditiosè tractauerit exercitus Piso, quæsita sint per ambitionem studia militum, armis repetita prouincia, an, [m] falsa hæc [n] in maius vulgauerint accusatores. quorū ego [o] nimiis studiis iure succēseo. nā quò pertinuit, [p] nudare corpus, & cōtrectandum vulgi oculis permittere: deferriq; etiā [q] per externos, tanquā veneno interceptus esset, si [r] incerta adhuc ista,

OBSERVATIONES

a *Aliud est, exitu alicuius lætari, & aliud eum extinxisse.*
b *Is iudex rectè iudicare dicitur qui in cognitione nihil præter ius, æquumque spectat; atque ad tribunal affert animum integrum, non præiudicatum. nam, vt Cic. ait, tantum opinio præiudicata potest, vt etiam sine ratione valeat autoritas.*
c *Non potes lætari morte filij, aut propinqui mei, quin idem luctu læteris meo.*
d *Eum odisse debeo, qui morte propinqui mei, luctuque meo lætatur.*
e *Sciendum est, principis personam duobus modis considerari. nam aut est publica, aut priuata: hinc fit, vt pleraque princeps agat tanquam princeps, hoc est, caput reip. & multa ceu priuatus. Quæ cùm ita sint, non statim amicus aut inimicus principis, idem socius & amicus, aut inimicus, & hostis reip. iudicari debet; vt distinguenda sit causa publica à priuata. hinc manarunt prudentissima illa Tiberij verba, odero, seponamque à domo mea, & priuatas inimicitias, non principis vlciscar.*
f *Neque princeps, neque magistratus debet abuti ea, quam obtinet, autoritate ad priuatas inimicitias vlciscendas; & ad ea confundenda quæ ratio, & lex iubent esse distincta.*
g *Primus gradus cognationis est liberorum, secundus parentum, & sic deinceps.*
h *Iusta solatia parentum, & liberorum dicuntur illa quæ fiunt in vltionem cæsorum.*
i *Princeps ipse si qua in re læsus est, quæ tamen causa, nullo pacto complectitur remp. in eo posita principis persona, legum, Senatus, ac magistratuum auxilium implorare debet.*
k *Non qui studia exercitus, qua re maximè potest, parat, protinus maiestatis postulari potest. Sed si ea res in iudicium venit, iudex reputare debet, an reus turbidè, & seditiosè tractauerit exercitus, & an quæsita sint per ambitionem studia militum, & cætera de eodem genere.*
l *Qui turbidè, & seditiosè tractat exercitus, per ambitionem quærit studia militum, quod potest, & debet iure, & æqua disceptatione, id mault armis patrare, is haud dubiè turbas, ac tumultus bellicos molitur, ac proinde capitis damnari, ceu reus maiestatis rectè potest.*
m *Illud falsum est, quod aut omnino non, vti dicitur, est, aut si est, in maius elatum est.*
n *Hic est mos sycophantarum, vt falsa in maius vulgent.*
o *Omnibus in rebus diligenter cauendum est, ne quid nimio studio facere videamur. nam etsi iusta de causa alicuius rei propugnatio à nobis suscepta est, si tamen non æquitate, sed studio ducimur, id, quicquid est, non modò laudi nobis non ducitur, sed & vitio verti meritò potest. Siquidem omnia non tam ad euentum, quàm ad consilium referri oportet.*
p *Cædes facta, aut aliquo vi veneni sublato, priùs quàm causa cognita sit, prudens magistratus nunquam patietur corpus nudari, & contrectandum vulgi oculis permittere.*
q *Diligenter cauendum est, ne quibus laboramus vitiis, ea per externos differantur, ne iis ludibrio simus, quibus nostra mala cognita sunt.*
r *Quæ adhuc incerta, & scrutanda sunt, ea pro certis, planeque perspectis vulgare, nimiæ temeritatis est.*

& scru-

& scrutanda sunt? [a] Defleo equidem filium meum, semperque deflebo: sed [b] neque reum prohibeo quò minùs cuncta proferat, quibus innocentia eius subleuari, aut si qua fuit iniquitas Germanici, coarguit possit: vosque oro, ne, [c] quia dolori meo causa connexa est, [d] obiecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos [e] propinquus sanguis, aut fides sua patronos dedit, quantum quisque [f] eloquentia & cura valet, iuuate periclitantem. Ad eundem laborem, eandem constantiam accusatores hortor. Id solùm Germanico [g] super leges præstiterimus, [h] quòd in curia potiùs quàm in foro, apud senatum, quàm apud iudices de morte eius anquiritur. cætera pari modestia tractentur. nemo Drusi lacrymas, nemo mœstitiam meam spectet, [i] nec si qua in nos aduersa finguntur. Exin biduum criminibus obiiciendis statuitur, [k] vtque sex dierum spatio interiecto reus per triduum defenderetur. Tum Fulcinius vetera & [l] inania orditur, ambitiosè, auareque habitam Hispaniam. quod neque conuictum noxæ reo, si recentia purgaret: neque defensum [m] absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis. Post quem Seruæus, & Veranius, & Vitellius consimili studio, sed multa eloquentia Vitellius, obiecere: odio Germanici, & rerum nouarum studio, Pisonem vulgus militum [n] per licentiam & sociorum iniurias eò vsque corrupisse, vt [o] parens le-

OBSERVATIONES.

a *Pietate iubetur filius deflere patrem, & contra.*
b *Nunquam reus est prohibendus, quominus cuncta proferat, quibus innocentia eius subleuari, aut siqua aduersarij iniquitas est, coargui possit.*
c *Ea iudex integritate esse debet, vt, neutram in partem inclinet; neque cuiusquam, ac ne principis quidem dolore, ac suo ipsius, ac lachrymis commoueatur.*
d *Is verè iniquus iudex dici potest, qui obiecta crimina pro adprobatis accipit.*
e *Duabus potissimùm de causis patrocinium rei suscipimus; aut ob propinquitatem sanguinis; aut ob fidem illi datam, & amicitiæ iura.*
f *Præcipuum munus eloquentiæ est, iuuare periclitantes.*
g *Ne ipsis quidem principibus quidquam super leges præstari debet.*
h *Cùm forum ordinarium mutatur, id est, cuius iudicis eius, qua de agitur, rei, cognitio esse debet, eo posthabito, tota lis ad aliud tribunal transfertur, cui id datur, id ei supra leges præstari dicitur. nemini certè hoc concedi, nisi grauissimas ob causas, debet.*
i *Princeps multis de causis, debet palam ostendere, se nihil eorum, quæ in se dicuntur, ignorare.*
k *Cùm defensio sit fauorabilior accusatione, plus temporis reo ad meditandam causam, quàm accusatori ad accusandum datur.*
l *Actor priusquam ad accusandum accedat, debet secum reputare, an, quæ obiecturus est, crimina noxæ reo futura sint. nempe, is est ineptus accusator, qui ea opponit reo, quorum etsi crit conuictus, ei tamen noxæ esse non possunt.*
m *Ea reus defendere, ac purgare debet, ex quibus oritur absolutio. cætera sunt inania.*
n *Cùm militia in lasciuiam vertitur, satis constat, militarem disciplinam corrumpi. ideo is imperator qui militibus hactenus indulget, vt hi nimia licentia, otio, & populorum iniuriis lasciuiant, tanquam corruptor disciplinæ militaris postulari potest.*
o *Paria sunt, laudari à deterrimis, & vituperari ab optimis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gionum à deterrimis appellaretur: contrà. in [a] optimum quẽque, [b] maximè in comites & amicos Germanici sæuisse: postremò ipsum [c] deuotionibus & veneno peremisse: sacra hinc & immolationes nefandas ipsius atque Plancinæ: [d] petitam armis Remp. vtque [e] reus agi posset, acie victum. Defensio in cæteris trepidauit. nam neque ambitionem militarem, neque prouinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduersum imperatorem inficiari poterat. solum veneni crimen visus est diluisse. Quod ne accusatores quidem satis firmabant, in conuiuio Germanici, cum super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos arguentes. [f] quippe absurdum videbatur, inter aliena seruitia, & tot astantium visu, ipso Germanico coram id ausum. Offerebatque familiam reus, & ministros in tormenta flagitabat. Sed iudices per diuersa implacabiles erant: [g] Cæsar ob bellum prouinciæ inlatum; Senatus, nũquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. [1] scripsissent exposturantes: quod haud minùs Tyberius quàm Piso abnuere. Simul populi ante curiam voces audiebantur, [h] non temperaturos manibus, si patrum sententias euasisset, effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias, ac diuellebant, [i] nî iussu principis protectæ, repositæque forent. Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis deductus est: vario rumore, custos salutis, an mortis exactor sequeretur. Eadem Plancinæ inuidia, maior gratia, [k] eoque ambiguum habebatur quantum Cæsari in eam liceret.

1. hic multa desiderantur.

OBSERVATIONES.

a *Paria sunt fouere deterrimos & sæuire in bonos.*

b *Contumacem seditiosum, aut hostilem animum satis nudat is, qui in comites, aut amicos principis, aut filij eius sæuit.*

c *Non est nouum, neque inauditum, homines deuotionibus, & veneno peremptos esse; atque ad eam rem sacra, & immolationes nefandas esse adhibitas.*

d *Qui vi, & armis cum locum occupare studet, vnde ab eo, penes quem summum ius, & potestas eius rei fuit, deturbatus est, is armis remp. petere dicitur, ac maiestatis accusari potest.*

e *Is etiam maiestatis reus videri potest, qui vt criminis cuius accusatus erat, reus agi posset, acie vinci debuit. in eo, scilicet, videtur esse spreta maiestas principis, quòd ad iudicem vocatus non prius venit, quàm vi in ius tractus est.*

f *Non est verisimile quenquam eò dementiæ deuenisse, vt, principe ipso præsente, & multorum adstantium visu, interque ipsius principis seruitia, & ministros, cibos, qui principis mensæ apponuntur, inficere audeat.*

g *Quæcunque aduersus remp. fiunt, in his princeps implacabilis esse, nihilque omittere, quominus in turbarum authores seuere animaduertat, debet.*

h *Quid cuique formidabilius accidere potest, quàm furori concitatæ multitudinis, nullam excusationem admittentis obijci?*

i *Princeps nunquam debet indulgere insaniæ, & furori concitatæ multitudinis. hanc ob causam singula, quæcunque tandem illa sunt, quæ populus solo furore actus audet, reprimere, suamque autoritatem interponere debet, vt, quod ille fortè aut trahit, aut diuellit, ipsius iussu protegatur, & reponatur. quippe, nihil magis reip. perniciosum est, quàm plebem furoribus, & seditionibus fuescere, easque prospero euentu corroborari.*

k *Cui princeps nimia beneuolentiæ significatione indulget, in hunc haud sanè multum ei licet.*

Atque

atque ipsa [a] donec [1] mediæ Pisoni spes, sociam se cuiuscunque fortunæ, &, si ita ferret, comitem [2] exitij promittebat. vt secretis Augustæ precibus veniam obtinuit, [b] paulatim segregari à marito, diuidere defensionem cœpit. Quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus [c] filiis durat mentem, senatumque rursum ingreditur: redintegratamque accusationẽ, infensas patrum voces, aduersa & sæua cuncta perpessus, nullo magis exterritus est, quàm quòd Tyberiũ siue miseratione, siue ira, [d] obstinatum clausumque vidit, ne quo adfectu perrumperetur. Relatus domum, tã quam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque & liberto tradit. Tum [e] solita curando corpori exequitur. Dein multam post noctem, egressa cubiculo vxore, operiri fores iussit: & cœpta luce perfosso iugulo, iacente humi gladio, repertus est. Audire me memini ex senioribus, visum sæpiùs inter manus Pisonis libellum, quem ipse [f] non vulgauerit: sed amicos eius dictitauisse, [g] literas Tyberij, & mandata in Germanicum contineri: ac destinatum promere apud patres, principemque arguere, ni [h] elusus à Se-

1. dubiæ. 2. magis placet exitij.

OBSERVATIONES.

a *Est genus hominum, qui donec amicorum periclitantium mediæ sunt spes, se eis, ne si vita quidem ponenda sit, vnquam defuturos audacter magnis pollicentur, quàm postea, cum verba ad rem conferri opus est, constanter fidem seruant, nam statim vt miseros fortuna deseruit, hem, ab illis ipsis, quos officij, fidei, pietatis meminisse æquum fuit, deseruntur.*

b *Qui ideo est in periculo quia causam habet coniunctam cum eo, cui omnes sunt infensi, is suæ saluti ex regiè prospexerit, si ab illo segregabitur, suamque causam & defensionem ab illius causa, & defensione diuidet. contra reus consulte faciet, si suam causam & defensionem consociabit cum causa & defensione illius, qui apud principem plus potest, quàm ipse.*

c *In maximis nostris periculis nunquam, ea omnia nobis aduersantur, animum despondere, sed mentem durare, eaque quæ pertinent ad nostram defensionem singula proferre debemus, ne nobis ipsi in summo discrimine, rebusque nostris dubijs defuisse videamur.*

d *In iudicijs & princeps, & magistratus ita debet esse clausus, vt, non ira, non miseratio in ipso deprehendatur: nullo denique affectu perrumpi possit.*

e *Cui certum est, sibi manus afferre, id adeò dissimulat, vt, nihil minus in animo, quàm tale facinus habere videatur.*

f *Constantis, vereque amici hominis est, ea, vel in ipso vitæ discrimine, nunquam enunciare, aut prodere, quæ vulgata magnum dedecus, & ignominiam, atque adeò periculum amico creare possunt.*

g *Nunquam princeps debet committere vt quicquam suâ manu scribat, quod non idem in concione, si res postulabit, legi rectè possit. at occulta mandata sæpiùs dari necesse est, fateor. Sed negò ea scripto magis, quàm verbis contineri debere. nempe, hoc principi ante oculos semper esse debet, ne cuius sceleris argui possit. quòd siquid fortè scriptis commendandum est, ita, scilicet, scribi debet, vt aliam in partem, quàm princeps ipsa re voluit, ab iis accipi, quorum in manus fortasse eiusmodi scripta venient, possit.*

h *Si princeps nefarij alicuius facinoris ab aliquo argui potest, hunc aut variis promissis eludat; aut alio pacto, pro ratione temporis, sibi ita prospiciat, vt id, quicquid est, enunciari nunquam possit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

iano per vana promissa foret: nec illum sponte extinctum, verùm [a] immisso percussore: quorum neutrum adleuerauerim. [b] neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad iuuentam durauerunt. [1] Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam apud senatum; crebrisque interrogationibus exquirit qualem Piso diem supremum, noctemque exegisset. Atque illo pleraque sapienter, quædam incõsultiùs respõdẽte, recitat codicillos à Pisone in hunc fermè modum compositos: [c] Cõspiratione inimicorum & inuidia falsi criminis oppressus, quatenus veritati & innocentiæ meæ nusquam locus est, deos immortales testor, vixisse me Cæsar cum fide aduersum te, neque alia in matrem tuam pietate: vosque oro [d] liberis meis consulatis, ex quibus Gn. Piso qualicũque fortunæ meæ [e] non est adiunctus, cùm omne hoc tempus in vrbe egerit. M. Piso repetere Syriam dehortatus est. atque [f] vtinã ego potiùs filio iuueni, quàm ille patri seni cessisset. eò impensiùs precor ne meæ prauitatis pœnas innoxius luat. [g] Per quinque & quadraginta annorum obsequium, per collegium consulatus quondam diuo Augusto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quicquam post hæc rogaturus salutem infelicis filij rogo. De Plancina nihil addidit. Post quæ Tyberius adolescentem crimine ciuilis belli purgauit: patris quippe [h] iussa, nec potuisse filium detrectare: simul nobilitatem domus, etiam ipsius, [i] quoquo modo meriti, grauem casum miseratus. Pro Plancina [k] cum pudore & flagitio distulit, matris preces obtendens: in quem optimi

1. hic deest aliquid.

OBSERVATIONES.

a *Hinc discant illi, quibus nihil est prius, quàm exequi scelesta principum mandata, quos Tacit. lib. 14 rerum atrocium, & grauiorum facinorum ministros appellat: Principem non magis esse autorem scelesti mandati, quam aliquando fore exactorem eius pœnæ, quæ debita est illi ipsi sceleri, cui patrando promptiùs, quam par est, scelestam ei operam præstiterunt.*

b *Quemadmodum historiæ scriptor diligenter cauere debet, ne audaci affirmatione falsa pro veris tradat; ita quoque in maximis momenti rebus minimè occulere debet eos rumores, qui longo temporis spatio percrebuerunt.*

c *Non est nouum, innocentes conspiratione inimicorum, & inuidia falsorum criminum oppvimi, id cùm accidit, neque veritati, neque innocentiæ vsquam locus esse dicitur.*

d *Parentes, vel in ipso vitæ discrimine, plus de filiorum, quàm de sua ipsorum salute solliciti sunt.*

e *Non est æquum, filios innoxios paternæ prauitatis pœnas luere.*

f *Sæpissimè accidit, vt filys iuuenibus patres parere æquius omnino sit, quàm filios patribus cedere.*

g *Efficaces haud dubiè redduntur preces nostræ commemoratione earum rerum, quæ nobis cum illo quem rogamus, communes aliquando fuerunt.*

h *Quod peccatum ab eo filio commissum est, qui iussa patris detrectare non potuit, venia potiùs dignum, quàm supplicio videtur esse vindicandum: siquidem vix fieri potest, vt filius defugiat autoritatem patris.*

i *Amplissimorum hominum, etiam quoquomodo meritorum graues casus miserari solemus.*

k *Nocens nisi cum pudore, & flagitio à sciente defendi potest.*

iusq;

cuiusque [a] secreti questus magis ardescebant. [b] Id ergo fas auiæ, interfectricẽ nepotis aspicere, adloqui, eripere senatui. quod pro omnibus ciuibus leges [1] obtineant, vni Germanico non contigisse. Vitellij & Veranij voce defletum Cæsarem: ab Imperatore, & Augusta defensam Plancinã. [c] proinde venena, & artes tam feliciter expertas [2] verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque auiam, ac patruum sanguine miserrimæ domus exatiaret. Biduum super hæc [d] imagine cognitionis absumptum, vrgente Tyberio liberos Pisonis matrem vti tuerentur. Et cum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, [e] miseratio, quàm inuidia augebatur. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta consul (nam referente Cæsare magistratus eo etiam munere fungebantur) [f] nomen Pisonis radendum [g] fastis censuit: partem bonorum publicandam, pars vt Gn. Pisoni filio concederetur, isque [h] prænomen mutaret. M. Piso exuta dignitate, & accepto quinquagies sestertio in decem annos [3] relegatur, concessa Plancinæ incolumitate, [i] ob preces Augustæ. Multa ex ea sententia [k] mitigata sunt à principe: ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonij, qui bellum patriæ [4] fecisset, Iulij Antonij, qui domum Augusti violasset, manerent: & M. Pisonem ignominiæ

1. vt plectatur qui hominem interfecerit.
2. Plancinæ.
3. lego, relegatur.
4. & hostis à senatu iudicatus esset.

OBSERVATIONES.

a *Quæ ita secreta sunt, vt erumpere non possint, hæc haud dubiè magis ardescunt.*

b *Neque parentibus, neque propinquis illius, qui interfectus est, fas est, interfectorem aspicere & alloqui: cùm potiùs mortem defuncti vindicare eos æquum sit.*

c *Quàm sæpissimè accidit, vt, qui gladios, venena, malas artes fæliciter, id est, ex animi sui sententia in alicuius perniciem expertus est, nullo metu pœnæ flagitijs cumulet flagitia, quando prima proruperunt.*

d *Imago cognitionis dicitur, cùm totum iudicium, quasi de causa cognoscatur, variis artibus eluditur.*

e *Vel deterrimi cuiusque indefensi summum periculum post inuidiam parit miserationem.*

f *Pœna illius, qui multa flagitiose in principem, & in remp. commisit, talis esse potest, vt, præter mortem, pars bonorum publicetur; pars filiis, si illustres sunt, concedatur; horum nullus prænomen habeat patris. quòd siquis ex his culpæ paternæ affinis est, si ei vita conceditur, exuta, si quam fortè obtinet, dignitate, accepto vnde ægre, & miserè viuat, aut ad tempus, aut in perpetuum relegetur. at verò patris nomen fastis, actisque publicis omnino radatur. His & illud addi potest, quod hodie vsitatum est, vt damnati imagines & insignia deleantur.*

g *In rep. bene constituta, aut in domo principis quicquid agitur, id scriptis diurnis mandari, multis de causis, debet.*

h *Nomina, & prænomina quemadmodum sæpe ex præclaris facinoribus originem trahunt, ita quoque non est mirum, ob flagitia amitti.*

i *Mulierum preces apud propinquos, nempe, matris apud filium, vxoris apud maritum, sororis apud fratrem quàm efficacissimas esse, sæpius, experientia duce, cognitum est.*

k *Iudicis est, nocentem, quamuis magnum, & potentem hominem, condemnare. principis verò non quidem eum eximere supplicio, sed sententiam (quod sine damno reip. fieri possit) mitigare: potissimùm cùm id exemplo facere potest: hinc sanè clementiæ laudem, quæ maxima est, adipiscetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemit, concessitq; ei paterna bona,[a] satis [1] firmus, vt sæpe memorauí, aduersum pecuniã, & tum pudore absolutæ Plãcinæ [b] placabilior. Atq; idẽ cùm Valerius Messalinus signum aureum in æde Martis Vltoris, Cæcina Severus aram Vltioni statuendam censuissent, prohibuit: ob [c] externas ea victorias sacrari dictitans; [d] domestica mala tristitia operienda. Addiderat Messalinus, Tyberio, & Augustæ, & Antoniæ, & Agrippinæ Drusoque, ob vindictam Germanici, [e] grates agendas, [f] omiseratque Claudij mentionem: & Mesalinum quidem L. Asprenas senatu coram percunctatus est, an prudens preteriisset? ac tum demum nomen Claudij adscriptum est. Mihi quantò plura recentium, seu veterum reuoluo, tantò magis [g] ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obuersantur. Quippe fama, spe, veneratione potiùs omnes destinabantur imperio, quàm quem futurum principem fortuna [h] in occulto tenebat. Paucis post diebus Cæsar autor senatui fuit, Vitellio, atque Veranio, & Seruæo [i] sacerdotia tribuendi. Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, mo-

OBSERVATIONES.

a *Non minima hæc est laus principis, vt sit firmus aduersus pecuniam priuatorum, etsi ea fisco addicta est. Sed quotusquisque principum hodierno die hoc sibi persuadet? certè non pauci sunt, quibus ita videtur, omnem principatus vim eò referri oportere, vt priuatos fortunis euertant. idque adeò vt summam fortunam in auaritia, & rapacitate constituant.*

b *Si te placabilem præbes nocentiori, cur item veniam non des ei, qui non tantum pœnæ supplicique meritus est?*

c *Hoste debellato, signa, aræque statuuntur Marti Vltori, & Vltioni.*

d *Alia est ratio externorum bellorum, & alia malorum domesticorum. quippe illis confectis causa est, quapropter lætemur; eamque rem, quibus maximè possumus, præclaris monimentis æternitati commendemus: nempe, vt posteritas intelligat, iisdem sibi virtutis, gloriæque vestigiis insistendum esse. at verò mala domestica, bellaque ciuilia luctu & tristitia, atque adeò perpetua obliuione operienda sunt; tantum abest, vt, bello ciuili confecto, signa, aræque ad perpetuam malorum intestinorum memoriam statui debeant.*

e *Cùm interest reip. facinorosos homines è medio tolli, tum verò præcipuè cùm tales sunt, ex quibus maxima damna in Remp. proficisci poterant, per quos id factum est, iis grates publicè agi debent.*

f *Diligenter cauendum est, ne quid peccetur in necessaria, & publica principalium nominum commemoratione, ne quis propinquorum principis forte præteritus, aut alio, quàm quo oportuit loco nominatus offendi merito possit.*

g *Ecquod tandem negotium est, in quo non ludibria rerum humanarum nobis ob oculos obuersentur? certè experientia doceri possumus, ea quæ modò summa fuerunt, breuibus momentis verti posse; eaque quæ pro nihilo habentur, interdum deprehendi esse maxima.*

h *Neque nouum, neque inauditum est, quàm sæpissimè a fortuna in occulto teneri eos, qui principes, atque adeò reges maximarum prouinciarum, contra omnium spem, & expectationem ab ipsa destinantur. huius rei illustria testimonia non modò ex antiquitate peti, sed hodierno die luculenter conspici possunt.*

i *Eos quorum studio, diligentia, & opera ingens aliquod malum è rep. sublatum est, præmiis à principe donari debere satis constat.*

nuit,

nuit ne [a] facundiam violentia præcipitaret. Is finis fuit vleiscenda Germanici morte, non modò apud illos homines, qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactata. [b] Adeò maxima quæque ambigua sunt; alij quoquo modo audita pro compertis habent; alij vera in contrarium vertũt; & gliscit vtrunque posteritate. At Drusus vrbe egressus, repetendis auspiciis, mox ouans introiit. Paucosque post dies Vipsania mater eius excessit, vna omnium Agrippæ liberorũ miti obitu. Nam cæteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno aut fame extinctos. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum à Camillo memoraui, bellum in Africa renouat: [c] vagis primùm populationibus & ob pernicitatem inultis: dein vicos exscindere, trahere graues prædas: postremò haud procul Pagyda flumine cohortem Romanam circunsedit. Præerat castello Decrius [1] impiger manu, exercitus militia, & illam obsidionem [d] flagitij ratus. Is cohortatus milites, vt copiam pugnæ in aperto facerent, aciem pro castris instruit. Primoque impetu pulsa cohorte, promptus inter tela [e] occurrat fugientibus, increpat signiferos, quòd [2] inconditis, aut desertoribus miles Romanus terga daret. [Simul excepta vulnera.] Et quanquam transfosso oculo, aduersum os in hostem intendit, neque prælium omisit, donec desertus à suis caderet. Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta, [f] magis dedecore suorum, quàm gloria hostis anxius, raro ea tempestate, & è vetere memoria facinore, [g] decumum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos

1. Sallust. dicit manus premunt, in contrar. Caninæ.

2. sic lib. 4. hist. magnamque & inconditam populatorum turbam in Sequanos rapit, ubi quoque locus est mollis.

OBSERVATIONES.

a *Periculosum est violentia præcipitare facundiam: hoc est; truci eloquentia promptum esse aduersus insontes; siquidem potius facundiæ quisque ad opem ferendam periclitantibus vti debet.*

b *Quid obsecro te, affirmare audes, cùm maxima & illustria quæque, nempe, illa quæ in maxima luce versantur, ambigua sint; hoc est, huc illuc, pro cuiusque ingenio, trahantur? Siquidem est genus hominum leuissimorum sanè, qui quoquomodo audita pro compertis habent: alij vani & mendaces vera in contrarium vertunt; & gliscit vtrumque posteritate; quippe, cùm vtrumque posteritati tradatur, tam falsa, quàm vera tempore corroborantur & intenduntur.*

c *Rerum nouarum autor, idemque belli concitor, primò est merus populator, spemque in pernicitate tantummodo repositam habet; dein audet alia hostilia; nempe, vicos exscindere, & trahere graues prædas: postremò multitudine auctus ad hostem accedit.*

d *Bonus dux belli flagitium se facere existimat, si se ab latronibus obsideri patitur.*

e *Ille mihi est optimus dux belli, qui inter tela fuga fugientibus occurrat, eosque quòd terga hosti dant, acerbè increpare audet. postremò etsi est vulneratus, aduersum tamen os in hostem intendit; nec, destitus à suis, quoad ei vires sufficiunt, prælium omittit.*

f *Vir præclarus, si forte ab ignauissimis hominibus, atque adeò ab latronibus, ac desertoribus est victus, non tam gloriæ hostis, quàm suo dedecore est anxius.*

g *Dedecus in pugna ob solam militum ignauiam contractum ipsorum supplicio est vindicandum. sic Liu. lib. 2. hist. ab vrb. con. de Appio Claudio loquens; centuriones, duplicariosque qui reliquerant ordines virgis cæsos securi percussit. cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse necat. Tantumq; [a] seueritate profectum, vt vexillum veteranorum non amplius quingenti numero eosdem Tacfarinatis copias præsidium, cui Thala nomen, adgressas fuderint. quo prælio Rufus Heluius [b] gregarius miles seruati ciuis decus retulit, donatusq; est ab Apronio torquibus & hasta. Cæsar addidit [c] ciuicam [c] coronam, quòd non eam quoque Apronius [d] iure proconsulis tribuisset, questus magis, [e] quàm [e] offensus. Sed Tacfarinas, perculsis Numidis, & obsidia aspernantibus spargit bellum, vbi instaretur cedens, ac rursum in terga remeans. & dum ea ratio barbaro fuit, [g] inritum, fessumque Romanum impune ludificabatur. Postquam deflexit ad maritimos locos, [h] inligatus præda, statiuis castris hærebat. missuque patris Apronius Cesianus cum equite, & cohortibus auxiliariis, quis velocissimos legionum addiderat, prosperam aduersus Numidas pugnam facit, pellitque in deserta. At Romæ Lepida, cui super Æmyliorum decus L. Sulla, ac Gn. Pompeius proaui erant, defertur [i] simulauisse partum ex P. Quirinio diuite atque orbo. adiiciebatur adulteria, venena, quæsitumque per Chaldeos in [k] domum Cæsaris, defendente ream [l] Manio Lepido fratre. Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, [l] quamuis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haud facilè quis despexerit illa in cognitione mentem princi-

OBSERVATIONES.

a *Ignauus miles nonnisi seueritate ducis corrigi potest; quæ sanè post ignominiam acceptam adeò est necessaria, vt alij pœna exemplaque exterriti nunquam sibi prius satisfaciant, quàm quicquid cladis, ignominiæque acceptum est, id præclaro aliquo facinore aboleatur.*

b *Et ipsius gregarij militis præclarum facinus præmio, & remuneratione dignum est. quippe æqua omnibus est virtus; apud quam nulla sanè est προσωποληψία.*

c *Maius quidpiam est, donari corona, quam torque, & hasta.*

d *Proconsul omnia dona militaria iure suo tribuere cui videtur potest.*

e *Non semper qui queritur aliquid non esse factum, eo ipso quòd non est factum, offensus est.*

f *Vir prudens nunquam ea omnia sibi arrogabit quæ sua esse videri possunt, præcipuè si rem habet cum principe suspitioso, eoque qui omnibus in rebus id agit, vt cuncta ad se trahat. quippe præstat modestè in his versari, quam quicquam committere, quo princeps offendi possit. Quod si vtrimque periculum est, ne peccetur, equidem in illam partem peccare malim, quæ nimiæ, vt ita dicam, modestiæ adscribi, quàm in illam, quæ nonnisi ad temeritatem referri potest.*

g *Latro, merus populator, & is, cui tales sunt copiæ, vt in acie aduersus hostem consistere non audeat, nunquam quicquam è re sua faciet, si obsidionibus tempus teret; sed quicquid ipse præstare potest, illud, scilicet, est, vt bellum spargat; vbi sibi instari videbit, cedat; ac rursum in terga remeet. hoc sanè pacto, hostem licet potentissimum, irritum fessumque redditum impune ludificari poterit.*

h *Multi vincere potuerunt, si non prædam sectantes, aut ea iam illigati se ipsos quasi sponte hostibus tradidissent.*

i *Simulare partum qui non sit, est crimen atrox, atque adeò legibus vindicandum.*

k *In maiestatis postulari potest, qui per maleficos, aut veneficos insidiatur domui principis.*

l *Quamuis infamis & nocens, si miseriis & calamitatibus opprimitur, etiam eos, qui ipsi infensi sunt, adducere ad misericordiam potest.*

pis

pis: [a] adeò vertit, ac miscuit iræ & clementiæ signa, deprecatus primò senatum ne maiestatis crimina tractarentur. Mox M. Seruilium è consularibus, alioſque testes inlexit ad proferenda quæ velut reticere voluerat: idemque seruos Lepidæ, cùm militari custodia haberentur, transtulit ad consules: neque per tormenta interrogari passus est de his quæ ad domum suam pertinerent. Exemit etiam Drusum consulem designatum dicendæ [b] primo loco sententię. quod alij ciuile rebantur, ne cæteris adsentiendi necessitas fieret. quidam ad sæuitiam trahebant; neque enim cessurum, nisi damnandi officio. Lepida ludorum diebus qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris fœminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens, ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta & adstantes imagines visebantur, [c] tantum misericordiæ permouit, vt effusi in lachrymas [d] sæua & detestanda Quirinio clamitarent, cuius senectæ atque orbitati & obscurissimæ domui destinata quondam vxor L. Cæsari, ac diuo Augusto nurus, dederetur. dein tormentis seruorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellij Blandi, à quo aqua atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit. quanquam alii mitiùs censuissent. mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, [e] ne bona pu-

OBSERVATIONES.

a *Si quis maiestatis ita accusatus est, vt crimen domum, aut personã principis respiciat, in tota illa cognitione princeps modeste se gerere, aut saltem moderationem simulare debet. nec tamen autor illi sum, vt totam rem, accusationemque tollat; sed dico, callidum principem, exemplo Tiberii, ita in huiusmodi rebus versari debere, vt misceat iræ, & clementiæ signa. Nam hoc pacto crimen nihilominus impunitum erit: & ipse modesti principis laudem, quæ maxima est, consequetur.*

b *Vtrinque dubitari merito potest, nempe, an primo, an verò vltimo loco princeps sententiam dicere debeat. quippe, si primus sententiam dicit, cæteris necessitas assentiẽdi eo facto imposita videtur. si vltimo loco, videtur omnino id ratum esse velle quod censuit, neque se cessurum, nisi id fiat, quod vult. Hæc cum ita sint, distinctionem hanc adhiberi oportere puto. Nam aut princeps verè dubitat quid facto opus sit. id quod si est, quæ res agitur, de ea senatorum sententias exquirere, nec prius huic, aut illi assentiri debet, quàm singulos attentè audiuerit. tali re, nonnisi vltimo loco, quam in partem ipse inclinet, palam facere debet. Quòd si non dubitat, sed iam apud se ipse quid fieri velit, statutum habet, solumque senatus moratur assensum, haud dubiè primus ita censere debet, vt in sententiam ipsius fiat senatusconsultum. Postremò hoc addo, quod à prudentissimis principibus factitatur, principẽ, in rebus arduis, elicere debere sententiam suorum consiliariorum; seque interim sustinere, hoc est, nec primo nec vltimo loco censere, sed ipsa re id, scilicet, sequi quod post singulorum sententias plane perspectas, optimum facto, magisque in rem suam videbit esse.*

c *Insignis nobilitas, & claritudo maiorum, quorum statuæ, & imagines, publicis in locis etiam conspiciuntur, non parua sunt incitamenta miserationis erga afflictum, & calamitosum in ea familia natum si veluti in auxilium publicè ab eo vocantur.*

d *Quamuis matrimonium quod contrahitur cum nobilissima fœmina viro interdum sit decus, ac robur ad maiora nitenti; tamen sæpius accidit, vt, qui ipse obscurus vxorem ducit clarissimo genere prognatam, miris se difficultatibus irretitum videat. Nam si vxoris improbitatem iudicio, aliaue ratione vlcisci forte volet, dictum, ac factum opponentur ei sordes, ceu indigno, qui illam, qualiscunque est, vxorem habeat.*

e *Cui aqua, & igni interdicitur bona publicantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

blicarentur. Tum demum aperuit Tyberius compertum sibi etiam ex P. Quirinii seruis, veneno eum à Lepida petitum. At enim haud multùm distanti tempore Calpurnii Pisonem, Æmylii Lepidam [1] amiserant. Solatio adfecit D. Sillanus Iuniæ familiæ redditus. Casum eius paucis repetam. Vt valida diuo Augusto in Rempub. fortuna, ita domi [a] improspera fuit, ob [b] impudicitiam filiæ ac neptis, [c] quas vrbe depulit, adulteroſque earum morte aut fuga puniuit. Nam [d] culpam inter viros ac fœminas vulgatam graui nomine [e] læsarum religionum, ac [f] violatæ maiestatis appellãdo, clementiam maiorum, [g] suasque ipse leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, simul cætera illius ætatis memorabo, si [h] effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. D. Sillanus in nepti Augusti adulter (quanquam non vltra foret æquitum, quàm vt [i] amicitia Cæsaris prohiberetur) [k] exilium sibi demonstrari [l] intellexit. nec nisi Tyberio imperitante deprecari senatum, ac principem ausus est, M. Sillani fratris potentia, qui per insignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat. Sed Tyberius grates agenti Sillano patribus coram respondit, [m] se quoque lætari quòd frater eius è [l] peregrinatione longinqua reuertisset, idque iure licitum, quia non senatusconsulto, non lege pulsus foret: sibi tamen aduersus eum [m] integras parentis sui offensiones: neque

1. vtrumque in duos.

a. perfectilasis ad quæ animũ adieci.

f. sic lib. 6. de Blæsis, Quod signum mortis intellexere, & exerti sunt.

OBSERVATIONES.

a *Nunquam cuiquam fortuna vbique est bona. cui enim illa in rebus publicis est valida, domi plerunque est improspera.*

b *In familiam illustrem, atque adeò in domum principis nulla labes turpior induci potest, quàm impudicitia filiarum, ac ceterarum fœminarum, quæ principis consanguineæ sunt. ea res, hodierno die, tanquam si non sit turpis, & infamis, negligitur in penatibus principum.*

c *Princeps impudicitiam filiarum suarum pœna, & supplicio vindicare, ipsosque adulteros audacissimos homines seuerè punire debet.*

d *Adulterium, si mollius accipias, videri potest culpa inter viros, ac fœminas vulgata: si durius, graui nomine læsæ religionis augeri potest.*

e *Cùm matrimonium inter sacra & religiones, nempe Deo teste, contrahatur, certè qui impudicitiæ labem in illud induxit, ab hoc læsas esse religiones videri rectè potest.*

f *Qui fœminas, quæ in potestate principis sunt, adulterat, is & religiones lædit, ac præterea maiestatem principis violare dicitur.*

g *In rebus alienis fortasse rectè iudicamus: in ijs verò, quæ ad nos attinent, proprijs cupiditatibus obcæcati modum tenemus nullum.*

h *Amicitia mea indignus est is, qui in familiam meam adulterium infert.*

i *Sapiens admodum est, qui cùm se grauiora meritum intelligat, quæ sibi leuior pœna demonstratur, hanc sibi ipse sponte sumit.*

k *Non solùm principis, verùm etiam cuiusuis hominis iudicium planè in eo perspicitur, si quæ coniungi debent, coniungit; quæ item distinguenda sunt, distinguit.*

l *Exilium sponte sumptum non propriè exilium, sed peregrinatio verius dici potest.*

m *Etsi iure ciuili cautum est, ne actiones ex delicto in hæredem dentur, tamen ea sententia principes non complectitur, quorum ex animo vix vnquam delentur offensiones parentum, graui præsertim de causa susceptæ, quinimo integræ apud eos manent, & infensi singulas vltionis occasiones captãt.*

reditu-

reditu Sillani dissoluta quæ Augustus voluisset. fuit posthac in vrbe, neque honores adeptus est. Relatum deinde de [a] moderanda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes [1 incitandis 2 cælibum pœnis, & augendo ærario] sanxerat. [b] nec ideo coniugia & educationes liberûm frequentabantur, prævalida orbitate. [c] Cæterùm multitudo periclitantium gliscebat: cùm omnis domus delatorum interpretationibus subuerteretur: vtque ante hac flagitiis, ita tunc [d] legibus laborabatur. Ea res admonet, vt de principiis iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum peruentum sit, altiùs disseram. [4] Vetustissimi mortaliũ nulla adhuc mala [e] libidine, sine probro, scelere, [f] eoque sine [g] pœna aut coërcitionibus agebant: neque [g] præmiis opus erat, cùm honesta [h] suopte ingenio peterentur, & vbi nihil [i] contra morem cuperent, nihil [k] per metum vetabantur. At postquam exui [l] æqualitas,

1. forsasse hoc totum est gl. ossema.
2. ſi modò hæc iunt Taciti, lego, interpolatio hoc est, augendis.
3. hic porro annectenda illa ſera, quæ infra de hac ipſa lege dicuntur & ita legendum: vrqualitas orbitate. Accitora ex eo vincla &c. vſque ad illud, Iruamentum ſuere. deinde huc reuocanda, & ſubnectenda hæc quæ ſequuntur, cæterùm mutatis modo. Mihi in tantis tenebris deſtituto libris antiquis, nihil licet aliud, quã profere in medium hãc meã coniecturam. vt vt eſt, mira certè hic contextus immutatio eſt.
4. Vide Fabium Pictorẽ lib. 1. de aureo ſeculo: & quæ dicit, Athenæus apud Platonem dialogo 3. de legib. & Seneca epiſt. 91.

OBSERVATIONES

a *Quæ duriter à maioribus instituta sunt, ea moderanda esse ratio, & communis vsus suadent.*

b *Interest reip. ad impediendam orbitatem, vt coniugia, & educationes liberûm frequententur.*

c *Vix dici potest, quàm sit periculosa multiplex, ac diuersa legum interpretatio; siquidem non quid lex iubet, sed quicquid maleuolo & iniquo legum interpreti collibitum est, attenditur. porrò eum in locum res interdum redit, vt, non minus legibus, quàm flagitiis laboretur, hoc est, non minùs periculosum sit, esse obnoxium tam variæ legum interpretationi, quæ pro cuiusque arbitratu fit, & qua multæ domus subuertuntur, quàm committere flagitia, quorum olim tantùm pœnæ dabantur. Ea re nihil princeps reip. cõducibilius facere potest, quàm si infinitam hãc legum multitudinem resecet. hoc Iustinianus frustra tentauit; cùm hodie non tam legibus, quàm fœda legum laceratione laboremus. quippe plus glossarum, plus consiliorum, plus decisionum, plus est lecturarum, quàm olim muscarum cum caletur.*

d *Hi sunt gradus peccati; libido aliena rapiendi, hinc ad probra descenditur, ex his oritur scelus, quo quisquis contaminari non vult, is coërceat, et comprimat eas libidines, quibus semel inquinatus animus nihil sibi turpe ducit.*

e *Pœna orta est ex delicto: quod vbi nullum est, neque pœna, neque coërcitionibus opus est.*

f *Pœna punitur admissum flagitium; coërcitione cauetur, ne admittatur, nam vt ait Plato, referente Seneca lib. 1. de ira cap. 16. nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur.*

g *Cùm præmia ideo proponantur, vt iis homines ad virtutem amplectendam incitentur, vbi honesta suopte ingenio petuntur, illorum nullus, scilicet, vsus est.*

h *Is verò est probus, qui non coactus, aut in speciem, sed suopte ingenio honesta petit.*

i *Bene viuere, est, nihil contra morem cupere.*

k *Primæ leges ex delicto natæ sunt: ex hoc metus, per quem vetantur homines quidquam cupere contra morem.*

l *Omnes virtutes vna æqualitate continentur. Nam si homines in animum inducere possent, vt æqualiter vitam agerent, haud dubiè secundum morem, hoc est, secundum naturam viueretur, quæ omnes homines pares edidit, vt est apud Arist. 1. Polit. cap. 3. vt verum sit quod Plautinus ille Leonida dicit, tam ego homo sum, quàm tu. sed vbi exuitur æqualitas ab iis, qui in ordinem vnà cum cæteris cogi non possunt, illico cedit modestia germana soror æqualitatis, & in harum locũ succedunt ambitio, & vis, ex quibus cætera mala orta sunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pro modestia ac pudore, ambitio & vis insidebat, prouenere [a] dominationes, multosque apud populos [b] æternùm mansere. Quidam [1] statum, aut postquam [c] Regum pertæsum, [d] leges [e] maluerunt. [f] Hæ primò [g] rudibus hominum animis simplices erant. maximeque fama celebrauit Cretensium.quas Minos; Spartanorum,quas [2] Lycurgus, ac mox Athenienſibus quæsitiores iam & plures [3] Solon perscripsit. Nobis Romulus,vt libitum,imperitauerat:dein [4] Numa religionibus & diuino iure populum deuinxit,repertaque quædam à Tullo & Anco:sed præcipuus [5] Seruius Tullius sanctor legum fuit, quîs [h] etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio, aduersum patrum factiones multa populus parauit, [i] tuendæ libertatis, & [k] firmandæ concordiæ : creatique decemuiri, & [l] accitis quæ [m] vsquam egregia,compositæ duodecim tabulæ, finis [n] æqui iuris.Nam secutæ [o] leges, [p] etsi aliquando in maleficos ex delicto, sæpiùs tamen dissensione ordinum,& [q] apiscendi inlicitos honores,aut pellendi

OBSERVATIONES.

a *Dominatio & inæqualitas,hoc est,diuersæ hominum conditiones,eædemque iniquæ originem ducunt ab ambitione,& vi,adeò vt,præter regium (si rex consensu gentis electus est) & politicum statum,quem Arist.1.Polit.cap.4.dicit constare ἐκ τῶν ἐλευθέρων καὶ ἴσων cætera omnia dominationis genera ideo sint illegitima,quia sunt violenta;quamuis ad illam ipsam vim parandam sit opus virtute; vt eodem loco est apud Arist.*

b *Semel parta dominatio transferri quidem ab vno ad alium,sed extingui vix vnquam potest.*

c *Rex in rep.fungitur vice legum.*

d *Non dubium est,quin sit in manu multitudinis certam aliquam reip. formam instituere: & iam institutam,si eius tædium cæpit,mutare.*

e *Leges in rep.funguntur vice regum,ac dominorum.*

f *Is mihi status verè videtur esse liber,in quo leges supremum locum obtinent.*

g *Hominibus rudibus non quæsita.sed simplicia quæque satis sunt,hinc fit,vt, quæ leges primò rudibus adhuc hominum animis latæ sunt,simplices essent: hoc est, simpliciter bene viuendi rationem differentem à vita belluarum,homines illos rudes; & duro robore natos, vt est apud Virg.docerent. hos dicit Sen.epist.91.non fuisse sapientes,quamuis eorum vita egregia fuerit,& fraude carens.quippe ignorantia rerum innocentes erant.*

h *Omnes homines,ne regibus quidem exceptis, legibus obtemperare æquum est.*

i *Qui securitati liberæ reip. optimè prospectum esse cupit, summo studio, parique diligentia debet conquirere ea,quæ pertinent ad tuendam libertatem,& ad firmandam ordinum concordiam. quorum vtrumque nulla res præstare potest, præter leges.*

k *Nullum maius bonum hominibus contingere potest,quàm concordia.*

l *Ad constituendum reip.statum,ferendaque leges ea potissimùm acciri debent, quæ vsquam gentium egregia sunt.*

m *Æquum ius dicitur illud, quod omnes in libera rep. pariter complectitur, quodque vnum in ea dominatur. Æquum ius, inquit Seneca epist. 108. est, non quo omnes vsi sunt,sed quod omnibus latum est.*

n *Legum aliæ in maleficos ex delicto oriuntur; & hæ sunt necessariæ; aliæ aut à potentioribus per vim feruntur in rep. distractæ; nempe, ad adipiscendos illicitos honores, aut à plebe seditiosa ad pellendos è rep. claros viros, & alia prauæ: cuiusmodi fuerunt agrariæ, multæque ex ijs, quæ post leges duodecim tabularum Romæ à furiosis tribunis plebis sæpiùs latæ sunt.*

claros

claros viros, aliaque ob praua per vim latæ sunt.Hinc Gracchi, & Saturnini turbatores plebis, nec minor [1] largitor nomine senatus Drusus, corrupti spe,aut illusi per intercessionem socij. Ac ne bello quidem Italico mox ciuili omissum,quin multa & diuersa sciscerentur,donec L. Sulla dictator abolitis vel conuersis prioribus,cùm pluta addidisset, otium ei rei haud in longum parauit, statim turbidis Lepidi rogationibus: neque multo pòst Tribunis reddita licentia quoquò vellent populum agitandi. Iamq; nõ modò in commune,[a] sed in singulos homines latę quæstiones, & [b] corruptissima Rep.plurimæ leges. Tum Gn. Pompeius tertiũ consul corrigendis moribus dilectus, & [c] grauior remedijs quàm delicta erant, [d] suarumq; legum autor idẽac subuersor,quæ armis tuebatur,[e] armis [f] amisit. Exin cõtinua per viginti annos discordia,[g] nõ mos,non ius,deterrima quæque impune, ac multa [h] honesta exitio fuere. Sexto demũ consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus quæ triumuiratu iusserat, [i] aboleuit,

[1] nam latiori significatu, plebi agros, cæteris cuncta, senatui iudicia permisit.

OBSERVATIONES.

a *Tum verè corrupti mores in rep. esse dicuntur, cùm non modò per vim pernicioſæ leges in commune, sed in singulos quoque homines,ambitione potentiorum feruntur quæstiones, quibus plerumque innocentia opprimitur.*

b *Corruptissima rep. plurimæ leges feruntur: hoc est, nullum maius argumentum populi corrupti esse potest, quàm multitudo earum legum,quæ latæ sunt aut ad coercenda delicta; aut ad confirmandam paucorum potentiam.*

c *Supra obseruaui magistratum nunquam debere esse grauiorem remediis,quàm sunt delicta.*

d *Haud multùm ponderis,& momenti est in iis legibus, quarum vnus, & idem lator, & subuersor est. Ideo inique principes sæpiùs queruntur, leges ab se latas in nulla esse veneratione; neque iis quenquam, nisi malo coactum, obtemperare; cum ipsi, quorum tota vita lex esse deberet, cuius ad normam cæteri suos mores componerent, multitudini viam,quam ingrediatur, monstrent, nempe, contemptum sacrarum constitutionum, quas non tam ad stabiliendam reip. securitatem, quàm ad terrorem singulorum ferunt; atque adeo iis tanquam atroci ministro, ad sæuitiam, ad omnes malas libidines,denique ad calcandam multitudinem abutuntur.*

e *Vis vi retunditur; arma armis vincuntur.*

f *Dij boni! quibus tandem in rebus non conspiciuntur ludibria rerum humanarum? Siquidem qua re maximè freti magnas res aggredimur, sæpe accidit vt illa ipsa res nobis ipsis perniciem afferat.*

g *Ne spes quidem eum reip. statum seruare potest, in quo permultos annos discordia ita grassatur, vt nulla res ad concordiam ciues reuocare possit: denique vbi non mos, non ius, sed deterrima quæque impunè ac multa honesta exitio sunt.*

h *Non mirandum est, non modò deterrima quæque, verùm etiam multa honesta sæpe iis, à quibus proficiscuntur, exitio esse. quo in loco id accidit, hoc est, vbi quicquid deterrimè egeris, impune egeris, quicquid autem præclari absolute, tuaque virtute profectum est,id fraudi tibi est, ibi certè cuncta pessum ire necesse est.*

i *Non ideo magni viri parum sibi constare dicuntur, quòd quæ antea ab se prudenter constituta sunt,mutant. quippe constantia,& permansio in sententia spectari debet ex eo,si non finis,ad quem quisque tendit,sed via, qua eò peruenire potest,mutatur. hinc fit, vt, quæ prius sapienter instituta sunt,ea interdum aboleri non leuitas,sed ratio temporum,quibus,omnibus in rebus, assentiendum est, & suadeat, & cogat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dederique iura quîs [a] pace & principe vteremur. acriora ex eo vincla, inditi custodes, & lege [b] Pappia Poppæa præmiis inducti [c] visi à priuilegiis parentum cessaretur, velut [d] parens omnium populus vacantia teneret. [e] Sed altiùs penetrabant, vrbemque & Italiam, & quod vsquam ciuium corripuerant: multorumque exciſi ſtatus, & terror omnibus intentabatur, [f] ni Tyberius ſtatuendo remedio [g] quinque conſularium, quinque è prętoriis, totidem è cętero ſenatu [h] orte duxiſſet, apud quos exoluti plerique legis nexu, modicum in præſens leuamentum fuere. Per idem tempus Neronem è liberis Germanici iam ingreſſum iuuentam commendauit patribus, vtque munere capeſſendi vigintiuiratus ſolueretur, & quinquennio maturiùs, quàm per leges Quæſituram peteret, [i] non ſine inriſu audientium, poſtulauit. Prætendebat ſibi atque fratri decreta eadem, [k] petente Auguſto. Sed neque tum fuiſſe dubitauerim qui eiuſmodi preces occulti inluderent: attamen [l] initia faſtigij Cæſaribus erant, [m] magiſque in oculis vetus mos, & [n] priuignus cum vitrico leuior neceſſitudo, quàm auo aduerſum nepotem. Additur pontificatus, & quo primùm die forum ingreſſus eſt, [o] congiarium plebi, [p] admodum lætæ quòd Germanici ſtirpem iam puberem

OBSERVATIONES.

a Is demum magnus vir eſt, qui etſi conuertit ſtatum liberæ reip. in principatum, eat tamen iura populi dat, quibus pace, & principe vti poſſunt, id eſt, quibus pax & concordia ordinum ita firmatur & conſeruatur, vt illa eadem reſp. quæ cum olim eſſet libera ciuilibus bellis confecta, nunc pace tot ætates optata fruitur principatum, cuius virtute ea parta eſt, eò vſque libenter ferat; vt mutati ſtatus eam minimè pœnitet. Certè hâc laudem Auguſtus apud Romanos, Coſmus Medicæus apud Florentinos adeptus eſt.

b Vniuerſus populus, hoc eſt, reſp. Velut communis omnium parens cenſetur. Itaque non mirum eſt, ſi cui deſunt hæredes, bona eius tanquam vacantia in ærarium publicum conferuntur. Sed lege Pappea aliud cautum erat, nempe, vt omnes defunctorum hæreditates referrentur in ærarium pop. Rom. vi dantaxat exceptis, quæ filijs deberentur; ac præter eos nemini. hinc ille terror de quo hoc loco Tacit.

c Multa principes conſtituunt in ſpeciem publicæ vtilitatis gratia, quæ reuera non alio ſpectant, quàm ad augendum ærarium, & priuatas euertendas fortunis; proinde, ac ſi quicquam principi poſſit eſſe vtile, aut ſalutare, quo pernicies reip. quæ ex priuatis conflat, continetur.

d Cum ſeuentate alicuius legis terror omnibus intentatur, ei rei princeps debet leuamentum afferre de ſententia ſenatus, omniumue ordinum.

e Ea res interdum accidit, ad quas ſtabiliendas opus eſt extraordinario aliquo ſenatu, qui à principe legi, aut ſorte duci è numero ſenatus ordinarij debet.

f Illud unicè à te peto, quod ſi ita, necne, id in manu mea eſt: ubique id extorquere, ſtatim vt collibitum erit, poſſim.

g Quæ ſimul exempla, ea etſi contra leges fiunt, nobis tamen licere exiſtimamus.

h Quicquid alicui ſupra leges præſtatur, id omne ſine dubio, eſt ei initium ſummi faſtigij.

i Facilius ferre poteſt nimium ſtudium coniunctioris, quàm remotioris.

k Ad conciliandum ſibi vulgi fauorem princeps, aut principis filius, cùm primùm dat ſe in conſpectum populi, eum ſuâ liberalitate ſibi demereri debet.

l Ea quem propenſa fuerunt populi ſtudia, illius ſtirpem idem populus, qua re maximè poteſt fouet, nam vt odia, ſic etiam populi amores ſunt hæreditarij.

aſpi-

aſpiciebat. Auctum dehinc gaudium nuptiis Neronis & Iuliæ Druſi filiæ. Vtque hęc ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum, quod filio Claudij ſocer Seianus deſtinaretur: [a] polluiſſe nobilitatem familiæ videbantur, ſuſpectumque iam [b] nimiæ ſpei Seianum vltro extuliſſe. Fine anni conceſſere vita inſignes viri, L. Voluſius, & Salluſtius Criſpus. Voluſio vetus familia, neque tamen prætura egreſſa. Ipſe conſulatum intulit, cenſoria etiam poteſtate legendis equitum decuriis functus, opumque quîs domus illa immenſùm viguit, primus adcumulator. Criſpum equeſtri ortum loco C. Salluſtius, rerum Romanarum florentiſſimus autor, ſororis nepotem in nomen adſciuit. Atque ille, quanquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mecœnatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoria multos triumphalium, conſularium que potentia [c] anteiit, diuerſus à veterum inſtituto, per cultum & munditias, copiaque & affluentia [d] luxu [e] propior. ſuberat tamen [f] [1] vigor animi ingentibus negotiis par, eò acrior quo [g] ſomnum & inertiam magis oſtentabat Igitur incolumi Mecœnate proximus, mox [h] præcipuus cui ſecreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Poſthumi Agrippę conſcius, ætate prouecta

1. ſic in vita Agrip. ſciant qui bus morte illici ta mirari, poſſe etiam ſub malis principibus magnos viros eſſe obſequiumque ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eò laudis excedere &c.

OBSERVATIONES.

a Clariſſimæ familiæ nobilitatem is polluere dicitur qui ipſe obſcurus affinitate, aut alia aliqua ratione in eam inducitur.

b Principis fauor erga eum, qui ex intima ipſius amicitia eſt, perrarò vſque eò extendi debet, vt illum per affinitatem inſerat domui ſuæ, nam ferè fit, vt, qui obſcurus homo ad id faſtigij euehitur, hic nimias ſpes, in principis ipſius perniciem agitet.

c Interdum ſplendor vitæ priuatæ, & præclara inſtituta domeſtica non minùs honeſtant eum, qui prudenter, & feliciter his vti ſcit, quàm dignitates, & magiſtratus.

d In hoc ſæpiùs peccant homines, quòd dum ſe virtutem ſectari putant, facilè labuntur in illud vitij genus quod illius virtutis eſt ſimulacrum, quod quàm lubricum ſit, nemo, opinor, dubitat.

e Alius eſt cultus, & munditiæ; alius verò luxus, nempe, hic ex nimia opum copia, & affluentia, earumque abuſu; ille ex virtute manat. qui illum adhibet, diuitijs, vt par eſt, vtitur; qui hoc, diuitijs hunc abuti conſtat.

f Non ſatis eſt, excellęti ingenio præditum eſſe, iiſque artibus, quæ optimæ ſunt, pectus impleſſe; quippe ad hæc accedere debet vigor ille animi, ſine quo nemo ingentibus negotiis par eſſe poteſt.

g Fallitur quiſquis exiſtimat, cultum externum eſſe verum indicem eius, quod quiſque in animo habet. ſiquidem eo quidam ſunt ingenio, vt, quò magis ſomnum, & inertiam oſtentant, hoc ſint acriores ad maximas res gerendas. ſic Liu. lib. 1. hiſt. ab vrbe condita: de Bruto illo liberatore populi Rom. loquens: Comes, inquit, his additus L. Iunius Brutus, Tarquinia ſorore regis natus, iuuenis longè alius ingenio, quàm cuius ſimulationem induerat. & paulò poſt, Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cùm ſe, ſuaque prædæ eſſe regi ſineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen; vt ſub eius obtentu cognominis liberator ille populi Rom. animus latens aperiretur tempore ſuo, &c.

h Præter ſenatum, & publicum conſilium, ſolent principes aliquem occultis ſuis conſiliis intimum habere; nempe, præcipuum, cui principalia ſecreta inniantur. in cuius perſona cùm grande ſit momẽtum, diligenter priùs videre debent, quemnam interiore illa amicitia, & quaſi conſortio ſummæ poteſtatis dignum deputent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

x Ex lib. 14. An. Equitibus Romanis & præcipuis familiaritate Neronis, quod amicitiæ eius tam retinacis &c.

a. ob mortem Germanici.

[a] speciem magis in amicitia principis quàm vim tenuit. Idque & Mecœnati acciderat: [b] fato potentiæ rarò sempiternæ: an [c] satias capit aut illos cum omnia tribuerunt, aut hos, cùm iam [d] nihil reliquum est quod cupiant. Sequitur Tyberij quartus, Drusi secundus consulatus patris atque filij collegio insignis. Nam biennio ante, Germanici cum Tyberio idem honor neque patruo [a] lætus, neque natura tam connexus fuerat. Eius anni principio Tyberius [e] quasi firmandæ valetudini in Cãpaniam concessit, longam & continuam absentiam [f] paulatim meditans, siue vt, amoto patre, Drusus [g] munia consulatus solus impleret. At fortè [h] parua res magnum ad certamen progressa præbuit iuueni materiem apiscendi fauoris. Domitius Corbulo prętura functus de L. Sulla nobili iuuene [i] questus est apud senatum, quòd sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset. Pro Corbulone ætas, patrius mos, studia seniorum erant: contra, Mamercus Scaurus, & L. Arruntius, aliique Sullæ propinqui nitebantur: certabantque orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis interuerẽtiam grauibus decretis notauissent: donec Drusus [k] apta temperandis animis disseruit, & satisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus simul ac vitricus Sullæ, & oratorum ea ætate vberrimus erat. Idem Corbulo plurima per Italiã [l] itinera fraude mancipum, & incuria magistratuũ interrupta, & imperuia clamitan-

OBSERVATIONES.

a *Ex intimis amicis principis alij vim, alij speciem in illius amicitia tenent. Vim quidem prudentes, ijdemque magno, & acri ingenio præditi homines, quorum consilijs principes nituntur; speciem, ij, quos aut ob insignem nobilitatem, & longa familiæ decora, à suo latere princeps vix vnquam abscedere patitur, illi præsidio, hi ornamento dicuntur esse principi.*

b *Sciant homines, esse in fatis, vt vsquam potentiæ sint sempiternæ.*

c *Satias omnium rerum est, vtiam illarum, quæ hominum opinionibus maximæ sunt, & amplissimæ; atque adeò omnium, cuiusmodi tandem illæ sunt, vna exceptа virtute.*

d *Etsi id perraro accidit, accidit tamen vt, nihil sit reliquum in rebus humanis, quod homines cupere possint; adeò sua ipsis spes vrcunt.*

e *Callidi principes, ita assuescunt falsa specie quicquid agunt, obtegere.*

f *Quæ princeps agere decreuit, non omnia simul, & vno impetu patrare, sed ea paulatim meditari, & quasi aliud agens, sensim captare debet. ita, qui longam absentiam meditatur, neque id cuiquam palam faciat, neque se ex hominum conspectu propriùs, sed paulatim se subducat.*

g *Princeps, cui est filius iam adultus specie firmandæ valetudinis, aut obtendens alias causas, debet per aliquot dies, & menses secedere, eique aliqua reip. munia mandare, vt hoc pacto, ei paulatim regendæ reip. assuescat.*

h *Paruæ sæpe res ad magna certamina transire diuntur.*

i *Iuniorum est, loco maioribus nato decedere. id nisi fit, senioribus apud Senatum queri licet; qui iuuentutis interuerentiam grauibus decretis notare & potest, & debet. ratio est apud Arist. lib. 1. polit. cap. 7. τὸ πρεσβύτερον, & τὸ ἄλλο τῦ τοιᾶτου, ἀτελοῦς γὰρ μεριστικὸ τὸ ἔθος.*

k *Princeps prudens nunquam potentiorum contentiones asperare, sed eas quæ maximè ratione potest, temperare debet, ne ad maiores turbas erumpant.*

l *Interest reip. ne itinera publica sint interrupta, aut imperuia.*

do-

do, executionem eius negotii libens [a] suscepit. quod haud perinde publicè vsui habitum, quàm exitiosum multis, quorum in pecuniam atque famam damnationibus, & hasta sæuiebat. Neque multo post missis ad senatum literis Tyberius miotam rursum Africam incursu Tacfarinatis docuit, iudicioque patrum deligendum proconsulem, [b] gnarum militiæ, [c] corpore validum, & bello suffecturum. quod initium Sext. Pompeius agitandi aduersus M. Lepidum odii nactus vt socordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eoque etiam Asiæ sorte deprellendum incusauit, aduerso senatu, qui Lepidum [d] mitem, magis quàm ignauum, paternas ei [e] angustias & nobilitatem sine probro actam, honori quàm ignominiæ habendam ducebat. Igitur missus in Asiam. Et de Africa decretum vt [f] Cæsar legeret cui mandanda foret. Inter quæ Seuerus Cæcinna censuit, ne quem magistratum, cui prouincia obuenisset, vxor comitaretur: multùm ante [g] repetito, concordem sibi coniugem, & sex partus enixam: seque [h] quæ in publicum statueret domi seruauisse, cohibita intra Italiam, quanquam ipse pluris per prouincias quadraginta stipendia expleuisset. haud enim frustra placitum olim, [i] ne fœminæ in socios, aut gentes externas traherentur. inesse mulierum comitatui quæ pacem [k] luxu, bellum formidine morẽtur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari [l] incessus conuertant: non [m] imbecillem tantùm, & imparem laboribus sexum, sed si licentia adsit, sæuum, ambitiosum, potestatis auidum, incede-

[e] incondiii, & incompositi.

OBSERVATIONES.

a *Quidam reperiuntur eo ingenio præditi, vt negotiorum etiam odiosorum atque atrocium procurationem libenter suscipiant, atque adeo eam emptitent, non tam vt publicæ seruiant vtilitati, quàm vt seruiant in pecuniam, & famam multorum.*

b *Ad belli tumultus cõpescendos mitti debet gnarus militiæ, corpore validus, & bello suffecturus.*

c *Inter cetera quæ desid. rantur in duce exercitus, est valitudo, & robur corporis; nempe, vt vbique frequens adesse, & alia munera militaria obire possit.*

d *Quosdam videas, vt supra admonui, quibus nimo videtur esse strenuus, nisi idem ille sit ferox, & agrestis; cæteros ignauos vocent, qui idem & mites, & bellatores sunt. quod quàm falsum sit, docet Tacit. lib. 1. histor. Et fortissimus, inquit, in ipso discrimine exercitus est, qui ante dissensum quietissimus. Et eodem lib. ignauissimus quisque, & vt res docuit, in periculo non ausurus, nimis verbis, linguæ ferocis. sic Sallust. in bello Iugurth. lingua, quàm manu promptior.*

e *Paupertas, & rei familiaris angustiæ viro nobili, si modò nobilitatem agit sine probro honori magis, quam ignominiæ habenda est.*

f *Prudenter facit Senatus, & in loco obsecundat principi, si summa rerum vni ipsi integra seruat.*

g *Siquid publicè statui postulamus aduersus vitia, quibus maximè laborat seculum nostrum, prius diligenter circumspectandum est, an aliquid tale, cuiusmodi in alijs reprehendimus, nobis meritò obijci possit; ne vani, & iniqui legis autores dici possimus.*

h *Quæ quis in publicum statuit, prius domi seruet.*

i *Antiquitus cautum erat, ne fœminæ in socios, aut gentes externas traherentur, hoc est, ne maritis in prouincias euntibus comites irent; siquidem pacem luxu, bellum formidine morantur.*

k *Insigne diuturnæ pacis vitium est luxus; belli verò, formido.*

l *Nihil est certius, quã sexũ muliebrẽ non modo esse imbecillũ, & imparẽ laboribus, sed si licentia adsit, impotentẽ, sæuũ, ambitiosum, & potestatis auidũ; idq; adeo, vt non se inter decora sua cõtinere sciat, sed incedere inter milites, exercitui se ostẽtare, eiq; præesse, habere ad manũ centuriones, deniq; singula munia militaria obire velit. cũ hæc fœmina audet, videor videre simiã imitãtẽ gestus hoĩs.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re inter milites, habere ad manum centuriones: præsediſſe nuper [1] fœmi-
nam exercitio cohortium, decursu legionum: cogitarent ipsi quoties re-
pentinarum aliqui arguerentur, plura [2] vxoribus obiectari: his statim
[a] adhærescere deterrimum quemque prouincialium: [c] ab his negotia
susceipi, transigi: duorum egressus coli, duo esse prætoria, [d] peruicacibus
magis & imporentibus mulierum iussis, quæ [2] Oppiis quòdam, aliis-
que legibus constrictæ, nunc vinclis exolutis, domos, fora iam & exer-
citus regerent. Paucorum hæc adsensu audita plures obturbabãt. neque
relatum de negotio, neque Cæcinnam [e] dignum tantæ rei censorem.
mox Valerius Messalinus, cui parens Messala, [f] ineratque imago pater-
næ facundiæ, respondit: [g] Multa duritie veterum meliùs & lætiùs muta-
ta. Neque enim, vt olim, [h] obsideri vrbem bellis, aut prouincias hostilis
esse, & pauca [i] fœminarum necessitatibus concedi, quæ ne coniugum
quidem penates, adeò socios non onerent: cætera promiscua cum mari-
to: nec vllum in eo pacis impedimentum. bella planè accinctis obeunda,
sed reuerentibus post laborem [k] quod honestius, quàm vxorium leua-
mentum? At quasdam in [l] ambitionem, aut auaritiam prolapsas. Quid?

1. vide Liu. lib. 34. init. ab vrbe condita.

OBSERVATIONES.

a *Cùm luxus videatur esse propriũm vitium mulierum, non mirum est, viros ab vxoribus eò interdum redigi, vt non tam ob propria, quàm ob illarum peccata repetundarum arguantur. Siquidem qui in luxum prodigit pecuniam, huic quia id quod habet nunquam satis est, aliena rapere necesse est.*

b *Cùm mulieribus nihil sit infirmius, non est mirum earum imbecillitatem æquè ac citiùs à deterrimo quoque, quàm ob optimũ captari; ijsque ipsas statim adhærescere.*

c *Ideo miseram rempub. in qua ab fœminis negotia suscipiuntur, & transiguntur.*

d *Iussa mulierum plerunque sunt peruicacia, & impotentia. ideoque legibus constringi debent, nam vbi semel vincula exoluerunt, quicquid negotiorum est, mira audacia suscipiunt, ac transigunt; idque adeò vt, ne viris quidem concedant, sed pari cum ipsis dignitate esse, paritérque ab his, quibus præsunt, coli velint; postremò non domos, & rem familiarem, quæ ipsarum est curatio, sed & foros, & exercitus regant.*

e *Qui nil agit, vt rei alicui nouæ magni momenti autor sit id nunquam quod molitur, assequetur. si eius rei parum dignus censor videtur.*

f *Et verè filius dici potest, cui in est imago paternæ virtutis.*

g *Quæ à veteribus duriter, ac seuerè sunt instituta, de iis aliquid remitti, ac meliùs, lætiusque mutari debent; præcipuè si id postulet ratio temporis; quæ, omnibus in rebus, adeò haberi debet, vt, quæ olim sacrum necessaria, & optima, ea interdum mutari, quàm manere satius sit; cuiusmodi sunt leges, mores, & consuetudines. adeò vt, non semper quid lex iubeat, aut quid in more positum sit, sed quid tempora postulent, reique pub. expediat, attendendum sit.*

h *Quid ineptius, aut absurdius dici potest, quàm tristissimo nostro tempore, nempe si ab hostibus vrmur, aut obsidemur, luxui, ac voluptatibus indulgere, inque nugas pecuniam prodigere, potiùs, quàm in ea, quibus salus nostra nititur?*

i *Quædam fœminarum necessitatibus concedi possunt, si modò talia sint, quæ neque publicam, neque priuatam rem onerent.*

k *Laboribus militaribus defuncto marito ecquod honestius, quàm vxorium leuamentum afferri potest? constat enim vxorem proprium esse, vt viros laboribus defatigatos muliebri suauitate leuet.*

l *Hæc sunt plerunque vitia magistratuum & validiorum; ambitio, & auaritia, vt supra obseruauit.*

ipsorum

ipsorum magistratuum nonne [a] plerosque variis libidinibus obnoxios? [b] non tamen ideo neminem in prouinciam mitti. [c] corruptos sepe prauitatibus vxorum maritos, num [d] ergo omnes cælibes integros? placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reip. postulantibus: remissum aliquid postea, & mitigatum, quia expedierit. [e] frustra nostram ignauiã alia ad vocabula transferri: nam [f] viri in eo culpam, si fœmina modum excedat. Porrò ob [g] vnius, aut alterius imbecillum animum, malè eripi maritis [h] consortia rerum secundarum aduersarumque: simul [i] sexum natura inualidum [k] deseri, & exponi suo luxu, cupidinibus alienis: vix præsenti custodia manere inlæsa coniugia, quid fore, si per plures annos [l] in modum dissidij obliterentur? Sic [m] obuiam irent iis quæ alibi peccarẽtur, vt flagitiorum vrbis meminissent. Addidit pauca Drusus de matrimonio suo. Nam principibus [n] adeunda sæpiùs longinqua imperij. Quoties diuum Augustum in Occidentem, atque Orientem meauisse comite Liuia? se quoque in Illyricum profectum, &, si ita conducat, alias ad gentes iturum, hauã semper æquo animo, si ab vxore charissima, & tot communium liberorum parente diuelleretur. Sic Cęcinnæ sententia elu-

OBSERVATIONES.

a *Non est postulandum à mulieribus vt minus sint obnoxiæ vitiis, quàm viri.*

b *Non ideo quia persæpe peccatur ab hominibus tam in re priuata, quàm in publicis muneribus, ab iis omnino abstinendum est. quippe peccatum potiùs corrigi, quàm tantum ei tribui debet, vt eo ab capessenda Rep. rebusque nostris administrandis deterreamur.*

c *Mariti sæpe corrumpuntur prauitatibus vxorum.*

d *Non ideo quia in vno genere peccatur, in alio sanctiùs viuitur. itaque non quia mariti prauitatibus vxorum sæpe corrumpuntur, ideo omnes cœlibes integri sunt.*

e *Hoc est vitium naturæ hominum insitum, vt, sua vitia ad alia vocabula transferant; hoc est, propria peccata alienis tegant.*

f *Qui prohibere ne peccetur, potest, is, si peccatur, peccati reus est. Itaque viri culpa in eo est, si fœmina modum excedit; cum vir vxorem in officio continere & debeat & possit. idem de domino & seruis dici rectissimè potest.*

g *Quod ab vno, aut altero sit, id totum non eius autoritatis esse debet, vt eorũ exemplo cæteros omnes commoueri æquum sit.*

h *Matrimonium ita desiniri potest, vt sit consortium rerum tam aduersarum, quàm secundarum.*

i *Sexus muliebris natura est imbecillus.*

k *Videtur omnino præstare, vt vxores à viris ad longinqua itinera ducantur, quàm vt solæ domi relinquantur. quippe sexus natura inualidus si deseratur, suo luxu, exponitur cupidinibus alienis. cæterum si vix præsenti custodia manent illæsa coniugia, quin adulteris inquinentur, quid fiet, si per plures annos in modum dissidij obliterentur, & mariti ab complexu charissimarum vxorum diuellantur?*

l *Longa absentia mariti est similitudo quædam dissidij, i. diuortij.*

m *Sic obuiam ire debemus iis, quæ alibi, hoc est, extra familiam, patriamue nostram peccantur, vt nostrorum peccatorum, ac vitiorum semper memores simus. i. non tam in alienis vitiis reprehendendis occupati esse debemus, quin priùs nostra corrigamus.*

n *Principes nunquam debent desides sedere domi, sed eo proficisci quò eos reip. negotia vocant; etsi adeunda sunt longinqua imperij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa. Et proximi senatus die, Tyberius per literas [a] castigatis [b] obliquè patribus, quòd cuncta curarum ad principem reiicerent, M. Lepidum & Iunium Blæsum nominauit, ex quis proconsul Africæ [c] legeretur. Tum audita amborum verba, intentiùs excusante se Lepido, [d] cùm valetudinem corporis, ætatem liberûm, nubilem filiam obtenderet, intelligereturque etiam, quod [e] filebat, auunculum esse Seiani Blæsum, atque eò prævalidum. Respondit Blæsus [f] specie recusantis, sed neque eadem adseueratione, & consensu adulantium auditus est. Exin [g] promptum, quod multorũ intimis quæstibus regebatur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impune probra, & invidiâ in bonos excitandi, [h] arrepta imagine Cæsaris: libertiq; etiam ac serui, patrono vel domino cùm voces, cùm manus intentarent, [i] vltro metuebantur. Igitur C. Cestius senator disseruit, [k] principes quidem instar deorum esse, [l] sed neque à diis nisi iustas preces

1. fic lequitur lib. 4.

2. pelli finum

3. cum nullam aetatem, vel pa- tiendi licentia, & libertis tam vti cuiam dubi- tant.

OBSERVATIONES

a *Etsi rerum princeps cuncta ad se trahere debet; tamen nunquam modestiæ oblivisci, aut saltem eam egregiè simulare debet. Deus ne nunquam obliquè & leniter castigabit eos, qui cuncta curarum ad ipsum reiiciunt, quasi multitudine, & magnitudine negotiorum obruatur.*

b *Quadam princeps reprehendi recte debet non palam, & apertè, sed ita, scilicet, vt vix intelligi possit, quid sit sententiæ. id autem fit, cum reprehensio est magis quæsita in speciem, quàm necessaria, aut vera.*

c *Princeps nouit si agitur de prouinciis, maiusne imperiis demandandis, duos pluresne, qui sibi videntur, nominet, vt ex iis Senatus, quos voluit, legat. hac ratione ipse dignitati suæ egregiè consulit; eademque opera reipub. satisfacit.*

d *Legitimæ excusationis causæ à publicis muneribus, & longa absentia inter ceteras, hæ sunt; ætas liberûm, nubilis filia, valetudo corporis.*

e *Est prudentis alia obtendere non videri potentiaribus, neque eos æmulatione irritare.*

f *Aliud est intentè, & reuera excusare se, & aliud, per speciem ita recusare honorem, vt ea excusatione satis intelligatur, eum, qui se excusat, nihil æquè cupere, quàm id, quod in speciem recusat, sibi tribui.*

g *Persona principis non modò est sacra; verùm etiam ipsius imagini vsque eò habetur honos, vt etiam nocentes, ea arrepta, reluctione sint tuti. is mos ab sordida adulatione profectus est.*

h *Inter mortales haud dubium est, principes instar Deorum esse, hoc est, ab omnibus proinde colendos ac si præsentes dij sint. ceterum, cum Deum dicimus, ipsam virtutem, sanctitatemque dicimus, cui nulla inest labes. ab hac sanctitate vt longius quis abest, aut propiùs ad eam accessit, ita vitijs, aut virtuti similis, atque ita hominum deterrimorum, aut Deorum instar esse dicitur. Iam verò cum principes Deorum vices inter mortales sustineant, turpe est ipsis non eorum virtutem amplecti, quorum magnitudinem, altissimo inter mortales fastigio, imitantur; atque id agere qui, non fortunæ, sed meritis Deorum instar esse dicantur.*

i *Cùm Deo nihil fingi possit iustius, satis constat, nihil illi probari quod non idem sit iustum. quæ cùm ita sint, siquid a Deo supplices petimus, id prius iustum, iniustumne sit, diligenter considerandum est. quippe ab eo nonnisi iusta supplicum preces audiri constat. at cùm principes quàm maximè possint, ad Deum accedere debeant, ipsis imprimis cauendum est, ne quid quam iniustè admittant. Siquidem nulla re magis Deo similes esse nec possunt, nec debent, quàm iustitia. nam, vt est apud Platonem in Theæteto, θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν οὔτε ἄλλῳ οὐδενὶ ἡμῶν ἀξίῳ λόγου, ἢ ὅτι δικαιότατος.*

nisi

supplicum audiri: [a] neque quenquam in Capitolium, aliáue vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur. [b] Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in limine curiæ ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi & minæ intendantur, neque ipse audeat ius experiri, ob effigiem imperatoris oppositam. Haud dissimilia alij, & quidam atrociora circunstrepebant: precabanturque Drusum [c] daret vltionis exemplum, donec accitam conuictamque [d] attineri publica custodia iussit. Et Considius Aequus, & Cælius Cursor equites Rom. quòd fictis maiestatis criminibus Magium Cæcilianum prætorem petiuissent, autore principe, ac decreto senatus [e] puniti. Vtrunque in laudem Drusi trahebatur: ab eo in vrbe inter cœtus & sermones hominum obuersante, secreta patris [f] mitigari. Neque [g] luxus in iuuene adeò displicebat. huc potiùs intenderet, diem [h] ædificationibus,] noctem conuiuiis traheret, quàm solus & nullis voluptatibus [h] auocatus mœstam vigilantiam, & malas curas exerceret. Non enim Tyberius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordum proconsulem Cretæ postulauerat repetundis, addito maiestatis crimine, quod [i] tum omnium accusationum complementum erat. Cæsar Antistium Veterem è primoribus Macedoniæ absolutum [k] adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis causam retraxit, vt turbidum, & Rhescuporidis consiliis permistum, qua tempestate Cotye [l] fratre interfecto, bellum aduersus nos [4] voluerat. Igitur [l] aqua & igni interdictum reo, adpositumque vt teneretur insula, neque Macedoniæ neque Thraciæ opportuna. Nam Thracia diuiso imperio in Rhœmetalcen & liberos

1. sic lib. 1. hist. de Tito Vespasiano loquens, Fuere, inquit, qui serenissimi deiderio filios regnis vertisse interpretarentur, neque abhorrebat à Britannico iuuenili animus. sed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum latum vo lupatibus adolescentiam egit suo quam patris imperio modestior.

2. lege annalium nonos, donec vera lectio ex inuentis aliquo exemplari promatur.

3. superest certè supra li. 2. dixit eum esse fratris filium.

4. à volso.

OBSERVATIONES

a *Non ideo templa, aliaque loca sacra, & religiosa sunt tuta, vt eo perfugio impij ad patranda, ac tutanda scelera vtantur; sed vt calamitosis, ac misericordia dignis subsidio sint.*

b *Tunc leges dicuntur esse abolitæ, & funditus versæ, cùm licet improbis impune probra, & minas intendere in bonos.*

c *Flagitia nulla ratione melius è ciuitate tolli possunt, quàm si princeps, aut magistratus insigne seueræ alicuius vltionis exemplum det, quo homines à peccando deterreantur.*

d *Probra & minæ legibus vindicari debent.*

e *Is pœna, supplicioque dignus est, qui ficta crimina in aliquem interdixit. hæc est pœna talionis.*

f *Filius principis ingentem laudem, & gratiam apud omnes omnium ordinum homines consequitur, si ab ipso seueri patris secreta mitigantur.*

g *Quod cuiusque ætatis vitium proprium est, id non adeò odiosum est; quippe non est nouum, senes esse auaros; adolescentes autem luxui deditos.*

h *Principes iuuenes medicis voluptatibus auocari à mala vigilantia, quàm malas curas exercere præstat.*

i *Cùm primùm resp. venit in potestatem tyranni, crimen maiestatis omnium accusationum complementum est.*

k *Non minùs viri, quàm fœminæ causam ob adulterium dicunt.*

l *Conuictis maiestatis aqua & igni interdicitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cotyis, quîs ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, [a] insolentia nostri discors agebat, neque minùs Rhœmetalcen, quàm Trebellienum incusans, popularium iniurias inultas sinere. Cœlaletæ, Odrusæque, & alij, validæ nationes, arma cœpere, ducibus diuersis, & paribus inter se per ignobilitatem: quæ [b] causa fuit, ne in bellum atrox coalesceret. Pars [1] turbant præsentia, alij montem Hæmum transgrediuntur, vt remotos populos concirent. Plurimi ac maximè compositi regem, vrbemque Philippopolim à Macedone Philippo sitam, circunsidunt. Quæ vbi cognita P. Velleio (is proximum exercitum præsidebat) alarios equites ac leuis cohortium mittit in eos, qui prædabundi, aut adsumendis auxiliis vagabantur. Ipse robur peditum ad exoluendum obsidium ducit. Simulq; cûcta prosperè acta, cæsis populatoribus, & dissentione orta apud obsidentes; regisq; opportuna eruptione, & aduentu legionis. [c] Neq; aciê aut prælium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. Eodem anno Galliarum ciuitates [d] ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptauere: cuius extimulator acerrimus inter Treueros Iulius Florus, apud Æduos Iulius Sacrouir. Nobilitas ambobus, & maiorum [2] bona facta, eoque Romana ciuitas olim data, cùm id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ii [e] secretis conloquiis, ferocissimo quoque adsumpto, aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitiis [3] maxima peccandi necessitudo, componunt Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire. Igitur per [f] conciliabula & cœtus seditiosa differebât, de cõtinuatione tributorũ, grauitate fœnoris, sęuitia ac superbia præsidentiũ: & [g] discordare militê audito Germanici exitio: [h] egregiũ

1. non audeo qui quam mittat, tamen hãc meam coniecturam quin proferam, facere non possum, vt sortalle legendum sit, tuentur præsidia. iudicet lector.

2. contraria bona alibi vocat, prauis factis. 3. sic bellum, in comitiis Cani. quibus maxima necessitudo & plurimum audendi inest. & alibi, nisi nobis eam necessitudinem imponitis. 4. de supra l. 1. in imperium 2. vltimo. & quasi post Augustum militia omnis otio ambitione, impellere paulatim nouarum cupidines quillis aut fluxa in vesperam & dilapsa melioribus deterrimum quęque congregare.

OBSERVATIONES.

a *Periculosum est, prouinciis ferocibus eos præficere homines, quorum ingenia à prouincialibus plurimùm distant, quippe id totius notitiæ ad prouinciæ perniciem erumpere potest.*

b *In ciuilibus turbis paritas ducum ignobilium, hoc est, cùm nullus ex ducibus est vir clarus, & magni nominis, sed omnes pariter sunt obscuri, in causa sæpiùs est, quominus validæ nationes in bellum atrox coalescant. quòd si nobiles duces adsint, haud dubiè vix fieri potest, quin magni, atque atroces tumultus exoriantur.*

c *Neque acies, neque prælium dici debet, vbi hostes semermes, ac palantes trucidantur, sine vllo victorum sanguine.*

d *Magnitudo æris alieni sæpe inquietos populos, & ciuitates præsertim longinquas, & ferocibus gentibus conterminas ad rebellionem. ideo videant principes ne validis nationibus plus oneris, quàm ferre possint, imponant.*

e *Rerum nouarum autores, vt semina motuum iaciant, hãc rationem sequuntur; nempe, per conciliabula, & cœtus seditiosa differunt de continuatione tributorum, grauitate fœnoris (vt olim plebi Romanæ) sæuitia, ac superbia præsidentium. deinde extenuant vires principis, eiusque opes; atque his similia ingerunt, prout ratio temporis, locorum, & personarum suggerit.*

f *Egentibus, ac flagitiosis hominibus maxima est peccandi necessitudo.*

g *Hostes & seditiosi singulas discordiarum occasiones diligenter captant.*

h *Egregium resumendæ libertati tempus tunc est, cum miles, qui tyranno operam dat, discordat, ipse tyrannus inops, nullisque validis exercitibus fretus est; contra, qui hæc agitant, concordes, florentes, potentes, & in patrio solo sunt.*

resu-

resumendæ libertati tempus, si ipsi florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis vrbana plebes, nihil validum in exercitibus, nisi quod [1] externum, cogitarent. Haud ferme vlla ciuitas intacta seminibus eius motus fuit. Sed erupere primi Andecaui, ac Turonij. Quorum Andecauos Acilius Auiola legatus excita cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. Turonij legionario milite, quem Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus miserat, oppressi, eodem Auiola duce, & quibusdam Galliarum primoribus, qui tulere auxilium, [a] quò dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent. Spectatus & Sacrouir [b] intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, vt ferebat, virtutis. Sed captiui, ne incesseretur telis, adgnoscendum se prębuisse arguebant. Cõsultus super eo Tyberius [c] aspernatus est indicium, [d] aluitque dubitatione bellum. Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, quæ conscripta Treueris, militia disciplinaque nostra habebatur, vt [e] cęsis negotiatoribus Romanis bellũ inciperet. Pauciq; equitum corrupti, plures in officio mansere. Aliud vulgus obæratorum aut clientium arma cepit, petebantque saltus, quibus nomen Arduenna, cũ legiones vtroque ab exercitu, quas Visellius, & C. Silius aduersis itineribus obiecerant, arcuerũt. Præmissusque cum delecta manu Iulius Indus è ciuitate eadem, discors Floro, & ob id [f] nauandæ operæ auidior, inconditam multitudinem adhuc disiecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremò visis militibus, qui effugia insederant, [g] sua manu ceci-

1. auxilia socium.

OBSERVATIONES.

a *Cuius nondum probari defectio potest, si motus iam cœptos à potentiori feliciter comprimi videt, in ea re ei & ipse non cunctanter operam suam præstet, vt omni se suspitione exoluat; atque vt ipsa re luculenter probet, se non eo consilio arma sumpsisse, vt deficeret vnà cum cæteris, sed vt principi, in rebus dubijs, fidem præstaret.*

b *Qui intecto capite pugnam ciet, is eo facto aut virtutem videtur ostentare, aut certè cæteros suo exemplo ad virtutem incitare, aut ne incusetur telis adgnoscendum se præbere.*

c *Etiam illa, quæ vera esse princeps non dubitat, tamen interdam debet dissimulare se adduci, vt credat ita vti dicuntur, esse; aut saltem se, an ita sint, dubitare; si modò hæc ipsius dubitatio rebus ipsius conducit.*

d *Princeps validus, cuiusque vis omnia complectitur, non semper incendia belli, & seditionum, subita & seuera in eorum autores animaduersione, quod ipsi facile facto esset, extinguit, sed bellum dedita opera alit, vt ostendat cæteris gentibus, se ferocientes contundere non tam arte, & auctoritate, quàm vi, & armis posse.*

e *Initium belli diu animo agitati sumi potest à cæde illorum, qui sunt ex illius gente, aduersus quem arma sumuntur, quamuis quieti sint, & negotia potius, quàm arma tractent. sic supra libro 2. enimuero audita mutatione principis, immittere latronum globos, exscindere castella, causis bello.*

f *Prudens imperator nihil penitus eorum, quæ apud hostes fiunt, quoad eius fieri potest, ignorare debet; præcipuè verò eorum fœdera, & amicitias, itemque inimicitias & discordias ciuiles; quæ omnia cum omnino plus possint, quàm externus metus, is ipse egregiè vti potest ad res suas, prout facto videbit opus esse; idque adeò, vt illos tandem suismet viribus & opera conficiat.*

g *Rebellionis autor, idemque magno vir animo, rebus suis desperatis, si nullâ in fuga spem habet, liber & sibi ipsi probatus sibi manus afferre, atq; hostiũ supplicio & ludibrio simul se eximere solet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit. Isque Treuerici tumultus finis. Apud Æduos maior moles exorta, quanto ciuitas opulentior, & comprimendi procul præsidium. Augustodunum caput gentis armatis cohortibus, Sacrouir occupauerat, nobilissimam Galliarum subolem liberalibus studiis ibi operatam, vt eo[a] pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. Simul arma occultè fabricata iuuentuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quinta sui parte legionariis armis, cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia[b] venantibus tela sunt. Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus, more gētico, continuum ferri tegimen (Cruppellarios vocant) inferendis ictibus[d] inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Augebantur hæ copiæ vicinarum ciuitatum vt nondum aperta consensione, ita[e] viritim promptis studiis, & [f] certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur, vtroque bellum sibi poscente: mox Varro inualidus senecta[g] vigenti Silio concessit. At Romæ non Treueros modò & Æduos, [h] sed quatuor & sexaginta Galliarum ciuitates defciuisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias, cuncta (vt[i] mos[i] famæ) in maius credita. Optimus quisque[k] Reip. cura mœrebat, multi, odio præsentium & cupidine

a Tac. lib. 4. hist. vtique & lib. 12. more fœmæ, in initio huius mutationis.

OBSERVATIONES.

a *Qui cæterorum multitudinem ad suas partes trahere studet, ei omnino danda est opera, vt nobilissimos quosque adolescentes in potestate habeat; futura haud dubiè pignora, quibus fidem parentum, & propinquorum illigatam habebit.*

b *Quæ tela venantibus apta sunt, eorum in bello aliquis vsus esse potest. hinc fit, vt ἀμφοτερόπλευρα sint pars τῆς παλαιστικῆς vt est apud Aristot. in Polit.*

c *Autor rerum nouarum, idemque belli concitor omni hominum genere, qui modò arma ferre possunt, rectè vtitur.*

d *Qui, quos infra appellat ferratos, continuum ferri tegimen gestant, ob grauitatem armorum, inferendis ictibus sunt inhabiles, accipiendis impenetrabiles.*

e *Satis constat, non ita cuique rei vniuersitatem esse proptam, vt sunt singuli; qui cùm in ingentem numerum sensim excreuerunt, cæteros vi sua secum rapiunt. ideò cui negotium est cum vniuersa gente, is primùm singulos aggrediatur, sibique eorum studia paret: nam cùm ex his pluribus fiat illa κοινωνία, paulatim vniuersam gentem in suas partes trahet.*

f *Discordia ducum eorumque certamina non parùm commoditatis hostibus præbent.*

g *Quemadmodum in iis, quæ ratione, & prudentia simpliciter administrari oportet, iuniores senioribus concedere æquum est; ita quoque siquid accidit huiusmodi, quod confici sine vigore & animi, & corporis non potest, inualidus senex prudenter faciet, si in eo, quicquid est, vigēti iuueni, eoque qui magnitudini negotij par esse potest, concedet.*

h *Perraro accidit, vt ex locis longinquis vera vnquam ita nuntientur, vt non iis aliquid semper addatur, aut dematur.*

i *Mos famæ est, vt cuncta, quæ ex longinquo nuntiantur, in maius augeat; eademque illa in maius, quàm sunt, credantur.*

k *Cùm aliquid aduersi nuntiatur, optimus quisque non tam sua, quàm publicæ rei causa mœret; alij, quæ est natura & leuitas multitudinis, sui quoque periculi lætantur; hoc est, malunt omnia mutari, quàm frui præsenti tranquillitate. nam ventosis ingeniis præsens rerum status nunquam placet.*

muta-

mutationis, [a] suis quoque periculis, lætabantur: [b] increpabantque Tyberium, [c] quòd in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. [d] An Iulium Sacrouirum maiestatis crimine reum in senatus foro? [e] extitisse tandem [f] viros qui cruentas epistolas armis cohiberent: [g] miseram pacem vel bello [h] bene mutari. [i] Tantò impensius in securitatem [k] compositus, [k] neque loco, neque vultu mutato, sed, vt solitum, per illos dies egit: [l] altitudine animi, an compererat modica esse, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmissa auxiliari manu, [m] vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Æduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, certantibus inter se signiferis, [l] fremente etiam gregario milite, ne [n] suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: [o] viderent modò aduersos, & aspicerentur; id satis ad victoriam. Duodecimum apud lapidem Sacrouirum, copiæque patentibus locis apparuere. In

1. ac si dicat, principem non in senatu, ac togatum, sed armatum, atque exercitum adclamatorem debere retinere, ipso oppressa hostibus.

2. sic lib. 1. hist. senium iam iam mutuis, & componere in obsequium.

3. sic lib. 1. hist. nullo tumultu, cæterum omnia adiuuantes, hinc quisque dux, & infigatur.

OBSERVATIONES.

a *Cùm vna resp. omnes complectatur, satis constat, eius fœlicitatem, itemque mala & pericula ad omnes pariter pertinere.*

b *Rem se parum dignam princeps facere videtur, si in magnis reip. motibus sedens priuatorum litibus, & libellis accusatorum inspiciēdis operam insumit. quo facto belli curam, quæ potissima semper esse debet, ac proinde tuendæ reip. studium plane videtur abiecisse.*

c *Constantia principis in eo potissimùm perspici debet, vt nullis rumoribus, nullisque motibus solita instituta mutet, sed suo exemplo populi animos tam perterriti aduersus falsa, aut in maius credita firmet.*

d *Ridiculè aduersus armatos intenditur accusatio, iudicium & causæ cognitio; cùm vi & armis contundi debeant.*

e *Non est mirum, cruentas epistolas principis, & iniqua edicta armis tentum cohiberi.*

f *Eos meritò appelles viros, qui iniurias principis, ipsamque adeò tyrannidē armis cohibere audent.*

g *Misera pax vel bello bene mutatur; hoc est, præstat bellum gerere, seque Marti permittere, quàm continuis tyrannorum iniuriis vexari, quas illi vt commodius cui volunt, inferant, inque singulorum fortunas, pro arbitratu, impetum faciant, in eo toti sunt, ne pax ipsis fructuosa, populo perniciosa turbetur.*

h *Qui mutat, id vnum spectare debet, an bene mutet. quippe præstat sua cuique manere, quàm male mutare.*

i *Paulò ante adnotabam nullis neq; rumoribus, neque motibus principem perturbari debere. quippe præstat, eum vultu in securitatem esse composito, tantò impensius quantò magis illis quæ nuntiantur vulgus territur; quæ si sunt magna, & periculosa, neque tamen ijs ipse perturbatur, altitudinem animi principe viro dignam haud dubiè ostendit. Quòd si illa comperit esse modica, & vulgatis leuiora, quæ causa est, quapropter perturbetur? Hinc regula generalis hoc modo colligi potest; Cùm omnes homines, tum verò principem perturbatio minimè decet.*

k *Perturbatio principis colligi potest ex his signis; si mutat locum, & vultum, & solita instituta.*

l *Animi altitudo in eo perspicitur, non si contemnuntur, sed si non metuuntur aduersa fortuita.*

m *Rebellium pagi, & fines vastandi sunt. eòque debet esse primum facinus belli, quod aduersus illos suscipitur; vt hoc damno, & metu maioris perterriti, velint nolint, ad sanitatem redeant.*

n *Dux belli non minùs obseruare debet tempora requietis, & spatia noctium, cùm exercitum aliquò ducit, quàm ipsas occasiones pugnandi.*

o *Serenus miles solo ardore, & aspectu ignauum hostem & terret, & vincit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

frontem ſtatuerat [1] ferratos, in cornibus cohortes, à tergo ſemermos. Ipſe inter primores equo inſigni adire, memorare veteres Gallorum [a] glorias, quæque Romanis aduerſa intuliſſent: quâ [b] decora victoribus libertas: quãtò intolerantior [c] ſeruitus iterũ victis. Non diu hæc, nec apud lætos. Etenim propinquabat legionum acies; [d] inconditique, ac militiæ neſcij oppidani, [e] neque oculis, neque auribus ſatis competebant. Contra Silius, etſi [f] præſumpta [g] ſpes hortandi cauſas exemerat, clamitabat tamen, pudendum ipſis, [g] quòd Germaniarum victores, aduerſum Gallos [3] tanquam in [h] hoſtem ducerentur. Vna nuper cohors rebellem Turonium, vna ala Treuerum, paucæ huius ipſius exercitus turmæ profligauere Sequanos. [i] Quantò pecunia dites & voluptatibus opulentos, tantò magis imbelles Æduos euincite, & [k] fugientibus conſilite. Ingens ad ea clamor, & circumfudit eques, frontemque pedites inuaſere. Nec cunctatum apud latera. Paulum moræ attulere ferrati, [4] reſtantibus laminis aduerſum pila & gladios. Sed miles correptis ſecuribus & dolabris, vt ſi murum perrumperet, cædere tegmina, & corpora. Quidam trudibus aut furcis inertem molem proſternere. Iacenteſque nullo ad reſurgendum niſu, quaſi exanimes linquebãtur. Sacrouir primò Auguſtodunum, dein, metu deditionis, in villam propinquam cum fidiſſimis pergit. [l] Illic ſua manu, reliqui mutuis ictibus occidere. Incenſa ſuper villa omnes cremauit. Tum demum [m] Tyberius ortum patratumque bellum ſenatui ſcrip-

1. ſegnes ante dimicare, ob crimina duorum, qui regimini eius impenetrabiles.

2. victoriæ.

3. ſic li. xi. Ann. de Gallis loquens, non ignauos dicit, & imbelles eſſe, & lib. 4. hiſtor. Gallos quid aliud, quàm prædam victoribus?

4. reſiſtentibus.

OBSERVATIONES.

a *Quæ præclarè quis geſſit, hæc illius gloria verè dici poteſt, neque præterea quicquam.*
b *Ea demum decora victoribus victoria eſt, qua ſibi pariunt libertatem.*
c *Iterum, ac ſæpiùs victi, ecquid præter duriſſimam ſeruitutem expectare poſſunt?*
d *Vt aliarum omnium rerum, ita quoque militiæ ars eſt; quæ, præter cætera, in eo præcipuè conſiſtit; vt exercitus, non incondituſ, ſed ordine in hoſtem eat.*
e *Si, cùm prœlium inſtat, ita perterrefactus eſt miles, vt neq; oculis neque auribus ſatis competat, paruo negotio tum vinci poſſe conſtat. id ſimulatque animaduertit dux exercitus, receptui canere deparuo negotio tum vinci poſſe conſtat. id ſimulatque animaduertit dux exercitus, receptui canere debet. ſic Q. Curtius lib. 4. Alexandr. inquit, cognito pauore exercitus, ſignum vt cõſiſterent, dari, ipſos arma deponere, ac leuare corpora iubet.*
f *Victoriæ certiſſimum ſignum eſt, cùm eius ſpem ita miles præſumpſit, vt ſe inde nonniſi victorem redire poſſe pro certo habeat.*
g *Qui validiorem & ferociorem vicit, multò magis eum imbelles, & meticuloſos vincere poſſe conſtat.*
h *Strenuo militi imbellis hoſtis, non hoſtis, ſed præda eſt.*
i *Quò magis aliqua gens diuitijs abundat, & voluptatibus, & otio diffluit, hoc magis imbellem eſſe conſtat.*
k *Callidi belli dux, cùm exercitum hortatur ad pugnam extrema eius oratio hæc eſſe debet, vt imperet, vt fugientibus hoſtibus conſiliat, ac ſi illos non pugnantes, ſed iam in fugam conuerſos videat.*
l *Rebellionem, & motus contra validum imperium cœptans, niſi quod agit vndequaque ſtabiliit, res ſuas infœlici exitu concludit.*
m *Quæ ſi nuntientur, perturbare magis hominum animos, quàm remp. iuuare poſſunt, ea princeps non prius vulgare debet, quàm re egregiè geſta; ſi modò id huiuſmodi erat, vt rectè, & citò confici poſſe ſpes eſſet.*

ſit.

ſit. Neque [a] dempſit, aut addidit vero, ſed fide ac virtute legatos, ſe [2] cõſiliis ſuperfuiſſe. Simul cauſas cur non ipſe, non Druſus profecti ad id bellorum forent, adiunxit, magnitudinem imperij extõllens; neque [c] decorum principibus, ſi vna alteraue ciuitas turbet, omiſſa vrbe, vnde in omnia regimen. [2] Nunc quia non [d] metu ducatur, iturum, [e] vt præſentia ſpectaret, componeretque. [f] Decreuere patres vota pro reditu eius, ſupplicationeſque, & alia decora. Solus Dolabella Cornelius dum anteire cæteros parat, [g] abſurdam in adulationem progreſſus, cenſuit vt ouans è Campania vrbem introiret. Igitur ſecutæ Cæſaris literæ, quibus ſe non [h] tam vacuum [i] gloria prædicabat, vt poſt ferociſſimas gentes perdomitas, tot receptos in iuuenta, aut ſpretos triumphos, iam ſenior peregrinationis ſuburbanæ inane præmium peteret. Sub idem tempus, vt mors Sulpitij Quirinij publicis exequiis frequentaretur, petiuit à ſenatu. Nihil ad veterem & patritiam Sulpitiorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuuium, ſed impiger militiæ, & acribus miniſteriis conſulatum ſub diuo Auguſto, mox, expugnatis per Ciliciam Homonadenſium caſtellis, inſignia triumphi adeptus, [k] datuſque rector C. Cæſari Armeniam obtinenti. Tyberium quoque Rhodi agentem coluerat: quod tunc patefecit in ſenatu, laudatis in ſe officiis, & incuſato M. Folio, quem [3] autorem C. Cæſari [3] prauitatis & diſcordiarum arguebat. ſed cæ-

2. ſic Otho miſſi ſe alloquentes li. 1. hiſt. Vobis arma, & animæ ſit, mihi conſilium, & virtutis veſtræ regimen relinquite.

2. hic deeſt aliquid.

3. ſic li. 12. Ann. ac miſi prauitas tam infeſta docentium arteſacta, erupuit in publicam pernitiem.

OBSERVATIONES.

a *Vera narrare, eſt neque addere, neque demere vero.*
b *Illa demum reſp. fœlix eſt, in qua princeps ſupereſt conſilijs, hoc eſt, ſapienter quod facto opus eſt, præcipit; ipſiusque miniſtri, ijs in rebus, quas iuſſi ſunt, quaſque conficiendas ſuſceperunt, ei fidem, & virtutem præſtant. hæc eſt illa ἀριστοκρατία, quam propter vnam maxima quæque imperia ſtant.*
c *Omnibus in rebus princeps dignitati conſulere debet. ea re, non ſtatim, audito aliquo nouo motu vnius, aut alterius ciuitatis, illuc ei, omiſſa imperij ſede, vnde in omnia regimen, proficiſcendũ eſt, ne ſe plus æquo, hoc eſt, quàm dignitas, & perſona principis poſtulat, perterrefactum eſſe oſtendat.*
d *Metus, vt paulò ante obſeruaui, ſiqua res alia, principem magnopere dedecet.*
e *Poſt magnos belli tumultus in aliqua prouincia ortos, princeps eo ire debet, vt præſentia ſpectet, & componat.*
f *Principi longinquum iter ingredienti, aut meditanti ab ſenatu decerni debent vota pro reditu eius & ſupplicationes, & alia decora.*
g *Aulico, atque adeo ſenatori, & conſiliario principis ſummo ſtudio cauendum eſt, ne in abſurdam, nimiſque notam & ineptam adulationem progrediatur.*
h *Qui in iuuenta veris ſibi debitis, iiſque ampliſſimis honoribus aut cumulatus eſt, aut eos ſprenit, is ineptus, & præpoſterus eſt, ſi vergente iam ætate, inanes, aut falſos aut ambit, aut ſibi deferri patitur.*
i *Qui inanem, minimeque ſibi debitum honorem recuſat, hoc ipſo dignus honore videri poteſt, quod falſum recuſat.*
k *Iunioribus principibus, quibus prouinciæ regendæ, maximæque res gerendæ committuntur, rectores dandi ſunt ij, qui multa, & præclara eximiæ virtutis documenta dederunt.*
l *O impuros, & perditos homines, qui principibus autores ſunt prauitatis, & diſcordiarum!*

Universidad de Deusto
Biblioteca

teris haud læta memoria Quirinij erat, [a] ob intenta (vt memoraui) Lepidæ pericula, sordidamque & præpotentem senectam. Fine anni C. Lutorium Priscum equitem Romanum post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat, [b] pecunia donatum à Cęsare, corripuit delator, obiectans [c] ægro Druso composuisse, quod si extinctus foret, [d] maiore præmio vulgaretur. Id C. Lutorius in domo P. Petronij, socru eius Vitellia coram, [e] multisque inlustribus fœminis per [f] vaniloquentiam [g] legerat. [h] Vt delator extitit, cæteris ad dicendum testimonium exterritis, sola Vitellia [i] nihil se audiuisse [k] adseuerauit. Sed [l] arguentibus ad perniciem plus fidei fuit. Sententiaque Haterij Agrippæ consulis designati in dictum reo vltimum supplicium. Contra M. Lepidus in hunc modum exorsus est. Si P. C. vnum id spectamus, quàm nefaria voce C. Lutorius Priscus [m] mentem suam, & aures hominum polluerit, [k] neque carcer, neque laqueus, ne seruiles quidem cruciatus in eum suffecerint. Sin flagitia & facinora sine modo sunt, suppliciis ac remediis [n] principis moderatio, maiorumque & vestra exempla temperant, & [m] vana à sceleſtis,

OBSERVATIONES

a *Quis ipse obscurus viro nobili periculum creat, etsi id iustè facere videtur, tamen hominum odia effugere vix potest.*

b *Carmina, cæteraque doctorum hominum scripta, quibus viri illustres laudantur, aut eorum suprema deflentur, præmio, & remuneratione digna sunt.*

c *Qui, viuo adhuc principe, carmen, aliudue scriptum componit in laudem illius, vt mortui, grauiter peccat; siquidem ob pretium, quod inde sperat, videtur optare mortem principis.*

d *Vaniloquentia plerisque exitio fuit.*

e *Vaniloquentia est, intempestiuè aliquid loqui, legere, aut recitare.*

f *Ferè fit, vt versificatores, simulatque carmen aliquod scriptitarunt, & extuderunt, per vaniloquentiam illud etiam nolentibus, & occupatis legant. huius generis hominum naturā vide apud Horat. Saty. Ibam forte via sacra. & dialogum de Orator. Tacito nostro adscriptum.*

g *Cùm ex testimonij dictione oritur pernicies rei, vani magis & imprudentis, quàm scelesti, & inde nulla in principem, aut remp. vtilitas redundat, ea certè abstinere præstat, quàm id agere, qui hominem calamitosum nostro testimonio perdimus.*

h *Mendacium etiam in iudicio prolatum, ex quo oritur salus rei, aut cuiusuis alius, egregium, & officiosum potius, quàm flagitiosum est. Sic lib. 4. histor. seruus, inquit, egregio mendacio se Pisonem esse respondit, ac statim obtruncatur.*

i *Qui sinistros de principe sermones habet, ac procaciùs exercet libidinem ingenij, is priùs mentem suam, mox aures hominum polluisse dicitur.*

k *Maxima, & impurissima quæque flagitia nullo neque carcere, neque laqueo, ac ne seruili quidem vllo cruciatu satis puniri possunt. quod si flagitia sine modo non sunt, hoc est, si non maxima sunt, sed vna aliqua in re peccatum est, adeò vt flagitium non se in immensum extenderit, sed certis quodammodo finibus sit circumscriptum, pœna etiam, & supplicium non atrocissima, sed pro magnitudine delicti, infligi debet. neque enim magistratus, vt supra dixit, asperior remediis esse debet, quàm sunt delicta.*

l *Cùm omnibus in rebus, tum verò in puniendis delictis princeps moderatus esse debet.*

m *Aliud est, vanum esse, aliud, scelestum. quippe scelus graui supplicio vindicandum est; vanitas leui castigatione corrigi potest.*

dicta

[a] dicta à maleficiis differunt: [b] est locus sententiæ per quā neq; huic [c] delictum impune sit, & nos clementiæ simul ac seueritatis non pœniteat. Sæpe audiui principem nostrum [d] conquerentem, si quis sumpta morte, misericordiam eius præuenisset. Vita C. Lutorij in integro est, qui neque seruatus [e] in periculum Reipub. neque interfectus [f] in exemplum ibit. studia illi, vt [g] plena vecordię, ita inania & fluxa sunt; [h] nec quicquā graue, ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorū animis, sed mulierculārū adrepit. cedat tamen vrbe, & bonis amissis aqua & igni arceatur. Quod perinde cēseo, [i] ac si lege maiestatis teneretur. Solus Lepido Rubellius Blandus è consularibus adsensit. [k] Cæteri sententiam Agrippæ secuti. Ductusque in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tyberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusauit, cùm extolleret [l] pietatem [m] quamuis [n] modicas principis iniurias acriter vlciscen-

OBSERVATIONES.

a *Non semper dicta sunt maleficia: constat certè hæc illis multò esse graviora, iis exceptis quæ impiè in Deum, aut seditiosè in principem aut in remp. dicuntur. quippe huiusmodi atrocia dicta æquantur prauè factis.*

b *Prudentia iudicis in eo perspici debet, vt in iudiciis pœnalibus, ac potissimum capitis eam sententiam ex atrocissimis, & clementissimis eligat, per quam neque ei, qui deliquit, impune sit; nec tamen ipsum, aut principem clementiæ simul, & seueritatis pœniteat. adeò clementia, & seueritas in vno eodemque iudice simul esse possunt. Sic lib. 14. Annal. Esse pœnas legibus constitutas, quibus sine iudicum sœuitia, & temporum infamia supplicia decernerentur.*

c *Delicta nulli impune esse debent.*

d *Cùm clementia non modò ornamentum, verùm etiam certissima salus imperiorum sit, summo studio princeps niti debet, vt huius virtutis laudem assequatur; sed eo iudicio, quod continetur diuinis Senecæ scriptis ad Neronem.*

e *Si flagitiosum hominem seruas, supplicioque eximis, haud dubiè periculum reip. creas.*

f *Cùm quæ pœna à principe, aut à iudice in aliquem statuitur, in exemplum cat, summa prudentia, & moderatione tali in re vtendum est.*

g *Quæ à vecordia proficiscuntur, inania sunt, & fluxa; hoc est talia sunt, vt ab his nihil meritò metuas.*

h *Nihil graue, ac serium ex eo metuas, qui sua ipse flagitia non modò apud viros, sed & apud mulierculas prodit.*

i *Conuicto maiestatis bona adimuntur, aqua, & igni interdicitur.*

k *Ineunte principatu, incredibile memoratu est, quàm non modo singuli, sed & ipse amplissimus ordo suæ dignitatis, atque adeò æquitatis, & clementiæ oblitus præceps ruat ad ea, quæ turpissima, & flagitiosissima adulatio suadet.*

l *Is honos, obseruantia, & fides, quam principi præstamus, vno pietatis nomine contineri rectè potest.*

m *Princeps ea, quæ ab adulatoribus seuerè in eos constituta sunt, à quibus ipse dicto forte lesus est, sicut non palam probare, sed potiùs leuiter incusare debet, potissimùm cùm id impune facere potest, nempe, vt præ se ferat animum mitem, ita quoque consulte faciet, si non planè id, quicquid est, improbabit, sed ostendet, non sibi eorum studia displicere, qui ipsius dignitati fauent. hac ratione, dum se dubium, aut ambiguum gerit, satis quid sit sententiæ, docet. Vult enim intelligi, se quidem esse clementem, & cupere ne cui propter se male sit; non tamen impedire, quominus in eos, à quibus offensus est, seuerè animaduertatur. hæ sunt illæ ambages, quas Tacitus Tiberio solitas fuisse dicit.*

n *Senatus vel modicas principis iniurias acriter vlcisci debere videtur, cùm reip. fieri videantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium, deprecaretur tam præcipitis verborum pœnas, laudaret Lepidum, nec Agrippam argueret. Igitur factum [1]S.C.[a] ne decreta patrum ante diem decimum ad [2] ærarium deferrentur, idque vitę spatium damnatis prorogaretur. Sed non senatui libertas ad [b] pœnitendum erat, [c] [3] neque Tyberius interiectu temporis mitigabatur. C. Sulpitius, D. Haterius consules sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspecta seueritate aduersum luxum, qui immensum proruperat ad cuncta quis pecunia [d] prodigitur. Sed alia sumptuum, quamuis grauiora, [e] dissimulatis plerunque pretiis occultabantur; ventris, & ganeę paratus adsiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, [f] ne princeps antiquæ [4] parsimoniæ duriùs aduerteret. [g] Nam incipiente C. Bibulo, cæteri quoque ædiles disseruerant, sperni sumptuariam legem, vetitaque [h] vtēsilium pretia augeri in dies, nec [i] mediocribus remediis resisti posse. & consulti patres integrum id negotium ad principem distulerant. Sed Tyberius sæpe [k] apud se pensitato, an [l] coerceri tam profusæ cupidines possent: num

OBSERVATIONES.

a *Ad mortem iudiciorum capitis videtur pertinere, ne decretum magistratus protinus executioni mandetur; sed spatium & interstitium aliquod inter damnationem, & supplicium interponatur; ne, præceps pœna dici possit; ac princeps meritò conqueratur, præuentam esse suam misericordiã; ad quã, iusta aliqua de causa forte ad luctus, reum pœnæ si non eximere, eam saltem lenire potest.*

b *Cùm nullus non ad peccandum proclivior sit, quàm ad benefaciendum, quanti, quæso, in hac humana imbecillitate, apud quemque debet esse pœnitentia, cuius ope corrigi id, in quo peccatum est, potest? certè non modò singulos, ac priuatos, sed & ipsum principem & senatum pœnitentiæ, si modò iusta est, nunquam pudere debet.*

c *Sæui admodum hominis iudicium est, non modò non ratione, sed ne tempore quidẽ ipso mitigari.*

d *Multa sunt quæ non emuntur, sed ad quæ verius pecunia prodigitur: cuiusmodi sunt ea, quæ neque ad quotidianos, & necessarios vitæ vsus, neque ad decus, & dignitatem parantur, sed in quibus solum consistit luxus; quo magnis opibus nihil est exitiosius.*

e *Proh Deus! tantane vecordia innata cuiquam vt sit, vt se ipse sciens fallat? imò id genus hominum est, qui quanquam se, & sua libenter perdunt, & effundunt, tamen id rescirí nolunt, ne à quoquam corrigi, aut reprehendi possint.*

f *Cum princeps summus suæ magistratus videt luxum in immensum prorumpere, pecuniamque ad res inutiles, ac turpes prodigi, durius antiquæ parsimoniæ aduertere debet, hoc est, acribus remediis, quando mediocria non satis sunt, luxum expellere; & huic contrariam parsimoniam, quasi postliminio reuocatam hominibus proponere.*

g *Interest reip. ne priuati in luxum pecuniam prodigant.*

h *Vtensilium appellatione continentur ea omnia, quibus homines tum ad cultum tum ad curanda corpora vtuntur.*

i *Vbi mediocria remedia parum prosunt, acrioribus est vtendum.*

k *Omnibus in rebus, quas princeps agendas suscipit, non tã quid velit, quàm quid efficere possit, pensitare debet, nam si non prius dispicit, an possit id, quod adtrectat, obtinere, non satis dici potest, quàm ei indecorum futurum sit spe decidisse.*

l *Vix profusissimæ cupidines acribus remediis coerceri possunt.*

coerci-

coercitio [a] plus damni in Rempub. ferret, quàm indecorum adtrectare quod non obtineretur, vel retentum ignominiam & infamiam virorum inlustrium posceret: postremò literas ad senatum composuit, quarum sententia in hunc modum fuit: Cæteris forsitan in rebus P. C. magis expediat me coram interrogari, & dicere quid è Rep. censeam. [b] In hac relatione subtrahi oculos meos melius fuerit, ne denotantibus vobis ora, ac metum singulorum qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut [c] deprehenderem. Quòd si mecum antè viri [d] [e] strenui ædiles [f] consilium habuissent, nescio an suasurus fuerim [g] omittere potiùs prævalida, & adulta vitia, quàm hoc adsequi, vt palam fieret, quibus [1] flagitiis impares essemus. Sed illi quidẽ [h] officio functi sunt, vt cæteros quoq; magistratus sua munia implere velim. Mihi autem neq; [i] honestũ

1. coercendis.

OBSERVATIONES.

a *Attrectata coercitio flagitiorum, nec perfecta plus damni quàm vtilitatis in remp. inferre potest. siquidem homines virtute præstantes in eo à flagitiosis, & impuris vincantur, vt scelera impunita maneant. id quod ipsis insolentiam auget; ac probis & honestis si non ignominiam, & infamiam, saltem pudorem parit.*

b *O mirificam Tiberii prudentiam; qui ne eos, qui vitiorum quorum de coercitione relatum erat, arguebantur, vel eo solo offenderet, quòd eos in Senatu aspiceret, eorumq; ora, metusque ab ipso denotari viderentur, oculos suos subtraxit, publicoque abstinuit; deque eo, quod ad eam relationẽ pertineret, per literas, quàm coram cum senatu agere maluit.*

c *Vix fieri potest, vt qui sub oculis ipsius principis accusantur, non se eo ipsi indicẽt, quòd illius aspectum ferre non possint, tanquam ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensi.*

d *Princeps vt quam honorificentissime nominetur, ipse quoque magistratus, & illustrem quemque hominem honorificè appellare debet. hic certè Tiberius strenuos appellat Aediles; ac testatur Suetonius ipsum quoque Consulibus assurgere, & decedere de via solitum.*

e *Strenuus non solùm dicitur is, qui suum corpus alacri animo bellicis periculis obiectat; sed & is, qui constanter pro virtute suscipit propugnationem aduersus vitia.*

f *Etsi princeps cuncta ad se traxit, tamẽ cùm de se loquitur, sua verba ad modestiã flectere, suamq; potestatẽ interdũ extenuare debet, vt si sit vnus è senatoribus. Certè Tiberius non se ab Aedilibus consultũ esse ait, sed secum ab ipsis consilium habitum esse; nec se imperaturum, sed suasurum fuisse.*

g *Etsi ἀδύνατον videri potest, tamen vt consilium prudentissimi Tiberij diligenter obseruandum est; nempe, prænalida, & adulta vitia potius esse omittenda, quàm vt princeps tentata eorum coercitione, & intempestiuis, parumque validis remediis aut delicta accendat, aut hoc adsequatur, vt palam fiat, quibus flagitiis coercendis impar sit. qua re principi neque periculosius, neque perniciosius quicquam accidere potest: cùm de sua dignitate, fama, & autoritate non parum eo facto detrahatur. Hinc diligenter obseruet princeps, omnibus in rebus, cuiusmodi illæ sunt, nunquam se palam facere debere quid non efficere, aut præstare possit, ne inde oriatur contemptus sui. Quòd si se alicui rei imparem videt, hanc aut omnino non attingat, aut sensim, & veluti aliud agens eam labefactare incipiat; mox in illius perniciem perseueranter, & obstinatè insistat. multa enim simul, vnoque impetu fieri non possunt, quæ & dies, & assiduitas conficit: atque, vt infra obseruaui, quæ seueritate corrigi non possunt, ea plerumque tempore exolescunt.*

h *Ad præcipuas curas magistratus pertinet, diligenter, quacunque ratione fieri potest, dare operam, ne vitia in rep. adolescant.*

i *Parum honestum est principi, cùm omnes exclamant, vitia acribus remediis esse coercenda, silere, & torpere, ac si nolit, aut nequeat ea corrigere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

silere,neq; proloqui expeditũ,quia non [a] ædilis,aut prætoris,aut cõsulis partes sustineo. [b] Maius aliquid & excelsius à principe postulatur: & [c] cũ rectè factorum sibi quisque gratiam trahat, [d] vnius inuidia ab omnibus peccatur. Quid enim primum prohibere, & priscum ad morem recidere adgrediar? [e] villarumne infinita spatia, familiarum numerum, & nationes? argenti & auri pondus? æris, tabularumque miracula? [f] promiscuas viris & fœminis vestes? atque illa fœminarum propria, quis [g] lapidum causa pecuniæ nostræ [h] ad externas, aut hostilis gentes transferuntur? Nec ignoro [i] in conuiuiis, & circulis incusari ista, & modum posci. Sed si quis legem sanciat, [k] pœnas indicat, iidem illi ciuitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt. Atqui ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas. [l] Corruptus simul & corruptor, æger & flagrans animus haud leuioribus [m] remediis restinguendus est, quàm libidinibus ardescit. Tot à maioribus repertæ leges, tot quas diuus Augustus

i. hæ sunt illæ vestes, quas supra lib. 2. testatus appellauit, quibus viros fœdari dixit.

OBSERVATIONES.

a *Vnus princeps sustinet munia singulorum magistratuum.*

b *Cùm multò maiores partes sustineat princeps in rep. quàm magistratus ordinarij, maius etiam aliquid, & excelsius ab ipso postulatur. siquidem cui summus honor delatus est, huic haud dubiè præcipua curarum incumbunt.*

c *Hoc est hominibus insitum à natura, vt rectè factorum sibi quisque gratiam trahat; malefactorum inuidiam ad alios deriuet.*

d *Quemadmodum rectè factorum gloria penes vnum principem est, ita quoque, quæ prauè in rep. fiunt, ea omnia vni ipsi adscribi solent; adeò vt, vnius ipsius inuidia à cæteris & magistratibus & priuatis peccetur.*

e *Luxus in his potissimum rebus consistit; in infinitis villarum spatijs; in familiarium, & seruorum numero, & natione; argenti & auri pondere, æris, tabularumque miraculis, hoc est, statuariorum, & pictorum admirandis operibus; vestibus, & earum promiscuo vsu viris, ac fœminis. postremò si lapidum ac nugarum causa pecuniæ ad exteras, aut etiam hostiles gentes transferuntur.*

f *Orem impudicam, & dictu turpem, viris, & fœminis promiscuas esse vestes. vide ea, quæ lib. 2. his ipsis de vestibus obseruaui.*

g *Multis, iisdemque grauissimis viris insania videtur, in lapides magnam vim pecuniarum insumere.*

h *Principi imprimis cauendum est, ne quamcunque ob causam, ac potissimùm ob nugas, & res fluxas, pecuniæ transferãtur ad longinquas, externas, aut etiam hostiles gentes.*

i *Hæc est natura multitudinis, vt in conuiuiis, & circulis aliena vitia, luxumque incuset. sed si quis ad ea coercenda leges sanciat, pœnas indicat, iidem illi, ciuitatem verti; splendidissimo cuique exitium parari; neminem criminis expertem esse clamitent.*

k *Non satis est legem sancire; siquidem facilè contemni potest. Sed pœna ibidem indici debet.*

l *Quemadmodum morbi veteres, & diu aucti nonnisi duris, & asperis remediis coercentur; ita quoque corruptus simul, & corruptor, æger, & flagrans animus haud leuioribus remediis restinguendus est, quàm libidinibus ardescit.*

m *Leges, & pœnæ legibus indictæ ea sunt remedia, quæ ad sanandos corruptos hominum animos adhiberi debent.*

tulit,

tulit, illæ [a] obliuione, hæ (quod flagitiosius est) [b] contemptu abolitæ securiorem luxum fecere. [c] Nam si velis quod nondum vetitum est, timeas ne vetere. At si prohibita impune transcenderis, neque metus vltra, neq; pudor est. Cur ergo olim parsimonia pollebat? [d] quia sibi quisque moderabatur, quia [e] vnius vrbis ciues eramus, [f] ne inritamenta quidem eadem intra Italiam dominantibus. [g] Externis victoriis aliena, ciuilibus etiam nostra consumere didicimus. Quantulum istud est, de quo ædiles admonent? Quàm, si cætera respicias, [g] in [i] leui habendum? At hercule nemo refert [h] quòd Italia externæ opis indiget, [i] quòd vita populi Romæ per [k] incerta maris & tempestatum quotidie voluitur. ac nisi prouinciarum copiæ & dominis & seruitiis, & agris subuenerint, nostra nos, scilicet, [l] nemora, nostræque villæ tuebuntur? Hanc P. C. curam sustinet princeps. Hæc omissa funditus Rempub. trahet. [k] reliquis intra animũ

i. hic deest, aut nunc, aut aliquid tale.

a. sic supra lib. 2. huic quoque casui accidisse, dum atrocora meritabantur, in leui habitum

i. sic lib. 12. Ann. non nunc infacundia: se laborare, sed Africã vomis, & Ægyptũ exercemus, nauibusque & cursibus vita populi Rom. peti. Non illa est.

4. Concretum huic dictioni, est terra motu, vt lib. 4. huius, per eos mentes inquit, quibus Vespasianus Alexandriæ fatos astiuis flatibus dici, & vetus mare operiebatur, &c.

OBSERVATIONES.

a *Leges plerunque duabus rationibus haud rectè abolentur; obliuione, &, id quod flagitiosius est, contemptu.*

b *Eam remp. pessum ire constat, in qua leges contemnuntur.*

c *Qui vult quod nondum vetitum est, is ne vetetur, timet, i. qui aliquid admittit quod lege nondum expressum est, de eo saltem spes est fore, vt, simulac intellexerit, hoc aut illud lege vetitum esse, tunc ab eo abstineat. at vero qui prohibita legibus impune transcendit, de eo nihil dici potest aliud, nisi hoc, neque metum legum vltra, neque honesti, aut hominum pudorem ei esse.*

d *Tunc demum virtus pollet, cùm non expectantur leges, quibus hoc aut illud vetetur, sed sponte ingenio honesta petuntur, & sibi quisque lex est, suisque libidinibus non metu, sed pudore moderatur.*

e *Ciuium hæc præclara laus est, vt vnius ciuitatis ciues sint; hoc est, vt, non in peregrinas viuendi rationes abeant, sed quisque contentus patrijs moribus, & institutis, ita vitam agat, vt, qui vnum viderit, omnes viderit. qui enim hinc inde quicquid vspiam vitiorum est, mutuantur, illi quia externo luxu, eoque dissimili contacti sunt, non iam vnius ciuitatis ciues, & indigenæ, sed aduenæ, & colluuies omnium gentium dici possunt: adeò dissimiles sunt moribus, & institutis; quæ in bene constituta rep. vnius generis esse debent.*

f *Cùm sepissimè accidat, vt victor victos fortunis euertat, verissimum est, externis victoriis aliena, ciuilibus suamet consumi.*

g *Grauissima quæque peccata videri possunt leuissima, si aliorum insuper multitudine, & atrocitate cumulantur.*

h *Vna ex præcipuis curis, quæ principi incumbunt, hæc debet esse, ne ea prouincia, quod est imperij caput, externæ opis indigeat, hoc est, ne ea, quæ ad victum sunt necessaria, necessitate aliunde petatur; ne vita populi aliarum gentium victoris, per incerta maris, ac tempestatum quotidie voluatur. hæc cura omissa funditus remp. trahit.*

i *Alia ad necessarios vsus, alia ad voluptates parantur. Illorum cura omnibus rebus præuerti debet; hanc omitti sæpiùs æquum est. quippe manibus nititur, qui ijs fretus viuit, quæ tantùm voluptatis gratia inuenta sunt.*

k *Duo præcipuè videntur esse munia principis; prius, ac præcipuum est, vt nihil eorum prætermittat, quæ pertinent ad securitatem populorum. Quæ securitas non solùm in eo consistit, vt arceat hostes externos, sed vt prouideat, ne ea prouincia, quod caput imperij est, opis externæ indigeat: Alterũ, vt internæ concordiæ prospiciat: id quod assequetur, si præstabit vt vitia pellantur è rep. & in ea virtus colatur. huc duplici via perueniet, legibus, & innata ciuibus virtute, & pudore peccandi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

medendum est. [a] Nos pudor, pauperes necessitas, diuites satias [b] in melius mutet. Aut si quis ex magistratibus tantam [c] industriam ac seueritatem pollicetur, vt ire obuiã queat, hunc & laudo, & [d] exonerari laborum meorum partẽ fateor. Sin accusare vitia volũt, dein cùm gloriam eius rei adepti sunt, simultates faciunt, ac mihi relinquunt, Credite P. C. [e] me quoque non esse offensionum auidum, quas cùm graues, & plerunque iniquas pro Rep. suscipiam, inanes & inritas neque mihi aut vobis vsui futuras iure deprecor. Auditis Cæsaris literis, remissa ædilibus talis cura. luxusque mensæ à fine Actiaci belli, ad ea arma, quîs Serg. Galba rerum summam adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti [f] paulatim exoleuere. Causas eius mutationis quærere libet. [g] Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine insignes studio magnificentiæ prolabebantur. Nam etiam tum plebem, socios, regna [h] colere, & coli licitum: vt quisque opibus, domo, paratu specioſus, per nomen & clientelas inlustrior habebatur. Postquam cædibus [i] sæuitum, & [k] magnitudo famæ exitio erat, cęteri ad [l] sapientiora conuertere: simul noui homines è municipiis & coloniis, atque etiam prouinciis in senatum crebrò [m] adsumpti

f à principibus.

a Non modò à principibus, sed à primo populo, ipsa de re vide orationẽ Claudij Cæsaris lib. xi. Annal.

OBSERVATIONES.

a *Quàm prouida natura est, quæ vnicuique remedium illius vitij, quo laborat, non aliunde, quàm abvno se petere voluit? principes quidem, & præpotentes homines, quibus impune peccare licet, pudor; pauperes necessitas; diuites satias in melius mutare debet. quippe superuacuum est, leges morari, quibus vitia puniantur, aut coerceantur, cùm in sua persona eam quisque legem habeat, cui obtemperare si animum inducet, vitijs intra animum medebitur.*

b *Omnium legum finis est, vt homines in melius mutent.*

c *Duabus potissimùm rationibus magistratus it obuiam vitijs; industria, & seueritate. illa, ne peccetur; hæc ad vindicanda peccata.*

d *Cùm singuli magistratus fungantur officio suo, partẽ laborum principis exonerare dicuntur; quia penes vnum principem sunt munia omnium magistratuum. vt lib. 1. dictum est.*

e *Princeps qua maximè ratione potest, debet vitare offensiones, & simultates, præsertim inanes & irritas. certè singulorum sibi beneuolentiam conciliabit, cùm vniuscuiusque de se iudicium verebitur. Itaque si quando animaduersione, aliaue re odiosa in rep. opus est, ad hanc graduatè accedat; neque tã ipse eo fungatur munere, quàm totum negotium ijs magistratibus mandet, quorum ea procuratio est.*

f *Ferè fit, vt, quæ legum seueritate corrigi non possunt, hæc tempore exolescant.*

g *Hi sunt ferè gradus eorum, quæ homines prima ducunt; nempe, vt primùm paventur diuitiæ, ex quibus nobilitas, & ex vtroque magnificentia; cuius finis est plebis fauorem, socios, regna, & clientelas complecti: & ex his potentiam, famam, & claritudinem adipisci.*

h *In ea rep. quæ constat ex æqualibus, nunquam cuiquam debet esse licitum plebem, socios, & regna priuatim colere, & pariter ab ijs coli, cùm experientia satis doceat, nimiam hãc priuati ciuis potentiã tandem in rem p. perniciem erumpere. huius rei nullum testimonium illustrius est, quàm ipsa resp. Romana, cuius seruitus à nimiis opibus, & intoleranda singulorum potentia profecta est.*

i *Sub principe suspitioso, claritudo, & magnitudo famæ persæpe exitio est. certè sub tyranno is tantum periculorum immunis est, qui contemptu tutus est.*

k *Nulla re magis coercetur luxus, ac cætera vitia, quàm sæuitia principis. nam quemadmodum nimia licentia omnes simus deteriores; ita sæuiente principe in fortunas, & vitam hominum, haud dubium est, omnes ad sapientiora conuerti.*

dome-

[a] domesticam parsimoniam intulerunt. & quanquam fortuna vel industria plerique pecuniosam ad senectam peruenirent, [b] mansit [c] tamen prior animus. Sed præcipuus [d] adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque. obsequium [e] inde in principem, & æmulandi amor, [f] validior quàm pœna ex legibus & metus: nisi fortè [g] rebus cunctis inest quidam velut orbis, vt, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur; [h] nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis & artium imitanda posteris tulit. verùm hæc nobis maiores: [i] certamina ex honesto maneant. Tyberius fama [k] moderationis parta, quòd ingruentis [l] accusatores represserat, mittit literas ad senatum, quîs potestatem tribunitiam Druso petebat. Id summi fastigij vocabulum Augustus reperit, [m] ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret. Marcum deinde Agrippam socium eius potestatis; quo defuncto, Tyberium Neronẽ delegit, ne successor in incerto foret: sic cohiberi prauas alio-

l. luxus.

OBSERVATIONES

a *Ferè fit, vt, quod quisque domi didicit, id in publicum asferat.*

b *Quanti quæso fieri debet is, qui aut fortuna, aut industria ad potentiam, magnasque opes euectus est, pristinum tamen animum, nempe, prioris fortunæ memorem, pristinamque parsimoniam retinet?*

c *Non qui fortunam mutat animum mutat.*

d *Non satis laudari potest princeps is, qui cùm ex tenui fortuna ad id fastigij euectus sit, tamen astrictum morem, nempe, antiquum cultum, victumque retinet.*

e *Quibus moribus est princeps, hos nemo non æmulatur.*

f *Cùm obsequium in principem, & æmulatio morum illius multò validior sit, quàm pœna ex legibus, & metus, siquid princeps præstari ab ijs, quibus imperat, vehementer cupit, incipiat ipse. quippe, cæteri ipsius factum haud dubiè æmulabuntur: nec vlla lex efficiendis in quæ tendit, validior est.*

g *Maximi viri semper in ea sententia fuerunt, vt existimarint, nunquam res hominum in vno statu manere; sed rebus cunctis inesse quendam veluti orbem; vt, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.*

h *Admiratores antiquitatis, & contemptores sui sæculi, hoc est ij, quibus nihil probatur, nisi quod à veteribus institutum, aut factitatum est, errant, ac vehementer quidem errant: siquidẽ satis constat, propter vices temporum, & rerum, non omnia apud veteres esse meliora, quàm quæ hodie fiunt, sed nullam esse ætatem bonorum adeò sterilem, quæ non multa laudis, & artium imitanda posteris ferat.*

i *Quæ nobis maiores laudabilia reliquerunt, ea ita æmulari debemus, vt cum ipsis ex honesto certemus.*

k *Princeps magnam moderationis famam sibi parit, cùm eorum violentiam reprimit, qui in fortunas priuatorum impetum facturi erant, vt iniquis rationibus fiscum, & ærarium augerent.*

l *Supra sæpiùs obseruaui, id quod ex hoc loco apertè colligi potest: Nunquam non cauendum esse nouo principi, vt superbos titulos assumat. cæterùm eo dignitatis vocabulo appellari debet, quod cætera imperia præmineat. hæc autem appellatio non noua, & insuitata, sed vetus grata, populoque accepta esse debet. hoc pacto nihil noui in rem p. inducet; ac nihilominus summum fastigium ipse vnus insidebit, non contradicente populo, sed sedulò præstante ei studia, & beneuolentiam.*

m *Hoc potissimùm princeps curare debet, ne successor in incerto sit, id autem assequetur si interim dũ superstes est, eum quem sibi successorem destinat, eligat collegam, & participem summæ potestatis. quo facto haud dubium est, prauas aliorum spes cohiberi. hoc supra suo loco latiùs obseruaui.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ſpes rebatur; ſimul modeſtiæ Neronis, & ſuæ magnitudini fidebat.
[a] Quo tunc exemplo Tyberius Druſum ſummæ rei admouet, cùm [b] incolumi Germanico integrum inter duos iudicium tenuiſſet. Sed principio literarum [c] veneratus deos, vt conſilia ſua Reip. proſperarent, modica de moribus adoleſcentis, neque in [d] falſum aucta retulit: eſſe illi [e] cõiugem & tres liberos, [f] eamque ætatem, qua ipſe quondam à diuo Auguſto ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit. Neque nunc [g] properè, ſed per octo annos capto experimento, [h] compreſſis ſeditionibus, compoſitis bellis, triumphalem & bis conſulem, [i] noti laboris participem ſumi. Præceperant animis orationem patres, [k] quò quæſitior adulatio fuit. nec tamen repertum, [l] niſi vt effigies principum, aras deûm, templa & arcus, aliaque ſolita cenſerent: niſi quod M. Sillanus ex [m] cõtumelia [1] conſulatus, honorem principibus petiuit: dixitq; pro ſententia, vt [n] publicis, priuatiſque monimẽtis, ad memoriam temporum, non conſulum nomina præſcriberẽtur, ſed eorum [2] qui tribunitiam poteſtatem gererent. At-

1. non adepti.
2. principum.

OBSERVATIONES.

a *Præcipuas res geſtas illius, qui autor fuit principatus, & monarchiæ, ſucceſſor ſingillatim meminiſſe debet, nempe cuius exemplo, cùm res poſtulat, ipſe vti, & quibus artibus imperium partum eſt, iiſdem teneri, & propagari poſſit.*
b *Princeps prudenter facit, ſi inter eos qui pari adfinitatis gradu ipſum contingunt, cùm de ſummo honore & ſucceſſione agitur, iudicium tenet integrum, ne præteritus ſe poſtpoſitum indignatus aliquid turbarum det.*
c *Literæ, & edicta principis hoc principium continere debent, nempe preces, quibus à Deo petat, vt ſua conſilia reip. proſperet.*
d *Si quæ à nobis dicuntur, ita credi volumus, ea in falſum minimè augeri oportet.*
e *Ceteris paribus, de eo cõmodius ſentiũt homines, cui eſt cõiunx, & liberi, quàm de eo, qui celebs eſt.*
f *Quæ ætas propior eſt iuuentuti, quàm pueritiæ, illa maximis rebus adminiſtrandis iam videtur eſſe par.*
g *Ingenti principatus moli præfici non debet is, qui tunc primùm, ac properè capeſſat remp. ſed qui iam multos per annos capto experimento, rebuſque geſtis noto labori admoueatur.*
h *Comprimere ſeditiones, componere, & patrare bella, deuictis hoſtibus triumphare, ſummos magiſtratus cum ſumma laude gerere, eſt munia principis ſuſtinere.*
i *Satis ſciunt principes, imperium, & principatum aliud eſſe nihil præter merum laborem. nam faſciam regis ſolue, multum mali ſub illa latet, vt eſt apud Senecam epiſt. 81. quod ſi princeps ab labore in otij & voluptatis caſtra tranſfugit, principis ponit, & non modò priuati, ſed & nequam hominis perſonam induit.*
k *Hoc adulatio eſt quæſitior, quò magis, quonam ſpectet princeps animo præcipitur.*
l *Adulationis interdum adeò nullus eſt modus, vt, non ſolùm quæ hominibus tribui ſolita ſunt, cuiuſmodi ſunt arcus, ſtatuæ, effigies, nomen tam publicis, quàm priuatis mandatum monimentis; verùm etiam quæ Diis immortalibus, ea & hominibus ſæpe deterrimis ſacrentur, ac tribuantur; quales ſunt, aræ, templa, & diuini cultus.*
m *Callidi homines ad quæ ſummo ſtudio peruenire non potuerunt, iis, quæ re maximè poſſunt, illudunt.*
n *Qui maximus honos viro principi tribui videtur poſſe, eſt, vt, tam publicis, quàm priuatis monimentis, quæ ſcribuntur ad memoriã temporum, ipſius nomen præſcribatur. hodierno die nomen Domini, ac præterea Pontificis, Cæſaris, aut principis illius, cuius in ditione eiuſmodi monimenta conficiuntur, præſcribitur.*

que

que Haterius cùm eius diei ſenatusconſulta aureis literis figenda in curia cenſuiſſet, [a] deridiculo fuit, [b] ſenex fœdiſſimæ adulationis tantùm infamia vſurus. Inter quæ prouincia Africa Iunio Blæſo prorogata. Seruius Maluginenſis Flamen dialis, vt Aſiam ſorte haberet, poſtulauit, fruſtra vulgatũ dictitans non licere Dialibus egredi Italia: neq; aliud ius ſuũ quàm Martialiũ, Quirinaliumq; Flaminũ: porrò ſi hi duxiſſent [1] prouincias, cur dialibus id vetitum? nulla de eo populi ſcita, nõ in libris ceremoniarum reperiri. Sæpe Pontifices dialia ſacra feciſſe, ſi Flamen valitudine, aut munere publico impediretur. duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelij Merulæ cædem neminem ſuffectum: neque tamen ceſſauiſſe religiones. Quòd ſi per tot annos poſſit non creari, nullo ſacrorum damno, [c] quantò faciliùs abfuturum ad vnius anni proconſulare imperium? Priuatis olim [d] ſimultatibus effectum, vt à pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur: nunc deûm munere ſummum Pontificum etiã [e] ſummum hominum eſſe, non [f] æmulatione, non odio, aut priuatis adfectionibus obnoxium. Aduerſus quæ cum augur Lentulus, aliique variè diſſererent, eò decurſum eſt, vt Pontificis Max. ſententiam opperirentur. Tyberius dilata notione de iure Flaminis, decretas ob tribunitiam Druſi poteſtatem ceremonias [g] temperauit, nominatim arguens inſolentiam ſententiæ, [h] aureaſque literas contra patrium morem. Recitatæ & Druſi epiſtolæ quanquam ad modeſtiam flexæ, pro [2] ſuperbiſſimis accipiuntur. Huc decidiſſe cuncta, vt, ne iuuenis quidem [k] tanto honore accepto, adiret vrbis deos, ingrederetur ſenatum; auſpicia ſaltem gentile

1. forte.

OBSERVATIONES.

a *Fœdiſſima adulatio vel ipſis adulatoribus deridiculo eſt.*
b *Quid ſene adulatore fœdius?*
c *Multò facilius ferri poteſt vt aliquis magiſtratus, aut Flamen abſit ab ciuitate, quàm vt omnino non creetur. quòd ſi res ipſa docuit, eo interdum Remp. carere poſſe, ſanè & illud ferri poteſt, vt is aliquo ſpatio temporis reip. cauſa abſit; cùm multò minus damni accipiatur à magiſtratu abſente, quàm ſi is nullus omnino ſit.*
d *Quæ ob priuatas ſimultates in remp. inducta ſunt, ad exemplum trahi minimè debent.*
e *Princeps eſt ſummus hominum.*
f *Vt princeps cæteris hominibus dignitate præſtat, ita nec æmulatione, nec odio adfici, nec priuatis ſtudiis, & affectionibus obnoxius eſſe debet: qui enim his afficitur, non principis, ſed priuati animum gerit.*
g *Princeps nimios honores, nimiaſque & ideo odioſas cæremonias adulatorum ſtudio decretas temperare debet. quòd ſi quid fortè, quod ad eam rem attinet, aduerſus mores, & cõſuetudinem decretum eſt, id ſibi non eſſe placitum palam faciat.*
h *Nihil in rebus mortalium tantum eſt, vt aureis literis ſcribendum eſſe videri poſſit.*
i *Quæ à potentioribus, ac principibus viris multitudini haud multùm probatis, licet modeſtè, aguntur, aut dicuntur, tamen ſæpe pro ſuperbiſſimis accipiuntur.*
k *Cui inſoliti, ſummique honores delati ſunt, ſi non ſuperbus, & ingratus haberi vult, non per literas, ſed præſens iis gratias agere debet, quorum ſtudiis, & ſuffragiis honores adeptus eſt. qui enim quod præſens facere & debet, & poteſt, id per literas agit, huius factum nonniſi pro ſuperbiſſimo accipi poteſt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud ſolum inciperet. Bellum, ſcilicet, aut diuerſo terrarum diſtineri, litora & lacus Campaniæ tum maximè peragrantem: ſic imbui [a] rectorem generis humani, id primum è paternis conſiliis diſcere. Sanè grauaretur aſpectum ciuium ſenex imperator, [b] feſſamque ætatem, & actos labores prætenderet: Druſo quod niſi ex adrogantia impedimentum? [c] Sed Tyberius vim principatus ſibi firmans, imaginem antiquitatis ſenatui præbebat, poſtulata prouinciarum ad diſquiſitionem patrum mittēdo. Crebreſcebat enim Græcas per vrbes licentia atque impunitas [d] aſyla ſtatuēdi. Complebantur templa peſſimis ſeruitiorum. Eodem ſubſidio obærati aduerſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec vllum ſatis [e] validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, [f] flagitia hominum vt ceremonias deûm protegentis. Igitur placitum [g] vt mitterent ciuitates iura, atque legatos. Et quædam quod falſò [h] vſurpauerant [i] ſponte omiſere. Multæ vetuſtis ſuperſtitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. [k] Magnaque eius diei ſpecies fuit, quo ſenatus maiorum beneficia, ſociorum pacta, regum etiam, qui ante vim Romanā valuerāt decreta, ipſorumq; numinum religiones in-

1. Nec aliquid pūto deſiderari

2. ſic alibi, validus ſpernendis tumultibus.

3. Eximius & in ſignis illo die fuit

OBSERVATIONES.

a *Principes ſunt rectores hominum.*

b *Senì principi feſſam ætatem, & actos labores prætendenti concedi otium, & ſolitudo, ſine inuidia, poteſt. tuueni, ſi ſe hominum oculis ſubtrahit, nonniſi adrogantiæ id adſcribi poteſt.*

c *Princeps nouus quibus maximè poteſt, quæſitiſſimis rationibus principatum ſibi firmare, hoc eſt, nihil eorum, quæ pertinent ad corroborandam ſummam poteſtatem prætermittere debet: atque interim imaginem aliquam libertatis, veteriſque reipub. nonnunquam ſenatui, & populo præbere, qua ſe obiectet, interim dum ipſe planè libertatem pergit corrumpere.*

d *Aſyla ſunt loca ſacra, & religione tuta, non ideo inſtituta, vt ea flagitia hominum protegātur, atque impunitas nequiſſimo cuique, tam in reip. perniciem, quàm in priuatorum fraudem proponatur; ſed vt eò confugiant venia, & miſericordia digni.*

e *Imperita multitudo ſolet cōfundere quæ ſeparari debent. quippe Deûm ceremoniæ, ne polluantur, protegi debent; ſed flagitioſorum hominum cauſam religione miſcere, hoc certè eſt pietate impietatem protegere.*

f *Cùm ciuitates, & prouinciæ inter ſe adeò ſunt diſcordes, vt aliæ in alias multa ſeditioſè, violenterque admittant, non temerè princeps in hanc, aut in illam partem inclinare, ſed priùs cauſam cognoſcere ſummo ſtudio, ſummaque diligentia debet. cognitio autem in eo conſiſtit, vt cuiuslibet ciuitatis, aut prouinciæ iura, quibus quæque nititur, ad principem per legatos, à quibus de tota re doceri poſſit, mittantur.*

g *Falſæ vſurpationis nullum eſt ius.*

h *Vtinam ij omnes, qui ſe nullo iure, ſed ſola peruicacia niti intelligunt ſponte litem, & certamina omittere priùs, quàm cauſa cadant, in animum inducere poſſent. præclarius certè cum ipſis ageretur.*

i *Haud dubiè magna eius diei ſpecies eſt, quo die aliquid inſigne, & inuſitatum apud principem, aut in ſenatu actum eſt. porrò nihil neque maius, neque illuſtrius tractari poteſt, quàm maiorum inſignia facinora, ſociorum pacta, regum honorifica erga nos decreta, denique numinum religiones: & cætera de eodem genere.*

tro-

troſpexit, [a] [l] libero, vt quondam, quid firmaret, mutaretue. Primi omniū Epheſij adiere memorantes, nō, vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos; eſſe apud ſe Cenchrium amnem [2] locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam, edidiſſe ea numina: deorumque monitu ſacratum nemus. Atque ipſum illic Apollinem poſt interfectos Cyclopas Iouis iram vitauiſſe. Mox liberum patrem bello victorem, ſupplicibus Amazonum, quæ [b] aram inſederant, ignouiſſe. Auctam hinc, conceſſu Herculis, cùm Lydia potiretur, ceremoniam tēplo, neque Perſarum [3] ditione diminutum ius. Poſt Macedonas, dien nos ſeruauiſſe. Proximo Magnetes, L. Scipionis, & L. Sullæ cōſtitutis nitebantur. quorū ille Antiocho, hic Mithridate pulſis, fidem, atq; [c] virtutem Magnetum decorauere, vti Dianæ Leucophryenæ perfugium inuiolabile foret. Aphrodiſienſes poſthac, & Stratonicenſes dictatoris Cæſaris, ob vetuſta in parteis merita, & recens diui Auguſti decretū adtulere. [d] Laudati quòd Parthorum inruptionem, nihil mutata in populum Romanum conſtantia, pertuliſſent. Sed Aphrodiſienſium ciuitas, Veneris, Stratonicenſium, Iouis, & [4] Triuiæ religionem tuebantur. Altiùs Hierocæſarienſes expoſuere, Perſicam apud ſe Dianam, delubrum rege Cyro dicatum. & memorabantur Perpennæ, Iſaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modò templo, [e] ſed duobus millibus paſſuum eandem ſanctitatem tribuerāt. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri autor Aerias, pòſt filius eius Amathus Veneri Amathuſiæ, & Ioui Salamimio Teucer, Telamonis patris ira profugus, poſuiſſent. Auditæ aliarum quoque ciuitatum legationes. Quorum copia feſſi patres, & quia [f] [l] ſtudiis certabatur, conſulibus [6] permiſere vt perſpecto iure, & ſi qua iniquitas inuolueretur, [g] rem integrā rur-

1. hæc eſt, illa imago antiquitatis quam ſupra dixit.

2. lego, locum, vt Ortygia ſit lucus, quem Cenchrius irrigabat.

3. Imperio.

4. i. Dianæ, Vir. è Æneid. Atque vbi Phœbi, Triuiæque ſacerdos.

5. magis quàm more religionis.

6. Sicil. 14. An. Cuius rei iudicium princeps ſenatui, fenat* conſulibus permiſit.

OBSERVATIONES

a *Quæ res ad alicuius diſquiſitionem à principe miſſa eſt, is de ea liberè cenſere poteſt quid firmet, quid item mutet. id quod præcipuè verum eſt, ſi eius rei arbitrium à principe ad ampliſſimum ordinem miſſum eſt.*

b *Qui aram inſedit, huic veniam, propter loci ſanctitatem, quamuis noxio dari æquum eſt.*

c *Cuius ciuitatis fides, & virtus rebus in dubiis planè perſpecta eſt, huic, ad perpetuam rei memoriam, & grati animi argumentum concedi à principe poteſt, vt, quod ibi templum alicui numini ſacrum eſt, id ſit aſylum, hoc eſt, perfugium inuiolabile.*

d *Qui hoſtium infenſiſſimorum impetus conſtanter pro gloria, & ſalute noſtra ſuſtinuerunt, his, etiam poſt multorum annorum ambitum publicè, eius rei occaſionem nacti gratias agere, & referre, & præclara erga nos merita laudare debemus.*

e *Non modò templis, ſed & iis locis, quæ circa templa quaquauerſus multos pedes ſunt, eadem ſanctitas, quæ templorum eſt, tribui ſolet.*

f *Vix inde veritas elici poteſt, vbi ſtudiis certatur.*

g *Cui princeps diſceptationum cognitionem extra ordinem permiſit, eam alij permittere ipſe poteſt. differentia tamen in eo eſt, quòd hic poſterior non iudicat ſed perſpecto iure, & iniuria, integrum iudicium illi, à quo ius cognoſcendi accepit, ſernat.*

Z

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum ad senatum referrent. Consules super eas ciuitates, quas memoraui, apud Pergamum, Æsculapij compertum asylum retulerũt: cæteros [a] obscuris ob vetustatem initiis niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicauerint: Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiẽ, ædemque iussi sint. Propiora Sardianos, Alexandri victoris id donum: neque minùs Milesios Dario rege vti, sed cultus numinum vtriusque Dianam, aut Apollinem venerandi. [1] Petere & [2] Cretenses simulacro diui Augusti. Factaque senatusconsulta quis multo cum honore, [3] modus tamen præscribebatur, iussique ipsis in templis facere aras sacrandam ad [4] memoriam, neu [b] specie religionis in ambitionem delaberentur. Sub idem tempus Iuliæ Augustæ valitudo atrox, necessitudinem principi fecit festinati in vrbem reditus, [c] syncera adhuc inter matrem filiumque concordia, siue occultis odiis. Neque enim multò ante, cùm haud procul theatro Marcelli effigiem diuo Augusto Iulia dicaret, Tyberij nomen suo postscripserat. [d] Idque ille credebatur, vt inferius [e] maiestate principis, [f] graui & dissimulata offensione abdidisse. Sed tum supplicia diis, ludique Magni ab senatu [g] decernuntur, quos Pontifices, & Augures, & Quindecimuiri, Septẽuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius vt fœciales quoque iis ludis præsiderent. Contradixit Cæsar, [h] distincto sacerdotiorum iure, & [i] repetitis exẽplis. Neq; enim vnquã fœcialibus hoc [k] maiestatis fuisse. Ideo Augustales adiectos, quia propriũ eius domus sacerdotium esset, pro qua vota persoluerentur. [l] Exequi sententias haud institui, nisi insignes per honestum, aut notabili dedecore. quod præcipuũ

1 petere.
2 ius ejus.
3 vtrũ ejus.
4 senatusconsulti de ea re.
a Vbi ea simulacrum Augusti.

OBSERVATIONES.

a *Ea neque certa, neque comperta dici possunt, quæ obscuris, ob vetustatem initiis nituntur.*
b *Cùm disceptatur de rebus sacris, imprimis cauendum est, ne specie religionis, nimiis studiis, in ambitum, & cætera vitia delabamur. id quod hodie frequentissimum est.*
c *Inter coniunctissimas principum personas raro est syncera concordia; quin multis in rebus deprehendatur subdola, & occulcis odiis subnixa.*
d *In locis publicis imago seu nomen principis nullius, quisquis ille est, (ne matrem quidem excipio) imagini, aut numini postponi debet; cùm id inferius maiestate principis sit. si secus fit, iure princeps offenditur.*
e *Vna principis maiestas cuncta mortalium supereminet.*
f *Grauissimas quasque offensiones principes dissimulare, & abdere, donec eas proferendi tempus adsit, solent.*
g *Sicut cæterarum rerum, ita quoque sacerdotiorum iura minimè confundi, sed distingui oportet; ne munia aliquorum propria mera vsurpatione ad alios transferantur.*
h *Cùm probatio solis exemplis nititur, ea ex antiquitate repeti si opus est, debent.*
i *Præsidere ludis, ideo erat species quædam maiestatis, quod in populus Rom. victor omnium gentium mirificè delectabatur.*
k *Non hoc præcipuum munus illius est, qui Annales scribit, vt singula & pusilla quæque exequatur, sed eorum verum prætermittat nullum, quæ res aut honesto, aut notabili dedecore sunt insignes; ne, scilicet, virtutes fileantur; vtque prauis dictis, factisque ex posteritate, & infamia metus sit; nempe, vt homines ad virtutes amplectendas incitentur; simulque vitia odisse discant.*

mu-

munus annalium reor: ne virtutes fileantur, vtque prauis dictis factisque ex posteritate & [a] infamia metus sit. [b] Cæterùm tempora illa adeò infecta, & adulatione sordida fuere, vt non modò primores ciuitatis, quibus claritudo sua obsequiis protegenda erat, sed omnes consulares, magna pars eorum, qui prætura functi, multique etiam pedarii senatores certatim exurgerent, fœdaque & nimia censerent. Memoriæ proditur, Tiberium quoties curia egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum, [c] O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS. Scilicet, etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectæ seruientium patientiæ tædebat. Paulatim dehinc ab [d] indecoris ad infesta [e] trãsgrediebantur. C. Sillanum proconsulem Asiæ repetundarum à sociis postulatum [f] Mamercus Scaurus è consularibus, Iunius Otho Prætor, Brutidius Niger Ædilis simul corripiunt, obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tyberij maiestatem. Mamercus antiqua exempla iaciens, L. Cottam à Scipione Africano, Ser. Galbam à Catone Censorio, P. Rutilium à M. Scauro accusatos: [g] videlicet, Scipio & Cato talia vlciscebantur, [h] aut ille Scaurus, quem proauum suum, opprobrium maiorum Mamercus [i] infami opera [k] dehonestabat. Iunio Othoni literarium ludum exercere [l] vetus ars fuit, mox Seiani potentia senator, [m] ob-

1. de quo vide lib. 2.

OBSERVATIONES.

a *Turpitudines, & vitia comitem infamiam necessariò secum trahunt.*
b *Hæc est natura noui principatus, vt omnia sint infecta sordida fœdaque adulatione; idque adeò, vt, non tam plebi, & obscuris hominibus, quorum parum admodum, aut nihil interest adulari, quàm ipsis viris clarissimis, quorum verba & vultus princeps diligentissimè observat, eaque sæpius in crimen detorquet, ideoque suis in illum obsequiis claritudinem suam protegere debent, nec esse sit liberè fateri & exclamare, nimia & fœda esse.*
c *Etsi nouus princeps in eo totus est, vt ipsa pristinæ libertatis vestigia deleat, tamen si, quibus imperat, seruiunt verius, quàm parent, haud dubiè & ipsum tam proiectæ seruientium patientiæ tædet, cùm præclarius sit liberos regere, quàm seruis imperare: adeò seruitus est odiosa, etiam illi, cuius in rem est. hinc vox illa Tiberij, o homines ad seruitutem paratos!*
d *Principem adulari indecorum est; at sæuitia accusationum, & obiectandis criminibus, & iis, qui innocentia tuti esse debent perniciem adferre, infestum, & exitiosum est.*
e *Qui sibi indecora licere existimat, hic paulatim ad infesta transgreditur; ita sensim à virtute ad ea, quæ indifferentia, i. quæ nec vitia, nec virtutes videri possunt, transitur; denique ex his ad atrocissima vitia, summaq; scelera citatissimo cursu peruenitur. adeò periculosum est virtutẽ declinare.*
f *Exempla nonnisi vera, & similia adduci ex antiquitate debent.*
g *Cui sunt maiores viri præstantissimi, ipse autem cùm ab illorum virtute & præstantia alienum & degenerem se præstet, eos tamen, eorumque facta adducere non veretur, huic verò illud obiectari verè potest, esse ipsum opprobriũ maiorum suorum, insami vita illorũ præclarissimã dehonestans.*
h *Non omnis opera, quæ principi præstatur, vt quidam sentiunt, honesta est. Qui enim in eo principi obsequitur, vt innocẽtes falsis criminibus opprimat, is ei non obsequium, sed infamem operam & atrox ministerium præstare dicitur.*
i *Vna virtus homines honestat, sola vitia dehonestant.*
k *Literarium ludum exercere, est artem exercere.*
l *Ferè fit, vt, infimo, & obscuro loco nati, si honores adipiscantur, obscura initia impudentibus ausis polluant. sola audacia ad maxima quæque nitantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scura initia impudentibus ausis propolluebat: Brutidium [a] artibus honestis copiosum, & si rectum iter perageret, ad clarissima quæque iturum, [b] festinatio extimulabat, dum æqualeis, dein superiores, postremò suasmet ipse spes anteire parat. [c] Quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, præmatura, vel cum exitio properant. Auxere numerum accusatorum Gellius Publicola, & M. Paconius, ille quæstor Sillani, hic legatus. Nec dubium habebatur, sæuitiæ, captarumque pecuniarum teneri reum. Sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa, [d] cùm super tot senatores aduersos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum delectis responderet solus, & orandi nescius proprio in metu, [e] qui exercitam quoque eloquentiam debilitat, non [f] temperante Tyberio, quin premeret voce, vultu, eo quòd ipse creberrimè interrogabat. [g] Neque refellere, aut eludere, dabatur. [h] ac sæpe etiam confitendum erat, [i] ne frustra quæsiuisset. Seruos quoque Sillani, vt tormentis [j] interrogentur, actor publicus mancipio acceperat. [k] Et ne quis necessariorum iuuaret periclitantem, maiestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silēdi. Igitur petito paucorū dierum interiectu, [l] defensionē sui deseruit, ausis ad Cæsarē codicillis, quibus [m] inuidiam & preces miscuerat. Tyberius quæ in Sillanum parabat, [m] quò excusatiùs

1. reum.
2. quæ ab aduersario nobis obiiciuntur, ea aut fatemur, aut negamus, & refellimus, aut eludimus.
3. legi interrogarentur.

OBSERVATIONES.

a *Qui est imbutus honestis artibus, is ad clarissima quæque recto itinere ire potest.*

b *Præpropera festinatio multos pessum dedit; qui præclaris artibus instructi, si rectum iter perageret, ad clarissima quæque peruenire poterant. quippe longè fallitur, qui æquales, mox superiores; postremò suamet ipse spes anteire parat.*

c *Omnino præstat sequi ea, quæ tarda sunt, cum securitate, quàm ad ea cum exitio properare, quæ præmatura sunt.*

d *Non est nouum, ipsosmet insontes periclitari, atque adeò opprimi multitudine, & potentia aduersariorum, si ipsi soli, hoc est, ab omnibus deserti, & orandi nescij aduersariorum calumnijs respondere coguntur.*

e *Proprius metus, id est, ea formido, quæ non ex alieno sed ex proprio periculo nascitur, non modò orandi nescium, sed exercitam quoque eloquentiam debilitat.*

f *Summa videtur esse principis, aut iudicis iniquitas, si reum aduersariorum multitudine, eloquentia, & potentia oppressum, atque adeò indefensum ipse voce, vultu, crebris interrogationibus insuper vrget, territat, ac premit.*

g *Perdifficile valdeque lubricum est, creberrimè interrogāti iudici, aut ipsi principi respondere, quin sæpe confitendum est, ne frustra quæsiuerit.*

h *Etsi principes turpiter labuntur, & peccant, nunquam tamen aut erasse se, aut quidquam frustra fecisse videri volunt.*

i *Maiestatis crimen vsque eò est odiosum, vt vinculum, & necessitas silendi imponatur cuilibet necessariorum, ne periclitantem iuuent; nempe, ne & ipsi eodem crimine contacti videantur.*

k *Innocentia sæpe oppressa cogitur defensionem sui deserere, seque aduersariorum potentiæ, & iudicis sæuitiæ permittere.*

l *Non est nouum, innocentem oppressum liberas voces emittere, quibus totius criminationis inuidia in iudicem transfertur.*

m *Quæ facere instituimus, etsi sunt iniqua, tamē excusatiùs accipiuntur, si aliquod similis facti exemplum adduci potest.*

excusa-

sub exemplo acciperentur, libellos diui Augusti de Volesо Messala eiusdem Asiæ proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari iubet. Tū L. Pisonem sententiā rogat. [a] Ille multùm de clementia principis præfatus, aqua atq; igne Sillano interdicendū censuit, ipsumq; in insulā Gyarū relegandū. Eadē cæteri, nisi quòd Gn. Lentulus separanda Sillani materna bona, quippe alia parente geniti, reddendaq; filio dixit, adnuēte Tyberio. At Cornelius Dolabella dū adulationē longiùs sequitur, increpitis C. Sillani moribus addidit, [b] ne quis vita probrosus, & opertus infamia prouinciam sortiretur, [c] idque princeps diiudicaret. Nam à legibus delicta puniri. Quantò fore mitius in ipsos, melius in socios, [d] prouideri ne peccaretur? Aduersum quæ disseruit Cæsar: non quidē sibi [e] ignara quæ de Sillano vulgabantur, [f] sed non ex rumore statuendum. [g] multos in prouinciis contra quàm spes aut metus de illis fuerit, egisse. [h] excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum, hebescere alios. [i] neque posse principem sua scientia [j] cuncta complecti; neque expedire, [k] vt ambitione aliena trahatur. [l] ideo leges in facta constitui, quia [k] futura in incerto sint. sic à maioribus institutum, vt si antissent delicta, pœnæ sequerentur. [l] ne verterent sapienter reperta, & semper placita. [m] saris [n] onerum

1. vitæ, & moribus vniuscuiusque arbiter, & censor esset.
2. Tac. li. 14. Annam & eius filiorum est, qui peculiam obdelicta patris dedit, quàm ne dereliqui quirent. 3. præsertim in ira.
4. non est, quòd ad illud enim quod sufficiat quod maximè est, vtique vis parentibus, aliud insuper accedat.

OBSERVATIONES.

a *Optimi senatoris munus est, si principis ingenium nouit esse promptum ad asperiora, & sæua, eum blanda oratione ad humaniorem sententiam hortari. id assequetur, si ei clementiæ laudem, quamuis falsò, tribuet: neque enim hoc tam dici potest dedecus fœdæ adulationis, quàm prudentissima ratio iuuandi periclitantem.*

b *Imprimis princeps diligenter cauere debet, ne cui vita probroso, & infami prouincias permittat: ne quales homines prouinciis, gentibusque præficit, talis ipse existimetur, atque ex illorum ingenio iudicetur.*

c *Non hoc solùm à principe, & summo magistratu expectatur, vt legibus admissa delicta puniant; sed multò magis vt prouideant, ne peccetur. nam, vt supra obseruauit ex Platone, & Seneca, nemo prudens punit, quia peccatum est; sed ne peccetur.*

d *Etsi quæ iactantur in vulgus non ignorat princeps, ei tamen nihil est ex rumore statuendum, præsertim in rebus arduis, & magni momenti.*

e *Non ideo princeps ob solos sinistros de aliquo sermones, qui fortè à multitudine habentur, impediri debet, quominus magna munera, & maximarum rerum administrationem ei committat. fit enim plerunque, vt multi, contra quàm homines speraruntt, præclarè in re sibi commissa versentur.*

f *Vt diuersa sunt hominum ingenia, ita quidam magnitudine rerum excitantur ad optima quæque; & hi sunt eccelso homines animo. alij verò hebescunt, ac ignauia torpent.*

g *Etsi princeps est vigilantissimus, nunquam tamen cuncta a sua scientia complecti potest.*

h *Indecorum est principi aliena ambitione trahi, id est, statuere quid facto opus sit, non suo, sed huius aut illius arbitratu, hoc est, priuatorum adfectionibus, vt supra dixit, immixtum esse, vsque trahi.*

i *Si princeps præscire quid quaque de re futurum sit, posset, nullu opus esset legibus: quippe prouideret ne peccaretur. sed quia futura in incerto sunt, ideo leges constitutæ sunt non in ea quæ futura sint, necne incertum est, sed in facta, & scelera iam admissa. ideo à maioribus prudenter institutum est, vt non aliter pœnæ legibus constitutæ sequeventur, quàmsi priùs delicta antecissent.*

k *Quia futura in incerto sunt, de ijs statui nihil potest.*

l *Nimiæ temeritatis est, sapienter à maioribus reperta, & semper placita temerè vertere, i. abolere.*

m *Non debent principes postulare, vt sibi plus onerum, quàm ferre possunt, imponatur, hoc est, vt ad onus cuncta regendi aliæ curæ insuper accedant: cùm illæ quà legibus, quà ceteris magistratibus, quà tempori, & cuentui committendæ sint.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

principibus, satis etiam [1] potentiæ: [2] minutura, [3] quoties gliscat potestas; nec [b] vtendum imperio, vbi legibus agi possit. [c] Quantò rarior apud Tyberium [d] popularitas, [e] tantò lętioribus animis accepta. Atque ille prudens moderandi, [f] si [1] propria ira non impelleretur, addidit, insulam Gyarum immitem & sine cultu hominum esse: darent Iuniæ familiæ, & viro quondam ordinis eiusdem, Cytheram potiùs concederet. [f] Id sororem quoque Sillani Torquatam priscæ sanctimoniæ virginem expetere. In hanc sententiam facta discessio. Post auditi Cyrenenses, & accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium equitem Romanum maiestatis postulatum [g] quòd effigiem principis promiscuum ad vsum argenti vertisset, [h] recipi Cæsar inter reos vetuit, palam aspernante Ateio Capitone, [i] quasi [g] per libertatem: non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque tantum maleficium impune habendum [k]: sanè lentus in suo dolore esset, Reip. iniurias ne largiretur. [l] Intellexit hæc Tyberius vt erant magis quàm vt dicebatur, perstititque

OBSERVATIONES.

a *Cum quicquid oneris, & potentiæ penes principem est eò referri oportedt, vt leges locum obtineant suum, cùm id resp. iam assecuta est, frustra imploratur potentia principis ad coercenda & puniendæ delicta frustraque in tum confertur potentia illa quæ legum est. Sed cum legibus suopte ingenio haud satis obtemperatur, satis constat maius onus principi incumbere, atque adeò eius potentiam augeri: quorum vtrumque, nempe onus, & potentia principis minuetur, simulatque ea legibus accedent.*

b *Non est vtendum imperio, vbi legibus agi potest, hoc est, in administranda rep. aut coercendis flagitijs adhibendæ sunt leges: quæ si nullæ sunt, aut saltem non eæ, quæ flagitia cohibere possint, tunc vtendum est imperio, i. ad principis potentiam, quæ est vice legum, confugiendum est.*

c *Quò varius aliquod virtutis genus in principe conspicitur, hoc lętioribus animis vulgo solet esse acceptum.*

d *Popularitate, hoc est, studio captandæ benevolentiæ popularis per ea omnia, quæ multitudini grata sunt, princeps mirum in modum omnes sibi devincit.*

e *Cum omnes homines, tum verò principes in eo toti esse debent, vt priuata studia, & affectiones, quibus plerunque ad deteriora impelluntur, ponant, & in earum locum sufficiant virtutem: quam qui habet, is non solùm benefaciendi prudens est; sed, ne quid in aliud, nisi benefacere scit.*

f *Etsi reus grauissima quaque pœna dignus videtur, tamen nobilitati, ac dignitati eius, ac præterea consanguineis, hominibus insignibus, dari potest, vt aliquid de atrocitate supplicij dematur.*

g *Non est crimen læsæ maiestatis, eo argento, in quo sit cælata effigies principis, promiscuè vti, vt ineptissimè asserebat Capito. nec repeto exemplum Pauli Prætorij, quod supra adduxi ex Seneca de benef. lib. 3. cap. 26.*

h *Princeps diligenter cauere debet, ne sibi inuidiam & odia hominum conciliet ob frequentes maiestatis accusationes, quas nonnisi grauissimas ob causas admittere debet.*

i *Dij boni! quid non homines cogit fœdissima adulatio? certè qui libertatis bonæ ne summis quidem labris vnquam degustarunt, hi quo fœdius adulentur, libertate loquendi, ac statuendi quicquid principi placere putant, obtendunt, ac si sit liberetas impurissimo persæpe homini, dictis & factis, turpiter seruitutem seruire.*

k *Est genus hominum, qui in suo dolore sunt lenti, hoc est, quibus tantum ab sua re est otij, vt, quæ sibi priuatim fiunt, has ideo negligant iniurias, vt quæ ad se nihil pertinent, pro his magnas contentiones suscipiant.*

l *Sagacia principis in eo consistit, vt, non tam quid dicatur, quàm quid reuera sit, attendat.*

intercedere. Capito [a] insignior infamia fuit, quòd [b] humani diuinique iuris sciens, [1] egregium publicum, & [2] bonas [1] domi artes dehonestauisset. Incessit dein religio quonam in templo locandum foret donum, quod pro valitudine Augustæ equites Romani vouerant Equestri Fortunæ. nam etsi delubra eius deæ multa in vrbe, nullum tamen tali cognomento erat. repertum est ædem esse apud Antium quæ sic nuncupatetur, [c] cunctasque ceremonias Italicis in oppidis, emplaque, & numinum effigies iuris atque imperij Romani esse. Ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dialem [4] promsit Cæsar: recitauitque decretum pontificum. Quoties valitudo aduersa Flaminem Dialem incessisset, vt Pontificis Maximi arbitrium, [4] ne plusquam binoctium abesset, dum ne diebus publici sacrificij neu sæpius, quàm bis eundem in annum. Quæ principe Augusto constituta satis ostendebant, annuam absentiam & prouinciarum administrationem dialibus non concedi; memorabaturque L. Metelli Pontificis Maximi exemplum, qui Aulum Posthumium Flaminem attinuisset. Ita sors Asiæ in eum, qui consularium Maluginensi [e] proximus erat, conlata. Iisdem diebus Lepidus à senatu petiuit vt basilicam Pauli, Æmilia monumenta, propria pecunia firmaret, ornaretque. [f] erat etiam tum in more [3] publica munificentia.] Nec Augustus arguerat Taurum, Philippum, Balbum, [4] hostiles exuuias, aut exundantis opes ornatum ad vrbis, & posterûm gloriam conferre. quo tum exemplo Lepidus, quanquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. [g] At Pompeij theatrum igne fortuito haustum, Cęsar extructurum pollicitus est, eò quòd nemo ę familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. simul laudibus Seianum extulit, tanquam labore, vigilantiaque eius tanta vis vnum intra damnum

1. lege ingenij publici?
2. i. eloquentiæ & omnis scientiæ cuius vtriusque in pace maximus vsus est.
3. quæ nullius non ex iniuria nata constitutum, sed magis locos eum repetunt.
4. locus haud dubiè corruptus.
5. hoc rerum nō addosi possum quin sit mutatum.
6. imò priuata potius.

OBSERVATIONES.

a *Ex earum rerum, quæ nihil ad nos attinent, inepta, ac fœda contentione, nihil præter infamiam est expectandum.*

b *Quid turpius dici potest, quàm hominem diuini, & humani iuris scientem publicè, fœditate adulationis bonas artes dehonestare?*

c *Veteres existimarunt, templa, & numinum effigies eius esse, cuius in ditione sunt.*

d *In iis, quæ ad remp. pertinent, princeps singularem & fidem, & diligentiam præstare debet, fidem, vt, siquid promisit, id non compellatus, aut admonitus, sed vltro præstet, diligentiam, vt, si id, quicquid est, iustæ de causæ dilatum fortè est, id appositè, hoc est, suo & loco, ac tempore repræsentet.*

e *Qui honos mihi, certus ob causas, non est delatus, is ei, qui mihi loco proximus est, deberi videtur.*

f *Nemo videtur prohibendus esse, quominus hostiles exuuias, aut exundantes opes ad ornamentum vrbis, & posterum gloriam conferat.*

g *Splendidissimæ familiæ monimenta igne, aut fortuito alio casu absumpta, aut collapsa à principe restaurari, ac denno extrui, si nullus ex ea familia damno restaurando sufficit, debent; siquidem hoc facto magnificentiam, ac liberalitatem, virtutes in vulgus gratissimas ostendet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuetiſſet. Et cenſuere patres effigiem Seiano, quæ apud theatrum Pompeij locaretur. neque multo pòſt Cæſar cum Iunium Blæſum proconſulem Africæ triumphi inſignibus attolleret, [a] dare id ſe dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. Ac tamen res Blæſi dignæ decore tali fuere. Nam Tacfarinas quanquam ſæpiùs depulſus, reparatis per intima Africæ auxiliis, [b] huc adrogantiæ venerat, vt legatos ad Tyberium mitteret, ſedemque vltro ſibi atque exercitui ſuo poſtularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Non aliàs magis ſua populique [c] contumelia Rom. [1] indoluiſſe Cæſarem ferunt, quàm quòd deſertor, & prædo [d] hoſtium more ageret. [e] ne Spartaco quidem poſt tot conſularium exercituum clades inultam Italiam vrenti (quanquam Sertorij, atque Mithridatis ingentibus bellis labaret Reſp.) datum, vt pacto in fidem acciperetur, nedum pulcherrimo populi Rom. faſtigio, [f] latro Tacfarinas pace & conceſſione agrorum redimeretur. Dat negotium Blæſo, cæteros quidem [g] ad ſpem proliceret arma [2] ſine noxa ponendi, ipſius autam ducis quoquo modo potiretur. Et recepti ea venia plerique. mox aduerſum artes Tacfarinatis, [h] haud diſſimili modo belligeratum. Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, pluris per globos incurſaret, eluderetque, & inſidias ſimul tentaret, tres inceſſus, totidem agmina parantur, ex quis Cornelius Scipio legatus præfuit, quà prædatio in Leptinos & ſuffugia Garamantum. alio latere ne Cirtenſium pagi impune traherentur, propriam manum Blæſus filius duxit. Medio, cum dele-

1, ſic ſupra libr. 2. de extincto Germanico loquens, Indoluit ex exteræ nationes, ergtique.

2. i. ſine fraude, vt loquuntur Salluſtius, Liu. & alii.

OBSERVATIONES.

a *Non ſempey, cùm quis honore honeſtatur à principe, id tam eius virtuti & meritis, quàm gratiæ datur.*

b *Haud dubium eſt, cui prima proueuerunt, proſpero ſucceſſu elatum ea petere audere, quæ ſe etiam nolentibus extorquere putat poſſe.*

c *Contumelia vtique eſt, ſi is, qui prædo verius, quàm hoſtis eſt, principi, ſi id, quod ab ipſo petit, non impetrat, minitatur.*

d *Aliud eſt prædonem, aliud hoſtem eſſe; cum hoc de conditionibus pacis per legatos agi rectè poteſt. ille non audiendus, ſed proturbandus eſt.*

e *Vel ipſo difficillimo reip. tempore nunquam adeò animum deſpondere debemus, vt, quæ indigna nobis, noſtroque nomine ſunt, ea vt committamus in animum inducamus.*

f *Neque latro, neque prædo pacto in fidem accipi, niſi cum ſummo dedecore, poteſt.*

g *Furentis latronis, aut prædonis conatus hac ratione infringi egregiè poſſunt; nempe, vt, quos is ad bellum concinit, hi ad ſpem proliciantur arma ſine noxa capiendi. quippe ea venia haud dubiè plerique recipientur. At verò ad principis maieſtatem, reique pub. dignitatem pertinet, ipſius ducis quouis modo potiri.*

h *Latro quia plerunque robore exercitus principi, reique pub. eſt impar, furandi melior, hanc rationem ſequitur, vt plures per globos incurſet, eludatque, & inſidias ſimul tentet, & in ſingulas eludendi hoſtis occaſiones intentus ſit. hunc qui opprimere ſtudet, has eaſdem artes adhibere debet: nempe, totidem inceſſus, totidemque agmina parare; quorum ope & inſidias, & prædationes, & latebras, & effugia illius intercipiat, vt quocunque is inclinabit, pars aliqua militis in ore, in latere, & ſæpe à tergo ei ſit; hoc pacto & cædi, & circumueniri, & opprimi poteſt.*

ctis

ctis caſtella & munitiones idoneis locis imponẽs, dux ipſe arcta & infenſa hoſtibus cuncta fecerat: quia quoquò inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & ſæpe à tergo erat. multique eo modo cæſi, aut circumuẽti. Tunc tripartitũ exercitum plures in manus diſpergit, pręponitq; centuriones virtutis expertæ, nec, vt mos fuerat, acta æſtate, retrahit copias, aut in hybernaculis veteris prouinciæ componit: [a] ſed vt in limine belli, diſpoſitis caſtellis per expeditos, & ſolitudinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatem proturbabat; donec fratre eius capto, regreſſus eſt, properantiùs tamen, quàm ex vtilitate ſociorũ, [b] relictis per quos reſurgeret bellum. Sed Tyberius [c] pro confecto interpretatus, id quoque Blæſo tribuit, vt imperator à legionibus ſalutaretur, priſco erga duces honore, qui bene geſta Rep. gaudio & impetu victoris exercitus cõclamabantur. erantque plures ſimul imperatores, nec ſuper cæterorum æqualitatem. conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tyberius [1] Blæſo. Poſtremùm obiere eo anno viri inluſtres, Aſinius Salonius, M. Agrippa, & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique progener deſtinatus. Et Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum [d] ſtudiis ciuilibus adſecutus, ſed auo centurione Sullano patre prætorio. Conſulatum ei adeelerauerat Auguſtus, vt Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione eius magiſtratus anteiret. Namque illa ætas duo [e] pacis decora ſimul tulit. ſed Labeo incorrupta libertate, & [f] ob id fama celebratior. [g] Capitonis obſequium dominantibus magis probabatur. Illi quòd prętoram intra ſtetit, [h] commendatio ex [i] iniuria: huic quòd [k] conſulatum adeptus eſt,

1. ac prius Germanico.

OBSERVATIONES.

a *Impigrum, & indefeſſum hoſtem qui ſuperare parat, vel ſeuientem hyemem, aliaque aduerſa, & infeſta toleret; atque adeò ſemper ita ſe gerat, ac ſi ſit in ipſo limine belli; ne ſpatium reſpirandi, ſeque colligendi hoſti det. huiuſmodi exemplum eſt in vita Agricolæ.*

b *Non ſatis eſt bellum conficere. nam ſemina quoque belli extingui debent, nullos relinquendo, per quos poſſit bellum reſurgere.*

c *Cùm hoſtis eò redactus eſt, vt, quo ſe vertat, neſciat, bellum pro confecto accipi poteſt.*

d *Non ſolùm arte militari, & gloria belli, ſed & ſtudijs ciuilibus principem in ciuitate locum conſequi poſſumus.*

e *Homines artibus, ac ſtudijs imbuti ciuilibus, eoque in genere præſtantiſſimi pacis decora meritò appellari poſſunt.*

f *Is apud omnes fama celebratur, quem homines non modò non fœdam adulationem ſectari intelligunt, ſed incorruptam loquendi, & agendi libertatem tenere vident.*

g *Poteſt quis eſſe vir præclarus, idemque dominantibus obſequium præſtare. quam ad rem opus eſt eo temperamento, quod adhibere, nonniſi ſummo iudicio præditi poſſunt.*

h *Cui inſignis iniuria, præter meritum fit, eo ipſo commendatur, quòd indignè illi iniuria fit. nam vt ait Seneca, ſæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria.*

i *Viro virtute præſtanti iniuria fieri dicitur, cùm quos meritus eſt, honores non adipiſcitur.*

k *Honor immerito alicui delatus ei meritò parit inuidiam, ex qua naſcitur odium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

odium ex inuidia oriebatur. Et Iunia sexagesimoquarto post Philippensem aciem anno supremum diem expleuit, Catone auunculo genita, C. Cassij vxor, M. Bruti soror. Testamentum eius multo apud vulgum rumore fuit: quia in magnis opibus, cùm ferme cunctos proceres cum honore nominauisset, Cæsarem omisit. [b] quod ciuiliter acceptum. neque prohibuit quò minùs laudatione pro rostris, cæterisque solennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, Manlij, Quintij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Brutus, [c] eo ipso, quòd effigies eorum non visebantur.

OBSERVATIONES.

a *Ex inuidia nascitur odium.*
b *Causam doloris princeps iustam habet nullam, eò quòd ab aliquo, in testamento præteritus est.*
c *Cùm de honoribus agitur, homines virtute præstantes eo ipso præfulgent, quòd ipsis non satis honorum, pro meritis tribuitur, adeò virtus nunquam obrui potest.*

FINIS TERTII LIBRI.

EPITOME QVARTI LIBRI
ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

CAIO Asinio, C. Antistio Coss. Ælius Seianus præfectus cohortiũ prætorianarum, intimus Tiberio, eiusq; amicitia vnus præ omnibus prosperè vtens, imperium affectans quod, nisi euersa tota Cæsarum domo, adipisci non poterat, ab Druso incipere statuit. Quem vt è medio tolleret, Liuiam eius vxorem adulterio pellectã ad spem coniugij, consortium regni, & necem mariti impulit. Tandem veneno eum necat. Quo mortuo Tiberius, magna cum miseratione Neronem, & Drusum filios Germanici patribus commendat. Seianus, vt destinata & incœpta perficeret, callidissimis criminationibus Agrippinam insectatur apud Augustam. Tiberius interim nihil intermissa rerum cura, negotia pro solatiis accipiens ius ciuium, preces sociorum tractat. Græcarum aliquot ciuitatum legationes audit. Histriones, eo ad senatum referente, pelluntur Italia. Eodem anno, alter ex geminis Drusi liberis extinguitur. Lucilius item Longus omnium Tyberio tristium, lætorumque socius moritur. Lucilius Capito procurator Asiæ, quòd vim Prætoris vsurpasset, manibusque militum vsus esset, accusante prouincia, damnatur. Ob quam vltionem, & quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decreuere Asiæ vrbes templum Tiberio, matrique eius, ac senatui. Filius Seruij Maluginensis Flaminis Dialis in locum patris mortui suffectus est. Coss. Cornelio Cethego, Visellio Varrone, Tiberius, quòd Nero, & Drusus filii Germanici iisdem diis, quibus ipse, commendati essent, quasi æquarentur adolescentes senectæ suæ, impatienter indoluit. C. Silius Sacrouiriani belli victor, reuera ob amicitiam Germanici, per speciem, crimine repetundarum, & maiestatis accusatus, imminentem damnationem voluntario fine præuertit. Item Calpurnius Piso, cùm à Tiberio secreti sermonis aduersus maiestatẽ habiti incusaretur, & in domo eius venenum esse, & gladio accinctus curiam introire diceretur opportuna morte se iudicum sententiis eripuit. Cassio Seuero, ob maleficam vitam, aqua & igni interdictum est. Plautius Siluanus Prætor in iudicium tractus, quòd coniugem in præceps iecisset, frustra tentato ferro, venas præbuit exoluendas. Tacfarinas cùm etiam raptaret Africam, à P. Dolabella tandem victus, filio iam vincto, ruendo in tela, captiuitatem haud inulta morte effugit. Ptolemæo, qui Romanos eo bello iuuerat, mis-

A. V. C. DCCLXXVI.

A. V. C. DCCLXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus est per senatorem scipio eburneus, ac toga picta, rexque & socius, atque amicus appellatus est. T. Curtisius cùm vocaret ad libertatẽ aggrestia & ferocia seruitia à Curtio Lupo Quæstore oppressus est. Q. Vibius Serenus maiestatis à filio accusatus Amorgum, vbi exilium tolerauerat, reportatur. C. Cominius probrosi in Tiberium carminis conuictus precibus fratris conceditur. P. Suilius Quæstor quòd pecuniam ob rem iudicandam cœpisset, amotus in insulam est. Firmio Cato, ob sororem maiestatis falsò accusatam exilium Tyberius deprecatus, eum senatu moueri passus est. Cornelio Cosso, Asinio Agrippa Coss. Cornelius Cordus quòd editis annalibus C. Cassium Romanorum vltimum dixisset, in senatu accusatus vitam abstinentia finiuit. Calpurnius Saluianus quòd præfectum vrbis Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum in Sex. Marium adierat, in exilium mittitur. Cyziceni, ob incuriam cæremoniarum diui Augusti, & crimina violentiæ in ciues Romanos priùs meritis partam libertatem amittunt. Resistit Tiberius Hispanis petentibus vt ipsi, matrique eius delubrum extruerent. Cæterùm Seianus per codicillos ad Cæsarem scriptos petit Liuiam sibi nuptum dari: Cui Tiberius ambiguè respondet. Votienus Montanus ob contumelias in Cæsarem dictas maiestatis pœnis afficitur. Aquilia delata adulterii exilio punitur. Lacedæmoniorum & Messeniorũ legatis disceptantibus de iure tẽpli Dianæ Limenetidis, secundũ Messenios fit senatusc̃ōsultũ. Volcatij Moschi exsulis bona petentibus Massilienssibus conceduntur. Obiere eo anno viri nobiles Cn. Lentulus, L. Domitius, & L. Antonius. L. Piso citerioris Hispaniæ Prætor à quodam agreste vno vulnere in mortem afficitur. Lentulo Getulico, C. Caluisio Coss. decreta sunt triumphi insignia Poppæo Sabino, ob contusas Thracũ montanas, feroces, ac seruitutis nescias gentes. Claudia Pulchra sobrina Agrippinæ, & Furnius crimine adulterij dãnantur. At verò Agrippina peruicax iræ, simulque morbo corporis implicata, cùm eam Tiberius viseret, ab eo maritum petit. Hanc sine respõso dimittit Tiberius, haud ignarus quantum è repub. peteretur. Artibus certè Seiani indies augebantur suspitiones Tiberii in illam, quasi res nouas moliretur; & illius in Tiberium, quasi ab eo sibi venenum paratum esset. Cæterùm cùm vndecim Asiæ vrbes, apud quam templum statueretur, pari ambitione certarent, iudicio senatus Smirnæi cæteris prælati sunt. Inter quæ Tiberius diu meditato, prolatoque sępiùs consilio, tandem in Campaniam, specie dedicandi duo templa, proficiscitur. Seianus non desiit Neronem insectari, eumque variis artibus apud Tiberium criminari. ad hęc tentat fratrem eius Drusum, spe obiecta principis loci, si priorem ætate, & iam labefactum demouisset. Fine anni excessere insignes viri Asinius Agrippa, & Q. Haterius. M. Licinio, L. Cal-

A. V. C.
P. CCLXXIII.

A. V. C.
P. CCLXXIV.

L. Calpurnio Coss. Atilius quidam, cœpto apud Fidenam amphitheatro, quo spectaculũ gladiatorum celebraret, cùm neque fundamenta per solidum subdidisset, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxisset, ea conuulsa, immensa vis mortalium, nempe quinquaginta hominum millia debilitata, vel obtrita sunt. Paulò post mons Cælius, postea Augustus appellatus, ignis violentia deustus est. Tiberius Capreas se in insulam abdit. Seianus pergit acriùs insectari Agrippinã & Neronem; quibus additus miles nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales conferebat. Iunio Silano, & Silio Nerua Coss. Titius Sabinus illustris eques Romanus, ob amicitiam Germanici, detestãda quatuor senatorum fraude, quòd liberè sæuitiam, superbiam, & spes Seiani incusaret, ad supplicium tractus est. Iulia neptis Augusti olim ab ipso adulterij conuicta, in insulam Trimerum proiecta, mortem obiit. Frisii transrhenanus populus deficiunt. Tiberius & Seianus, vt orantibus omnibus videndi sui copiam facerent, insula omissa, in proximo Campaniæ aspiciuntur. Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam Gn. Domitio tradit.

A. V. C.
P. CCLXXV.

A. V. C.
P. CCLXXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM
LIBER IIII.

ET IN HVNC OBSERVATIONES
Caroli Paschalij Cuneatis.

CAio Asinio, C. Antistio Coss. nonus Tyberio annus erat compositæ Reip. florentis domus ([a] nam Germanici mortem inter prospera ducebat) cùm repente [b] turbare fortuna cœpit, sæuire ipse, aut sæuientibus vires præbere. Initium & causa penes Ælium Seianum cohortibus prætoriis præfectum, cuius de porentia supra memorati. Nunc originem, mores, & quo facinore dominationem[1] captauerit, expediã. Genitus Vulsiniis, patre Seio Strabone equite Romano, & prima iuuenta C. Cæsarem [diui Augusti nepotem] sectatus, non sine rumore [2] Apicio diuiti & prodigo [c] stuprum venumdedisse, mox Tyberium variis artibus deuinxit, adeò vt obscurum aduersum alios, [d] sibi vni [e] incautum, intectumque efficeret, [f] non tam [g] solertia;

1. forsan, rapta uerit.

2. de hoc ita Seneca epist. 121. Modò Licinii Crassum diuitis, Apicium cœnis, Mæcenatem deliciis provocant.

OBSERVATIONES.

a *Mors illius quem princeps tanquam æmulum metuebat, inter prospera ab ipso cũnumeratur.*

b *Hoc est ludibrium illud, quo res mortalium conflictantur, vt, quæ diu floruerunt, ea mox fortuna turbet.*

c *Cuius initia scelere subnixa sunt, huius extrema infœlici exitu concludi necesse est.*

d *Quidam natura, & adsuetudine versandis hominum ingeniis adeò sunt exercitati, vt principem obscurum aduersus alios variis artibus deuinciant; sibique tantùm incautum, intectumque efficiant.*

e *Vix principem reperias qui non vnum aliquem deligat, cui pectus ita nudet, vt se, quamuis obscurum aduersus alios, vni illi incautum, intectumque efficiat; idque adeò, vt diuidua illius sit cum principe potentia; id quod quàm exitiabile principi sæpiùs sit, quæ inde maxima mala oriuntur satis docent. Itaque quod ad hanc rem attinet, censeo; à principe, & posse & debere adhiberi ad interiorem illam amicitiam & potentiam non tam vnum, quàm duo, aut plures, vt illa potentia dispersa in plures, singulis minor sit; quibus singulis nunquam abditos suos sensus ita recludat, quin aliquid reconditi tacitus premat, secumque ipse volutet: neque illud arcanum cuiquam mortalium, nisi per plures ambages, & quasi aliud agens, aliudque sibi volens, patefaciat; eaque ratione mentem suorum consiliariorum rimetur.*

f *Non semper qui humili loco natus amplissimos dignitatis gradus adipiscitur tam propriæ solertiæ id acceptum referre potest, quàm Deùm iræ in remp. si improbus homo, publicoque exitio natus est; aut contra, singulari fauore, si is, qui esse debet, est.*

g *Solertia est ea virtus, qua illum præditum esse dicimus, quem nihil fugit eorum, quæ pertinent ad patrandum id, quod conficiendum suscepit. hac virtute continentur ea omnes quarum ope necessariò vtimur, vt eò quò volumus, perueniamus; cuiusmodi sunt, diligentia, industria, sobrietas, vigilantia; & cæteræ de eodem genere. Hæc virtus Platoni in Charmide ἀγχίνοια est, quam dicit, non esse ὀξύτητα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ὀχὲ ἠσυχίας, sed medium quoddam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

(a quippe iisdem artibus victus est) quàm deûm ira in rem Romanam, cuius pari exitio viguit, eeciditque. b 1 Corpus illi laborum tolerans, animus audax, sui obtegens, in alios criminator iuxta adulatio & superbia, palam compositus pudor, intus summa apiscendi libido, eiusque causa, modò largitio & luxus, sæpiùs c industria, ac vigilantia, haud a 2 minùs noxiæ, quoties parando regno finguntur. Vim 1 prefecturę modicam antea intendit, e dispersas per vrbem cohortes vna in castra conducendo, f vt simul imperia acciperent, numeroque & robore, & visu inter se, fiducia ipsis, in cæteros metus crederetur. Prætendebat lasciuire militem diductum. Si quid subitum ingruat, maiore auxilio pariter subueniri, & 1 seueriùs acturos, si vallum statuatur 5 procul vrbis inlecebris. Vt perfecta sunt castra, g inrepere paulatim militares animos, adeundo, appellando: simul h centuriones ac tribunos ipse deligere. i Neque senatorio ambitu abstinebat, clientes suos honoribus aut prouinciis ornando, facili Tyberio, atque ita prono, vt socium laborum, non modò in sermonibus, sed apud patres & populum celebraret, k colique per theatra & fora effigies eius, interque principia legionum sineret. Cæterùm l plena Cæsarum domus, iuuenis filius, nepotes adulti moram cupitis adfere-

OBSERVATIONES.

a *Forè fit, vt, quibus artibus hominibus imponimus, iisdem tandem cadamus.*

b *Aulicorum natura, & mores non minùs verè, quàm eleganter his Taciti verbis describi possunt: vt sint laborum tolerantes, animo audaci; sui obtegentes; in alios criminatores; iuxta adulatores, & superbi; palam compositi pudore; at intus summa sit apiscendi libido; cuius causa sæpiùs in largitionem, & luxum prolabuntur; sæpiùs industrij sint, ac vigilantes; quibus, nimirum, virtutibus ad libidines abutuntur; postremò ita se componant, vt se, quando lubet, versipelles faciant.*

c *Industria, & vigilantia sunt virtutes parando regno necessariæ.*

d *Et ipsæ virtutes (mirum dictu) sunt noxiæ, cùm parando per iniuriam regno finguntur.*

e *Haud dubium est, exercitum dispersum non tam facilè regi posse, quàm si vniuersus vnum in locum coeat, porrò cùm simul est, militibus, numero, & robore, & visu inter se, fiducia, & in cæteros metus oritur. Quòd si qua res subitò ingruat, maiore auxilio pariter subuenitur. huc accedit, quòd vniuersus exercitus simul maiori disciplina habetur, quàm diductus, quem, nullo metu, lasciuire constat. metu tamen seditionis, vt supra obseruaui, interdum præstat, vt plures in partes dimidiatur. Sed hoc totum prudentiæ principi committi debet.*

f *Præstat militem prætorianum procul vrbis illecebris haberi, quàm in vrbe agere.*

g *Rerum nouarum autor paulatim inrepit animos militares adeundo, appellando, ac centuriones, & tribunos deligendo; aliosque clientes suos quibus potest, honoribus honestando. nempe, hac arte sibi viam præstruit ad ea efficienda quæ agitat.*

h *Princeps nunquam pati debet, vt præfectus prætorianarum cohortium, si modò hactenus validæ sunt, vt in ipsis multum roboris, & momenti sit, centuriones, & tribunos ipse eligat.*

i *In quem plus æquo est propensus princeps, is dici non potest, quàm multa, quàm inusitata, quàm absurda, & odiosa in illum conferat.*

k *Supra sæpiùs obseruaui, inter præcipuas curas principis hanc esse, vt plures liberos habeat, suamque domum plenam aspiciat, quippe constat, plenam domum, esse maximum & firmissimum munimentum aduersus ea omnia, quibus vnus, aut alter labefactari potest, ac moram, & impedimentum haud dubiè afferre iis, qui res nouare cupiunt; ipsique summas spes agitant.*

bant,

bant. & a quia vi tot simul corripere intutum, dolus b interualla scelerum poscebat, placuit tamen occultior via, & à Druso incipere, in quem recenti ira ferebatur. Nam Drusus c impatiens æmuli, & animo commotior, orto fortè iurgio intenderat Seiano manus, & contra tendentis os 1 verberauerat. Igitur cuncta tentanti d promptissimum visum ad vxorem eius Liuiam conuertere. Quæ soror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ, e mox pulchritudine præcellebat. Hanc, vt amore incensus, adulterio pellexit. & postquam primi flagitij potitus est, neque fœmina, amissa pudicitia, f alia abnuerit, ad coniugij spem, consortium regni, & necem mariti g impulit. Atque illa, cui auunculus Augustus, socer Tyberius, ex Druso liberi, seque ac maiores, & posteros municipali adultero h fœdabat, vt i pro honestis & præsentibus flagitiosa, & incerta expectaret. Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac k medicus Liuiæ, specie artis frequens secretis. l Pellit domo Seianus vxorem Apicatam; ex qua tres liberos genuerat, ne pellici suspectaretur. Sed magnitudo facinoris m metum, prolationes n diuersa interdum consilia adferebat. Interim anni principio Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumsit.

1. vecors propriè, quidam quod à Diuus cœca narrant.

OBSERVATIONES.

a *Callidi, & astuti homines cùm vi parum procedit vt quicquam agant, dolum adhibent.*

b *Scelesti homines, iidemque callidi, & astuti nõ vno impetu, sed per interualla, nimirum, tutiori ratione, quàm si cuncta corriperent, sua scelera patrant.*

c *Principes, iique quos fortuna ad summum fastigium euexit, æmulorum sunt impatientes.*

d *Qui aliquem perditum esse cupit, is eum, qui illi proximus est, atque adeò vxorem ipsam, quibus artibus maximè potest, in societatem sceleris assumit.*

e *Quædam fœminæ initio ætatis formæ sunt indecoræ, quæ mox pulchritudine præcellant.*

f *Fœminæ, amissa pudicitia, nullum quamuis atrocissimum flagitium, abnuunt.*

g *Non est mirum, grauissimis pœnis adulteria puniri. quippe præter spretas religiones primum facinus adulteræ est, odisse maritum; dein illi perniciem adferre.*

h *Fœminæ illustres, eædemque impudicæ sæ, maiores, & posteros turpitudine fœdare dicuntur.*

i *O præposteram hominũ mentem! cui non credat, quosdam reperiri fœlicitatis adeò impotentes, vt honestis, præsentibus, tutis flagitiosa, futura, incerta anteponant?*

k *Non est nouum, aut inauditum, medicos & lenocinium facere, & alia per ipsos occultè patrari cum eo, cuius secretis, specie artis frequentes adsint. atque hac ratione persæpe sumi in conscientiam atrocissimi cuiusque facinoris.*

l *Tantum potest ambitio, & cupiditas regni, vt homines ad turpissima, & flagitiosissima quæque impellat, ne multa; ex hac insana cupiditate Seiani duplex adulterium, ex hoc initio tantum odium adulteram mariti, & adulterum legitimæ vxoris cepit, vt illa fraudulentissimæ necis viri sui infamis ministra fuerit, ille vxorem, ex qua plures liberos susceperat, nimirum maxima mutuæ charitatis pignora domo eiecerit, ne pellici suspectaretur.*

m *Quia non fit sine periculo; vt ait ille, facinus magnum, & memorabile, ne quidem sine metu fit.*

n *Hæc sunt illa, quibus conflictatur is, qui magnum aliquod facinus aggreditur: nam metuit; deinde vt res sua interualla habeat, id quod agit, profert; postremò diuersis consiliis distrahitur; nam quod modò probauit, mox repudiat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæque fratri eius Neroni decreuerat senatus, repetita. addidit oratio-
nem Cæsar multa cum laude filij sui, [a] quòd patria beneuolentia in fra-
tris liberos foret. Nam Drusus([b] quanquam arduum sit eodem loci po-
tentiam & concordiam esse) æquus adulescentibus, aut certè non aduer-
sus habebatur. Exin vetus & sæpe simulatum proficiscendi in prouincias
a. qui milites petunt. consilium refertur. [c] Multitudinem[a] veteranorum prætexebat imperato-
tor, & delectibus supplendos exercitus. Nam voluntarium militem deesse. ac si suppeditet, [d] non eadem virtute ac modestia agere: quia plerun-
que inopes ac vagi sponte militiam sumant. [e] Percensuitque cursim nu-
merum legionum, & quas prouincias tutarentur. [f] Quod mihi quoque
exequendum reor, quæ tum Romana copia in armis, qui socij reges, quã-
tò sit angustiùs imperitatum. [g] Italiam vtroque mari duæ classes, Mise-
num apud, & Rauennam, proximumque Galliæ litus rostratæ naues præ-
sidebant, quas Actiaca victoria captas Augustus in oppidum Foroiulien-
se miserat valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum iuxta, cõ-
mune in Germanos Gallosque subsidium, octo legiones erant. Hispaniæ
a. ab Augusto. [a] recens perdomitæ tribus habebantur. Mauros Iuba rex acceperat, do-
num populi Rom. Cætera Africę per duas legiones, parique numero Æ-
gyptus: dehinc initio ab Suria vsque ad flumen Euphraten, quantum in-
genti terrarum sinu ambitur, quatuor legionibus coërcitum, accolis Hy-
bero, Albanoque, & aliis regibus, qui magnitudine nostra proteguntur
aduersum externa imperia. & Thraciam, Rhœmetalces, ac liberi Cotyis:

OBSERVATIONES.

a *Is non mediocri laude dignus est, qui fratris filios patria beneuolentia complectitur.*

b *Arduum est, atque adeo fieri vix potest, vt eodem loci, hoc est, inter pares sit potentia, & cõcor-
dia. quippe ita natura comparatum est, vt quisque res ad se trahat.*

c *Prouidus princeps tunc etiam cùm solida domi quies est, præcipuam curam exercituum agere, at-
que ad eos ipse proficisci debet; vt quos milites mitti æquum est, his missionem det, ac militia solvat,
delectus suppleat; ac cætera, quæ ad militiam maximè pertinent, pari studio administret.*

d *Voluntarius miles nunquam eadem virtute, modestiaque agit, atque is qui ex delectibus est con-
scriptus. quippe præter alias causas, quæ hic non commemorantur, voluntarij plerunque militiam
sumunt, quia sunt inopes, & vagi. atque, vt supra dixi, nec iubentur, nec ducuntur; sed omnino ex
libidine aguni.*

e *Ille mihi dignus videtur, qui hominibus imperitet, qui quibus rebus suum imperium contineatur,
scit; ac proinde quid in eo validum, quid infirmum, quid minui, quid augeri, cui parti reip. subue-
niri oporteat, & scit, & prudentissimè exequitur.*

f *Inter præcipua munera eius, qui historiam scribit, hoc, scilicet, est, vt quibus exercitibus, classi-
bus, copiis teneatur illud imperium, cuius res scribere aggressus est, diligenter exequatur; vt totius
imperij forma, veluti vno, eodemque aspectu conspici possit.*

g *Vniuersum imperium Romanum, principe Tiberio, hoc est, pulcherrimo sui fastigio, comple-
ctebatur totam fermè Europam; non exiguam partem Africæ, Asiam. Id autem vniuersum tam
longè, tamq; late patens imperium tenebatur ferme quinque, & viginti legionibus Romanis, hoc est,
Italico milite; præter auxilia sociorum, qui ferme totidem erant; & in vtroque mari, Adriati-
tico, ac Tyrrheno duas dispositas classes; præterque reges, quibus sua regna à populo Rom. dono da-
ta sunt, & eos, qui magnitudine Romana aduersus externa imperia protegebantur.*

ripam-

ripamque Danubii, legionum duæ in Pannonia, duæ in Mœsia attine-
bant: totidem apud Dalmatiam locatis, quæ [a] positu regionis à tergo il-
lis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur:
quanquam insideret vrbem proprius miles, tres vrbanæ, nouem præto-
riæ cohortes, Ethruria ferme Vmbriaque delectæ, aut vetere Latio, & co-
lonis antiquitus Romanis. At apud idonea prouinciarum sociæ triremes,
alæque & auxilia cohortium: neque multò secus in iis virium: sed perse-
qui incertum fuit: cùm ex vsu temporis huc illuc mearent, glisceret nu-
mero, & aliquando minuerentur. Congruens crediderim recensere cæ-
teras quoque Reip. partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint: quan-
do Tyberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Iam
primùm [b] publica negotia, & priuatorum maxima apud patres tracta-
bantur: dabaturque primoribus differere, & in adulationem lapsos [c] co-
hibebat ipse. Mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudi-
nem militiæ, inlustres domi artes spectando, vt satis constaret, non alios
[d] potiores fuisse. Sua consulibus, sua prętoribus [e] species. Minorum quo-
que magistratuum [f] exercita potestas, legesque, si maiestatis quæstio
eximeretur, bono in vsu. At frumenta, & pecuniæ vectigales, cætera
publicorum fructuum, societatibus equitum Romanorum agita-
bantur. [g] Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis, ex fa-
ma mandabat: semelque adsumpti tenebantur, [h] prorsus sine modo;
cùm plerique iisdem negotiis insenescerent. Plebes acri quidem annona
fatigabatur. Sed nulla in eo culpa ex principe. [i] Quin [1] infœcunditati

1. hinnim erant præcipui quæstus populi, inforemundare laborari, & Africam potiùs, & Ægyptum, quàm Italiam exercuit. nauibusque & casibus vitam populi Romani permittere alias vt est lib. 12. Ann.

OBSERVATIONES

a *In locis idoneis præsidia disponi, & collocari debent, nempe è quibus & ante, & à tergo, nec pro-
cul, nec serum, sed repentinum auxilium huc illuc, quò res poscet, acciri possit.*

b *Omnia publica negotia, priuatorum maxima, in principatu bene constituto, apud Senatum
tractari æquum est.*

c *Boni principis est, primores apud se de quauis re differentes in adulationem lapsos cohibere.*

d *Honores potioribus mandari debent. potiores autem habendi sunt ij, qui nobilitate, ac proinde
meritis maiorum, claritudine militiæ, inlustribus domi artibus commendantur.*

e *Nouus princeps suam magistratibus speciem, vt supra sepiùs obseruaui, relinquere debet, ne remp.
immutasse videatur.*

f *Is demum tolerabilis reip. status dici potest, vbi tam maiores, quàm minores magistratus suam
potestatem exercent; atque, id quod potissimum est, leges bono in vsu sunt, id est locum obtinet suum.*

g *Sciant principes, pecunias vectigales, ac cætera publicorum fructuum non tam in suos ipsorum,
quàm in reip. vsus parari; ac proinde se insignitè iniuriam reipublicæ facere, quoties publicam
pecuniam in priuatos vsus insumunt. sed vt hoc ferri aliquo pacto possit, quid de his dici debet, qui
reip. pecuniam profundunt in obscœnas voluptates, atque ea ad alia prava abutuntur? Cæterum
princeps res suas, hoc est, patrimonium quodammodo suum habet separatum à prouentibus reipub.
quo vti frui, pro arbitrio, potest; vt supra suis locis obseruaui.*

h *Princeps secum pro ratione temporis, rerum, & locorum reputare potest, an præstet eos, quibus res
suas committit, mutari, an verò iisdem negotiis insenescere.*

i *Bonus princeps, reique pub. amans sedulò debet prouidere, ne plebs annona fatigetur. ideo infœ-
cunditati terrarum, aut asperis maris obuiam ire, quantum impendio, diligentiaque potest, debet; ne
vita multitudinis nauibus, & casibus permissa sit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terrarum, aut asperis maris obuiam iit, quantum impendio, diligentiaque poterat. [a] & ne prouinciæ nouis oneribus turbarentur, vtque veteranæ sine auaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, prouidebat. corporum verbera, [b] ademptiones bonorum aberant. [c] Rari per Italiam Cæsaris agri, [d] modesta seruitia, intra paucos libertos domus: ac si quãdo cum priuatis disceptaret, [e] forum & ius. Quæ cuncta non quidem comi via, sed [f] horridus ac plerunque formidatus, tetinebat tamen, donec morte Drusi verterentur. Nam dum superfuit, mansere: quia Seianus [g] incipiente adhuc potentia, [h] bonis consiliis notescere volebat, & [i] vltor metuebatur, non occultus odiis, & crebro [i] querens incolumi filio

1. Drusus.

OBSERVATIONES.

a *Hoc principes peruelim discere de Tiberio, vt, ne prouincias plus æquo onerent, nouis enim, atque adeo intolerabilibus oneribus nationes turbari satis constat. neque verò satis est prouincias nullis nouis oneribus premi: quis pe sedulò danda est opera, vt vetera, i. ex antiqua consuetudine solui solita, sine auaritia, aut crudelitate magistratuum tolerentur. corporum verbera, ademptiones bonorum absint; princeps raros habeat agros, ne inde oriatur occasio lædendi priuatos; ipsius seruitia sint modesta; ac si quando cum priuatis disceptat, in foro, & iure omnia agantur, comi via; ne se, omnibus in rebus, horridum, aut formidabilem præbeat. qui hæc obseruabit, is, vt mea fert opinio, patriæ parens meritò appellari poterit.*

b *Nihil magis fœdat principem, quam auaritia, quam multi tegunt obtentu clementiæ, ea re, quòd non in personas sæuiunt, sed magis in fortunas priuatorum impetum faciunt. cùm vtrumque facinus non hominis sed belluæ sit.*

c *Vetus & vulgatum verbum est; ne ædificium ponito in vicinia principis, aut rapidi fluminis, quippe vix fieri potest, quin vtrumq; aliquid ex alieno secum rapiat. Id quod quò frequentiùs accidit, hoc maiori laudi principi ducetur, si omnino abstinebit possessione agrorum, aut eos adeò modestè habebit, vt ex eius vicinia nullum damnum cuiquam mortalium importetur.*

d *Non planiùs cognosci potest ingenium domini, quàm ex moribus seruorum.*

e *Principes sunt custodes iurium, non supra iura, ac leges. itaque si quando inter ipsos, & priuatos, ob rem priuatam, disceptatio oritur, non vi & autoritate, sed iure & apud iudices quicquid id litis est, transigi debet.*

f *Non paucos videre est eo ingenio præditos, vt, in eo ipso quod bene, & honestè agunt, se horridos, ac formidatos potiùs, quàm mites præbeant.*

g *Hic est plerunque mos illorum, qui in intimam principis familiaritatem assumuntur, vt incipiente potentia, bonis consiliis notescant. deinde nimia & potentia, & opibus obcæcati, ad flagitiosissima quæque erumpant.*

h *Hæc est optima ratio parandæ potentiæ, nempe, bonis consiliis notescere. hanc principio omnes sequuntur, postea ad deteriora transeunt. adeò vt, qui aliquando probi existimabantur, nunc iidem illi omnium deterrimi aspiciantur.*

i *Non rarò contingit, vt florentissima regna & imperia distrahãtur, & lacerentur ea re, quòd qui principis adiutores esse deberent, cuiusmodi sunt filij, ac cæteri eius propinqui, ad quos eius hæreditas, iure sanguinis, & antiqua consuetudine regnorum peruenit, quorumque præcipuè imperium rectè administrari interest, ij rerum administratione procul arcentur, & in eorum locum assumuntur alieni, atque adeò obscuri homines, quorum potentia regnis ipsis, nedum propinquis principis nimia, atq; intolerãda videtur. Atqui, aiunt, ita cõparatum est, vt principi magis fidelem operam præstent ij, qui ex humilibus & obscuris ad id potentiæ euehuntur, quàm ad quos principatus hæreditas peruentura est. eaque re non mirum est, si ab eo in partem quodammodo curarum vocantur. Hoc verum esse pernego, veris adductus rationibus, quas hic silentio trãmitto, cõtentus illustri hoc exemplo Seiani, qui & principi seni, eiusque filiis & nepotibus florentissimæ, inquam, domui, ac proinde vniuerso imperio Romano perniciem, nisi Dij tot mala auertissent, allaturus erat.*

[a] adiutorẽ imperij alium vocari, & quantum superesse vt [b] collega dicatur? [c] Primas dominandi spes in arduo, vbi sis [1] ingressus, adesse studia & ministros: [d] extructa iam [2] spõte præfecti castra, datos in manum milites: cerni effigiem eius in monumentis Gn. Pompeij: communes illi cum familia Drusorum fore nepotes: precandam post hæc modestiam, vt contẽtus esset. Neque rarò, neque apud paucos talia iaciebat; & secreta quoque eius [e] corrupta vxore prodebantur. Igitur Seianus [f] maturandum ratus, [3] deligit venenum, quo [g] paulatim inrepente, [4] fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per Lygdum spadonem, vt octo post annos cognitum est. Cæterùm Tyberius per omnes valitudinis eius dies, nullo metu, an vt [h] firmitudinem animi ostentaret? etiam defuncto, necdum sepulto curiam ingressus est, consulesque sede vulgari per speciem mœstitiæ sedentes, honoris, locique admonuit, & effusum in lacrymas senatum, victo gemitu, simul oratione continua erexit. Non quidem sibi ignarum [i] posse argui, quòd tam recenti dolore [i] subierit oculos senatus; vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem aspici à plerisque lugentium; neque illos imbecillitatis damnandos; se tamen fortiora solatia è complexu Reipub. petiuisse. miseratusque Augustæ extremam senectam, rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem suam, vt Germanici liberi, vnica præsentium malorum leuamenta, [k] inducerentur, pe-

1. Prima spatia, vt l. 14. & nouitia imperii spatia ingredimur.
2. sic supra spõte principis.

3. vide lib. xii. circà finem.
4. l. vi alibi loquitur, vt retero id casum post fuit, hujusmodi venenum fuit, appellat lenti, atque rabiem.

1. sic supra lib. 2 Tiberius, atque Augusta publico abstinuere, inferius maiestate sua exti, si palam lamentarentur, &c.

OBSERVATIONES

a *Qui principi & cõsilio, & fideli opera omni tempore adsunt, ij adiutores imperij dici verè possunt.*

b *Alius est collega, alius adiutor. ille pari cum collega potestate est, hic minimè. adiutorem principes ferre possunt, collegam neminem.*

c *Cùm rerum omnium, tum verò dominandi principium est in arduo. nam ad illud opus est, opibus, artibus egregiis, fama, animo acri, & eo, qui ingentibus negotiis par sit; postremò fælicitate. Cæterùm vbi prima spatia dominationis prætergressus es, cætera haud dubiè sunt faciliora. quippe adsunt tibi prompta sectantium studia, & ministri.*

d *Hæc sunt signa magnæ, & in priuato homine intolerandæ potentiæ; imminere verbi, ac principi ipsi cum validissimis copiis militaribus; suam effigiem inserere clarissimorum, & nobilissimorum hominum monimentis; cum principis domo adfinitatem contrahere.*

e *Vir prudens nunquam quod arcanum esse vult id vxori, si se amabit, patefaciet.*

f *Cùm periculum est in mora, maturandum est, dandaque est opera, vt aduersarius præueniatur.*

g *Qui veneno aliquem necare vult, non violentum, ne repentino illius, cui datur, exitio facinus prodatur, sed lentum, & tabificum deligit, quo paulatim irrepente fortuitus morbus adsimulari possit.*

h *In publico luctu, principem firmitudo animi maximè decet; quæ in eo consistit, vt cæteros effusos in lachrymas, victo tandem gemitu, oratione sua erigat.*

i *Cùm omnes lugẽt, ob amissum aliquẽ è familia principis, ipse ad virandam suspitionem, recenti adhuc dolore, neque senatus, neque populi oculos subire, sed publico, vt Tac. supra loquutus est, abstinere debet. quippe tali tempore vix propinquorum alloquia tolerantur, ac vix qui luget, ob mœrorem, diem aspicit. qui hanc rationem sequitur, non ideo imbecillus, aut animi impotens, sed decori obseruans existimari debet. quòd si princeps nihilominus, ve recenti, dederit se in conspectum hominũ, hac excusatione vti rectè potest, vt dicat, se fortiora solatia è complexu vtip. petiuisse.*

k *Quem sibi princeps proximum successorem destinat, hunc ij, quorum fauore, ac potentia retineri adeptus principatus potest, accuratissimis verbis, Deos, atque homines obtestatus, commendare debet. hoc libro primo suo loco, obseruaui.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuit. Egressi consules firmatos alloquio adulescentulos, deductosque ante Cæsarem statuunt. Quibus adprehensis, Patres Conscripti, hos, inquit, orbatos parente, [a] tradidi patruo ipsorum, precatusque sum (quanquam esset illi propria suboles) ne secus quàm suum sanguinem foueret, ac tolleret, sibique & posteris confirmaret. Erepto Druso, preces ad vos conuerto, diisque & patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos suscipite, regite, vestram, meamque vicem explete. Hi vobis Nero & Druse [b] parentum loco: [c] Ita nati estis, vt bona malaq; vestra ad Remp. pertineant." Magno ea fletu, & mox precationibus faustis audita. Ac si [d] modum orationi posuisset, misericordia sua, gloriaque animos audientium impleuerat. [e] Ad vana & toties inrisa reuolutus, de reddenda Rep. vtque consules seu quis alius regimen susciperent, vero quoque & honesto [f] fidem dempsit. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisque additis, [g] vt ferme amat posterior adulatio. [i] Funus imaginum pompa maximè inlustre fuit, cũ origo Iuliæ gentis Æneas, omnesque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, post Sabina nobilitas, Appius Claudius, cæteræque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur. In tradenda morte Drusi quę plurimis maximeque fidis autoribus memorata sunt, retuli: [k] Sed non omiserim eorundem temporum rumorem validum adeò, vt nondum exolescat. Corrupta ad scelus Liuia, Seianum Lygdi quoque spadonis animum stupro [l] vinxisse: quòd is Lygdus ætate atque forma charus domino, interque primores ministros erat. deinde inter conscios, vbi locus veneficij, tempusque composita sunt, eò audaciæ prouectum, vt [m] verte-

OBSERVATIONES.

a *Hæc est charitas aui erga nepotes, vt eos non alio loco velit esse, quàm ex se genitos.*
b *Iunioribus principibus senatus est loco parentum.*
c *Principes ita nascuntur, vt bona malaque ipsorum ad remp. pertineant. i. nihil principibus accidit quod non idem remp. complectatur.*
d *Quæ princeps de sua orbitate, aliaue miseria & calamitate verè narrat, ea plerunque magno fletu, mox si quid petit aut hominibus commendauit; precationibus faustis auditur.*
e *Non est cuiusuis hominis modum orationi adhibere, hoc est, non aliud loqui, quàm quod oportet.*
f *Princeps cùm in publico verba facit, nihil aliud debet loqui, quàm id, quod communi cõsensu approbari scit. nam si ea loquitur, quæ vana sunt, ac merito irridentur, vero quoque, & honesto fidem demit, sibique ad cætera omnia viam claudit.*
g *Mendax & vanus, etsi interdum vera dicit, tamen vix quisquam ei credit.*
h *Posterior adulatio semper exquisitior est priore, nimisque vulgata.*
i *Funus principis imaginum pompa illustrari; eæque imagines tam materni, quàm paterni generis, tanquam longa familiæ decora circumferri debent.*
k *Qui annales, aut historias scribit, etsi ea maximè memorare, quæ à plurimis, maximeque fidis autoribus tradita sunt, leues autem, & inanes rumores spernere debet, tamen validos & constantes, si silentio præteribit, verum de industria occultasse videbitur. quippe constantis famæ autoritatem non parum esse constat.*
l *O turpitudinem! qui semel fœdissimorum scelerum vinculis inligari se, & vinciri passus est, is posthæc nullum facinus nisi fœdissimum, atque atrocissimum facere potest.*

ret,

ret, & occulto indicio Drusum veneni in patrem arguens, moneret Tyberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. Ea fraude tum senem, postquam conuiuium inierat, exceptum poculum Druso tradidisse. Atque illo ignaro, & iuueniliter hauriente, auctã suspicionem, tanquam [a] metu & pudore, sibimet inrogaret mortem, quam patri struxerat. Hæc vulgo iactata, super id, quòd nullo autore certo firmantur, promptè refutaueris. Quis enim mediocri prudentia, nedum Tyberius tantis rebus exercitus, [b] inaudito filio exitium offerret, idque [c] sua manu, & nullo ad pœnitendum regressu? [d] quin potiùs ministrum veneni excruciaret, autorem exquireret, infita denique etiam in extraneos cunctatione, & mora aduersum [e] vnicum, & nullius [f] ante flagitij compertum vteretur. Sed quia Seianus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia charitate in eum Cæsaris, & cæterorum in [g] vtrumque odio, [h] quamuis fabulosa & immania credebantur, [i] atrociore semper fama erga dominantium exitus. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani proditus tormentis Eudemi, ac Lygdi patefactus est. Neque quisquam scriptor tam infensus extitit, vt Tyberio obiectaret, cùm omnia alia conquirerent, intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit, vt claro sub exemplo [k] falsas auditiones depellerem,

OBSERVATIONES.

a *Ea est vis metus & pudoris, vt, quæ pernicioſissima in alios parata sunt, ea qui in flagitio deprehensus est, sibi ipsi non irrogare vereatur.*
b *Non est verisimile, patrem inaudito filio exitium offerre; idque sua manu, & nullo ad pœnitendũ regressu. id certè à charitate patria maximè abhorret.*
c *Quæ quis manu sua patrauit flagitia, si fortè ad pœnitentiam regressus est, multo magis eum afficiunt, quàm quæ iussit, mandatoque suo fiunt.*
d *Cùm atrocis alicuius flagitij indicium ad principem defertur, potissimum si coniunctam sibi sanguine, & necessitudine personam spectat, non statim credere, sed potius ministrum facinoris, & autorem exquirere; nihilque præcipitanter in tota illa cognitione, cuius postea pœnitendum sit, facere debet.*
e *Vix credibile est, patrem plus prudentiæ, & moderationis ad exterorum, quàm ad proprij, atque vnici filij salutem conferre.*
f *Non est verisimile, nullius ante flagitij compertum protinus vt atrocissimum quodque facinus admittat, animum inducere posse; quippe, vt ad summam & eximiam virtutem nonnisi per gradus, ita quoque ad deterrima vitia, summamque nequitiam nonnisi sensim, suisque gradibus peruenitur.*
g *Non tantùm, in quos est nimia charitas principis, odio sunt populo, verum & princeps ipse, quòd illis, præter æquum fauet, quos omnes periisse cupiunt.*
h *De iis, quos odimus, quamuis fabulosa, & immania credimus.*
i *Fama solet esse atrocior vero erga dominantium exitus; præcipuè verò si flagitio principem extinctum esse, suspitio est.*
k *Fere cuncta mortalium, atque adeò maxima quæque falsis auditionibus corrumpi satis constat, ideoque historiæ scriptor, cuius præcipuum munus est, vera tradere, intentus esse debet in singulas occasiones, quibus vanitatem falsosque rumores arguat; vt discant homines, cùm aliquid insigne narratur, se sustinere, neque prius credere, quàm ita rem esse, certissimis argumentis compertum sit. nihil, nimirum, neque lenius, neque turpius est, quàm temerè diuulgata, atque incredibilia audè accipere, eaq; veris, neque in miraculum corruptis antehabere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

peteremque ab iis, quorum in manus cura noſtra venerit, ne diuulgata, atque incredibilia auidè accepta, veris neque in [a] miraculum corruptis anteh abeant. Cæterùm laudante filium pro roſtris Tyberio, ſenatus populuſque habitum ac voces dolentum [b] ſimulatione magis quàm libẽs induebat, domumque Germanici [c] reuireſcere occulti lætabantur. Quod principium fauoris, & mater Agrippina [e] ſpem [d] malè tegens, perniciem adcelerauere. Nam Seianus vbi videt mortem Druſi inultam interfectoribus, ſine mœrore publico eſſe, [c] ferox ſcelerum, & quia prima prouenerant, volutare ſecum, quonam modo Germanici liberos peruerteret, quorum non dubia ſucceſſio. Neque ſpargi venenum in tres poterat, [f] egregia cuſtodum fide, & [g] pudicitia Agrippinæ impenetrabili. [h] Igitur conrumaciam eius inſectari, vetus Auguſtæ odium, recentem Liuiæ conſcientiam exagitare, vt ſuperbiam [i] fœcunditate ſubnixam popularibus ſtudiis inhiare dominationi, apud Cæſarem arguerent. Atque hæc callidis criminatoribus, inter quos delegerat Iulium Poſthumum per [k] adulterium Mutiliæ Priſcæ inter intimos auiæ, & conſiliis ſuis peridoneum:

OBSERVATIONES.

a *Quæ de magnis viris plerunque narrantur, ea non vti ſunt, ſed multò maiora, quàm vnquam futura, dicuntur, atque ad eo in miracula corrumpuntur.*

b *Non ſemper qui habitum, vocemque dolentis induit, verè, atque ex animo dolet: ſpecies enim illa, atque imitamentum doloris eſt, cum interim lætitia occulta eſt.*

c *Qui populi, aut ſenatus fauorem erga ſe, acrem illum quidem, ſed occultum nouit, illum, quàtum in ſe eſt, celet, donec venerit dies, qua patefieri debet, ſiquidẽ ſpes malè tecta multis perniciẽ adcelerauit.*

d *Fœminæ, propter animi impotentiam, ſpem malè tegere poſſunt.*

e *Sceleſtus homo ſi ſemel ſcelere ſe inquinauit, ac prima ex animo prouenerũt, eò ferox, ſecum haud dubiè voluetabit, quonam modo atrociora audeat, & patret, atque vt ait Seneca de clem. lib. 1. ca. 1. ſpes improbiſſimas complectuntur inſperata aſſecuti.*

f *Principes viri, præſertim adoleſcentuli, atque adeo vt, quorum non dubia eſt ſucceſſio, nunquam ſatis diligenter vitare poſſunt inſidias illorum, qui ad intimam ipſorum amicitiam adhibentur, & propter hanc ipſam, ingentem potentiam iam ſunt adepti. quippe nullum eſt tam atrox facinus, quod non audacia ſuadeat, & ad quod patrandum, ſpe dominandi, non impellantur homines. Ideo & cibi, eaque omnia, quæ ad curandum corpus pertinent, quibus principes ſuſtentãtur, ijs diligenter adhibere debent, quorum egregiam erga dominum fidem eſſe, multis tam rebus cognitum, & perſpectum eſt.*

g *Quemadmodum impudicitia eſt illud maximum, & atrociſſimum flagitium, quo ſe fœmina inquinare poteſt; ita ab impenetrabili ipſius pudicitia quid non boni eſt expectandum? ac proinde quibus tam inſignis virtus ſat dignis laudibus efferri poteſt? certè impudicitia Liuiæ Druſum maritum peruertit, pudicitia Agrippinæ filios ſeruauit.*

h *Qui id agit, vt potentem aliquem peruertat, non ſimul, ac ſtatim quæ ad eam rem pertinent, patrat, ſed criminationes in illum, & odium principis, & aliorum præpotentum incitat, & intendit: denique illius ſingula & dicta, & facta in crimen detorquet, nimirum ſemina perniciei: quibus tandem collectis, & ſimul ingruentibus, ille paruo negotio opprimitur.*

i *Haud dubiè fœminis principibus fœcunditas ſuperbiam addit.*

k *Qui potentem, & clariſſimam fœminam adulterio deuicit, eequid tandem illius operâ, apud quem illa plurimùm poteſt, non conſequitur? verè quidem dici poteſt, impudicitiam, & amores fœminarum alienæ ſæpius libidini ad atrociſſima, & fœdiſſima quæque ancillari.*

quia

quia Priſca in animo Auguſtæ valida, anum ſuapte natura [a] potentiæ anxiam inſociabilem nurui efficiebat. Agrippinæ quoque [b] proximi inliciebantur, prauis ſermonibus tumidos ſpiritus perſtimulare. At Tyberius [c] nihil intermiſſa rerum cura, negotia pro ſolatiis accipiens, [d] ius ciuium, preces ſociorum tractabat. Factaque, autore eo, ſenatuſconſulta, vt ciuitati Cibyraticæ apud Aſiam, Ægirenſi apud Achaiam motu terræ labefactis ſubueniretur [e] remiſſione tributi in triennium. Et Vibius Serenus [f] proconſul vlterioris Hiſpaniæ de vi publica damnatus, [f] ob atrocitatem temporum, in inſulam Amorgum deportatur. Carſius Sacerdos reus tanquam [g] frumento hoſtem Tacfarinatem iuuiſſet, abſoluitur. eiuſdem criminis C. Gracchus. Hunc comitem exilij admodum infantem pater Sempronius in inſulam Cercinam tulerat. Illic adultus inter extorres & liberalium artium neſcios, mox per Africam ac Siciliam mutando ſordidas merces ſuſtentabatur. [h] Nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni Ælius Lamia, & L. Apronius, qui Africã obtinuerãt, inſontem protexiſſent, claritudine infauſti generis, & paternis aduerſis [i] foret abſtractus. Is quoque annus legationes Græcarum ciuitatum habuit, Samiis Iunonis, Cois Æſculapij delubro vetuſtum aſyli ius vt firmaretur, petentibus. Samij decreto Amphictyonum nitebantur, queis præcipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempeſtate Græci conditis per Aſiam vrbibus ora maris potiebantur. Neque diſpar apud Coos antiquitas. Et accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos templo Æſculapij induxerant, cùm iuſſu regis Mithridatis apud cunctas Aſiæ inſulas, & vrbes trucidarentur. Variis dehinc, & ſæpiùs inritis prætorum

OBSERVATIONES.

a *Et ipſæ anus principes potentiæ ſunt anxiæ.*

b *Hac arte vtuntur callidi homines ad ea elicienda, quæ apud aliquem occulta ſunt; quippe inliciuntur proximi illius, vt & ſermonibus, & quibus rebus maxime poſſunt, quaſi doleant, quia ille dolet, aut lætentur, & gratentur illi ob proſpera, eum ad illa, quæ cœptat, aut perſtimulent; aut ſaltem cogant eum voces huiuſmodi emittere, quæ indices ſunt affectuum illius.*

c *Princeps, aut quilibet alius negotiis aſſuetus vix vnquam intermittere poteſt rerum curam; negotia, vel in ipſis rebus aduerſis pro ſolatiis accipiens.*

d *Principi hæc cura incumbit, vt ius ciuium, & preces ſociorum tractet; hoc eſt, vt ſuis ius reddat; exteris, ſuæ tamen ditionis hominibus, æquum ſe præbeat, atque eorum preces benignè excipiat.*

e *Boni, & liberalis principis eſt, ſubuenire calamitoſis, & afflictis, non modò priuatis, ſed & prouinciis, & ciuitatibus. quæ ſi graui aliquo caſu ſunt perculſæ, cur non ijs ad aliquod tempus tributum remittat?*

f *Et erga damnatos miſericordia vtendum eſt.*

g *Qui frumento hoſtem iuuit, maieſtatis poſtulari poteſt.*

h *Clariſſimo genere orti etſi eos fortuna deprеſſit, non tamen interdum effugere magnæ fortunæ pericula, nec ipſo contemptu interdum tuti eſſe poſſunt.*

i *Non eſt nouũ, filios innocentes aduerſis paternis abſtrahi. i. patris infelicitatem ad filios peruenire.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstibus, postremò Cæsar de [a] immodestia histrionum retulit. Multa ab iis in publicũ seditiosè, fœda per domos tentari: Oscum quoddã ludicrũ leuissimę apud vulgum oblectationis, eò flagitiorũ & virium veniſſe, vt autoritate patrum coërcẽdum sit. Pulsi tum histriones Italia. Idẽ annus [b] alio quoque luctu Cęsarem adficit, alterum ex geminis Drusi liberis extinguendo: neq; minùs morte amici. Is fuit Lucillius Longus [c] omnium illi tristium lætorumque socius, vnusq; è senatoribus Rhodij secessus comes. Ita quanquam nouo homini, [d] censorium funus, effigiem apud forum Augusti publica pecunia patres decreuere: [e] apud quos etiam tum cuncta tractabantur; adeò vt procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante prouincia, causam dixerit, magna cum adseueratione principis, nõ se ius, nisi in [f] seruitia & pecunias familiares dedisse: [g] quòd si vim prętoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret, [h] spreta in eo mandata sua, [i] audirẽt socios. Ira reus, cognito negotio, dãnatur. [k] Ob quã vltionẽ, & quia priore anno in C. Sillanũ vindicatũ erat, decreuere Asię vrbes templũ Tyberio, matriq; eius, ac senatui: & permissũ statuere. [l] Egitq; Nero grates ea causa patribus atque auo, lætas inter audientium adfectiones, qui, recenti memoria Germanici, illum aspici, illum audiri rebantur. aderantque iuueni [l] modestia, ac [m] forma principe viro digna, notis in eum Seiani odijs ob periculum [m] gratiora. Sub idem tempus de flamine diali in locum

1. aut desunt hic multa, aut hæc vtique sunt apponenda illis post illa verba, tidem demptis.
2. hic supra de Germanico loquens, iugebat interessum vitia ipsius (Germanici) specere. & lib. 2 histor. Augebat famã ipsius Titi ingenium quanta conque fortunæ capax, deesse cui cum quadam inuidia dici.

OBSERVATIONES.

a *Immodestia histrionum legibus est vindicanda, immodestè autem versari dicuntur, cùm aliqua ab ipsis in publicum seditiosè, aut per priuatorum domos fœda tentantur. hæc cùm accidant, pellendi sunt prouincia.*

b *Plerunque accidit, vt nihil nobis aduersi eueniat, quod non aliud aliquod, eodem ferè tempore, secum trahat. nam sicut prospera, sic aduersa inter se nexa, & ingata sunt.*

c *Is meritò amicus principis appellari potest, qui tristium omnium, lætorumque socius illi est.*

d *Principes quos valdè dilexerunt, ijs, cùm fato functi sunt, funus quàm honoratissimum curari, eorumque memoriam quibus rebus maximè possunt, coli volunt.*

e *Etsi nouus princeps re ipsa libertatem oppresit, tamen consultè faciet, vt sæpiùs iam obseruaui, si speciem reip. retinebit. certè, principe Tiberio, eo qui cuncta ad se traxerat, Senatus Romanus suam maiestatem adeò non amiserat, vt omnia etiam tum apud ipsum tractarentur.*

f *Procurator prouinciæ habet tantùm ius in seruitia, & pecunias familiares principis.*

g *Is mandata principis spernere dicitur, qui in munere sibi mandato maiorem vim, & autoritatem vsurpat, quàm quæ sibi à principe data est.*

h *Is puniri debet qui mandata principis spernit, quia is contẽptus nonnisi à cõtumacia proficiscitur.*

i *Caueat princeps ne iustas ciuitatum, aut prouinciarum querelas vnquam spernat. quinimo se potissimam curam illarum securitatu gerere, omnibus in rebus, ostẽdat. in eosque seuerè animaduertat, à quibus forte vexatæ sunt. quo facto haud facile dictu est, quantopere sibi hominum studia, & beneuolentiam conciliaturus sit.*

k *Prouinciæ haud satis magnas gratias principibus agere possunt, cùm ab ijs impetrant vltionem in eos, à quibus grauissimè sunt vexatæ.*

l *Princeps adolescens duabus rebus potissimùm commendatur; modestia, & forma principe viro digna.*

m *Odia, & pericula, in quibus coniecti sumus ab ijs, qui inuisi sunt populo, mirum inmodum nos vulgo conciliant.*

Seruij

Seruij Maluginensis defuncti legendo, simul roganda noua lege disseruit Cæsar. Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex quis vnus legeretur vetusto more: neque adesse, vt olim, eam copiam, omissa [1] confarreandi adsuetudine, aut inter paucos retenta. pluresque eius rei causas adferebat, [a] potissimam penes incuriam virorum, fœminarumque. Accedere ipsius ceremoniæ difficultates, quæ consultò vitarentur, & quando exiret è iure patrio, qui id Flaminium apisceretur, quæque in manum Flaminis conueniret. Ita [b] medendum senatus decreto, aut lege, sicut Augustus quædam ex [c] horrida illa antiquitate ad præsentem vsum flexisset. Igitur tractatis religionibus, placitum, instituto Flaminum nihil demutari. Sed lata lex, [d] qua Flaminica Dialis sacrorum causa in [2] potestate viri, cætera promiscuo fœminarum iure ageret. Et filius Maluginensis patri suffectus: Vtque [f] gliscceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capessendas ceremonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantiæ capiebatur, LLS XX. & quoties Augusta theatrum introisset, vt sedes inter Vestalium conspiceret. Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices, eorumque exẽplo cæteri sacerdotes, cum [g] pro incolumitate principis vota susciperẽt, Neronem quoque & Drusum iisdem diis commendauere, [h] non tam charitate iuuenum, quàm adulatione: [i] quæ, moribus corruptis, perinde [3] anceps si nulla, & vbi nimia est. Nã Tiberius haud vnquam domui Germanici mitis, tum verò æquari adulescentes senectæ suæ, [k] impatienter

1. inter sacerdotes vsitata, vt hinc, & ex Boëtio in Topic. Cic. colligitur.
2. ergo hæres mariti etiam ab intestato.
3. f. periculosa.

OBSERVATIONES.

a *Cæremoniæ duabus de causis omittuntur; nempe, earum aut incuria, aut difficultate, quæ plerunque ab hominibus consultò vitatur. Ea re autor sim ei, qui cæremonias instituit, vt ita, nimirum eas instituat, vt, quicquid in ea re fit, planum sit, ac facile; ne ex difficultate illarum contemptus oriatur.*

b *Quemadmodum medicina ægris corporibus subuenit, ita leges, & rescripta principum medentur vitijs, ijsque omnibus, in quibus homines peccare solent.*

c *Non semper quæ antiquitus instituit, ea planè vt sunt, sequi debemus: quippe, quæ horrida sunt, ea ad præsentem vsum flecti potissimùm si de ineptis, & supernacuis cærimonijs agitur, debent.*

d *Satis est, dummodo satisfiat legi, aut consuetudini ea in re, cuius causa lata, & obseruata est, nam cetera haud dubiè mutari, & ad presentem vsum flecti possunt.*

e *Vxor non est in potestate viri.*

f *Princeps qua maximè ratione potest, debet dare operam, vt sacerdotijs, ac religionibus dignitas accedat.*

g *Pro incolumitate principis, filiorumque illius vota publicè suscipi æquum est.*

h *Quæ in honorem mali principis, aut filiorum eius honorificè decernuntur, non tam charitate ipsius, quàm adulatione fiunt.*

i *Moribus corruptis adulatio perinde periculosa est, si nulla est, & vbi nimia est, hoc est, tam periculosum est omnino non adulari, quàm fœdè, & nimis humiliter, & odiosè adulari.*

k *Non sanè mirum est, Tiberium impatienter indoluisse, Neronem, & Drusum adolescentes honoribus, & adulatione æquari senectæ suæ. quippe, hæc est natura principatus, vt princeps ne filium quidem pati possit æqualem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

indoluit: acciteſque Pontifices percunctatus eſt, num id precibus Agrippinæ, aut minis tribuiſſent. Et illi quidem quanquam abnuerent, modicè perſtricti; etenim pars magna è propinquis ipſius, aut primores ciuitatis erant. cæterùm in ſenatu oratione monuit in poſterum, [a] ne quis mobiles adoleſcentium animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extolleret. Inſtabat quippe Seianus, incuſabatque, [b] deductâ ciuitatem, vt ciuili bello, eſſe qui ſe partium Agrippinæ vocent: ac ni reſiſtatur, fore pluris: [c] neque aliud gliſcentis diſcordiæ remedium, quàm ſi vnus alterue maximè prompti ſubuerterentur. Qua cauſa C. Silium, & Titiũ Sabinũ adgreditur: [d] amicitia Germanici pernicioſa vtrique. Silio, & quòd ingentis exercitus ſeptem per annos moderator, partiſque apud Germaniam triumphalibus Sacrouiriani belli victor, [e] quantò maiore mole procideret, plus formidinis in alios diſpergebatur. Credebant plerique auctam offenſionem ipſius [f] intemperantia [1] immodicè iactantis, ſuum militem in obſequio durauiſſe, cùm alij ad ſeditiones prolaberentur: [g] neque manſurum Tyberio imperium ſi iis quoque legionibus cupido nouandi fuiſſet. [h] Deſtrui per hæc fortunam ſuam Cæſar, [2] imparemque tanto

1. ſic lib. 4 hiſt. Nec ipſi (Antonio) decori arrogantia vocare offenſas, nimia commorando quæ nouiſſet.
2. i. eam quę referenda gratiæ hanc quamque ſufficeret.

OBSERVATIONES.

a *Periculoſum, atque adeò pernicioſum eſt, mobiles adoleſcentium animos præmaturis honoribus ad ſuperbiam extollere. certè illa ætas nunquam ſatis modeſtè, arctè, atque intra officij terminos contineri poteſt.*

b *Potentum factionibus remp. diduci conſtat: quæ factiones ea re proditur, quòd hi illius, alij huius ſe partium eſſe profiteri audent. Eius rei indicia ſimulatque ad principem delata ſunt, ni maturè inteſtinis malis obuiam it, haud dubiè ſeditioſorum numerus adeo gliſcet, vt inde nonniſi magni tumultus oriri poſſint.*

c *Non aliud gliſcentis in rep. diſcordiæ remedium eſt, quàm ſi vnus, alterue maximè prompti protinus ſubuertantur ad terrorem cæterorum.*

d *Amicitia illorum, quos princeps odit, nonniſi pernicioſa eſſe poteſt.*

e *Quò maiore mole magnus, ac præclarus vir procidit, hoc plus formidinis in alios diſpergit.*

f *Semper vir magnus cauere debet, ne principem, aut alios præpotentes homines offendat nimia iactantia, & immodica prædicatione rerum ab ſe geſtarum; etſi id non immeritò videtur facere poſſe, quippe, lacerat animum, & premit frequens meritorum commemoratio; &, vt Comicus ait, eſt quaſi exprobratio immemoris beneficij. cuiuſmodi ferè eſt illud Senecæ de benef. lib. 2. cap. 15. Qui quod dedit, imputat, gratiam deſtruit; & qui quantum det, oſtendit, munus ſuum non commendat, ſed exprobrat.*

g *Etſi fortè vera, tamen odioſa, & intoleranda vox eſt hæc; non manſurum principi imperium fuiſſe, ſi non virtute noſtra periculis imminentibus obuiam itum eſſet: Certè vir prudens modeſtè de ſe ſentit, & parcè de rebus ab ſe geſtis loquetur. nam quàm ſit periculoſum principem offendere nimia iactantia, & immodica prædicatione rerum ab ſe geſtarum, quàm ſæpiſſimè res ipſa docet.*

h *Cùm inter mortales principes altiſſimo loco ſint, atque adeò omnia aut poſſint, aut ſaltem poſſe ſe videri velint, à quo in id loci rediguntur, & per quem perfectum eſt, vt aliquid appareat eſſe, quod præſtare nõ poſſunt, in hunc immane eſt, quo odio ferantur, quippe, ſuam fortunam, quæ ipſi alioqui ſumma videri poterat, ab eo deſtrui verè clamitare, & conqueri videntur poſſe.*

merito

merito rebatur. [a] Nam beneficia eò vſque læta ſunt, dum videntur exolui poſſe: vbi multùm anteuenere, pro gratia odium redditur. Erat vxor Silio Soſia Galla, charitate Agrippinæ inuiſa principi. Hos corripi, dilato ad tẽpus [1] Sabino, placitum: immiſſusque Varro conſul, qui paternas inimicitias obtendens, [b] odiis Sciani per dedecus ſuũ gratificabatur. Precãte reo breuẽ morã, [c] dũ accuſator cõſulatu abiret, [d] aduerſatus eſt Cęſar: ſolitũ quippe magiſtratibus, diẽ priuatis dicere: nec infringendũ cõſulis ius, cuius vigiliis niteretur, ne quod Reſp. detrimẽtũ caperet. Propriũ id Tyberio fuit, [e] ſcelera nuper reperta [2] priſcis verbis obtegere. Igitur multa adſeueratione, [f] quaſi aut legibus cum Silio ageretur, [g] aut Varro conſul, aut illud Reſp. eſſet, coguntur patres, ſilente reo, vel ſi defenſionem cœptaret, non occultante cuius ira premeretur. conſcientia belli, Sacrouir diu diſſimulatus, victoria [h] per auaritiam fœdata, & vxor Soſia argue-

1. cuius animum mœrnorabit hoc ipſo libro.
2. i. verbis ſyncophantarum.

OBSERVATIONES.

a *Hæc eſt natura principum, vt ſe nemini, at verò cunctos mortales ſibi deuinctos eſſe & exiſtiment ipſi, & id ipſum ab omnibus exiſtimari velint. Quòd ſi fortè accidit, vt ipſi beneficium ab aliquo maius acceperint, quàm vt reddendæ gratiæ pares ſint, quia illum hoc facto ſupra ſe eſſe videnr (id quod natura principatus nullo pacto ferre poteſt) tum verò non de honeſtando illo (id quod pro illius merito ſat dignè facere ſe non poſſe videnr) ſed de perdendo cogitant. nimirum, beneficia eò vſque illi, in quem conferuntur, læta ſunt, dum videntur exolui poſſe. vbi multùm anteuenere, pro gratia odium redditur: ſiquidem è beneficiis tranſeunt in iniuriam; cui, vt ait Tacit lib. 3. hiſt. procliuius eſt, quàm beneficio vicem exoluere; quia gratia oneri, vltio in quæſtu habetur.*

b *Quid fœdius, quidue iniquius dici poteſt, quàm abuti magiſtratu ad vltionem priuatarum, atque adeò alienarum iniuriarum? certè qui magiſtratu fungitur parum exiſtimationi, & nomini ſuo conſulit. ſi tunc temporis priuatis aut alienis odiis indulget; atque autoritate non ad reip. vtilitatem, ſed ad augendam rem ſuam abutitur.*

c *Cùm vnius magiſtratus vigilijs nitatur, ne quod damnum reſp. capiat, dum publica munera exequitur, non debet illi licere, rem ſuam priuatam ita curare, vt ipſe in ſua cauſa iudicet, atque iniqua concertatione, & nimia potentia aduerſarium priuatum hominem peruertat.*

d *O malos principes, qui autoritate magiſtratuum ad ſcelera, & immanitates abutuntur.*

e *Tyrannus tyrannidem, eaque omnia, quæ ad hanc ſtabiliendam, & confirmandam pertinent, (quæ ſæpiſſimè ſunt teterrima flagitia) priſcis verbis, hoc eſt petitis è vetere rep. nimirum, æqui, honeſti, publicæ ſecuritatis ac libertatis obtentu tegit, quaſi non ſuâ ipſius, ſed reip. ſalus agatur: cùm tamen hac ſpecie errorie abutatur ad ea patranda, quæ in animo habet, atque adeo ad corrumpẽdam libertatem, & corroborandum principatum.*

f *Liberæ reip. maxima, & veriſſima argumenta hæc ſunt: cùm nullius potentia æquatur legibus, aut ſupra illas eſt: ſed vnis his quicquid inter ciues controuerſiæ oritur, ex æquo dirimitur. cùm magiſtratus non cuiuſquam potentiæ, aut ſtudijs, per dedecus ſuum gratificãtur, ſed maieſtate & æquitate ſua nituntur: cùm reſp. nullius dominatu oppreſſa ſeruit, ſed ſingulis libertas æqua eſt. At verò cùm hæc omnia in contrarium verſa ſunt, neque vſquam leges, magiſtratus, aut libertas conſpicitur, ibi nullam omnino eſſe remp. ſed cuncta tyrannidem mauiſſe dicendum eſt.*

g *Hic locus nihil aliud continet, quàm irriſionem illius prætextus, ſiue obtentus, quo vtebatur Tiberius: qui ita in perdendo Silio loquebatur, ac ſi non priuata odia exerceret, ſed Conſulis maieſtatem reique pub. libertatem defenderet.*

h *Hoc demum rebus ab imperatore felicitẽ, & præclarè geſtis magnam labem aſpergit, victoriã virtute partem auaritia fœdare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bantur. Nec dubiè repetundarũ criminibus hærebãt. sed cuncta quæstione maiestatis exercita. & Silius [a] imminentem damnationem voluntario fine præuertit. Sæuitũ tamen in bona, non [b] vt stipendiariis pecuniæ redderentur, quorũ nemo repetebat. Sed liberalitas Augusti auulsa, computatis [c] singillatim quæ [d] fisco petebantur. Ea prima Tyberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Sosia in exilium pellitur, Asinii Galli sententia, qui partem bonorum publicandam, pars vt [d] liberis relinqueretur, censuerat. Contra M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, cætera liberis concessit. Hunc ego Lepidum temporibus illis [e] grauem, & sapientem virum fuisse comperio. [e] Nam pleraque ab sæuis adulationibus aliorum, in melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, [f] cùm æquabili autoritate, & gratia apud Tyberium viguerit. [g] Vnde dubitare cogor, [h] an fato & sorte nascendi, vt cætera, ita

a. Imitatio Sallustij in bello Iugurth. sed in ea difficultate, inquit, Metelli non minùs, quàm in rebus hostilibus, magnum, & sapientem virum fuisse comperio, tanta temperantia inter ambitionem, sæuitiamque moderatum, &c.
e. Sic Sen. ep. 18 sine mea inuocabili lege fata confringunt, sine a nobis Deus vniuersi ea disponit, sine casu res humanas sine ordine impellit, & iactat, philosophia non tueri debet.

OBSERVATIONES.

a *Viri clarissimi potentia aduersariorum oppressi imminentem damnationem voluntario fine præuertunt: ne ad mortem accedant alia ludibria, quæ generosis animis multò sunt grauiora, quàm mors ipsa.*

b *Cui bona ideo publicantur, quia repetundarum crimine tenetur, ei, scilicet, ita eripi debent, vt iis, quibus iniuria prius extorta sunt, reddantur. quod si non fit, furem ideo damnasse dicemur, vt nobis cedat furtum. quo quid fœdius est?*

c *Principi non est honorificum, damnato aliquo singillatim ea computare quæ fisco addici possunt. in eo enim se ipse auaritia fœdat, quod nimia diligentia vtitur erga pecuniam alienam.*

d *Damnatorum bona non omnino liberis eripi debent: quin princeps præstare debet, vt sua in eo cognoscatur humanitas, vt paretm bonorum damnati illis vnde viuant, relinquat, ne illos quoque egestas ad flagitia impellat.*

e *Etiam cùm maximè sæuit tyrannis, nempe, corruptissimo sæculo, non est nouum reperiri graues, & sapientes viros, qui sua virtute pleraque ab sæuis aliorum adulationibus in melius flectant.*

f *Quidam existimant graui, & sapienti homini sæculo corrupto, non posse, nec debere esse locum in amicitia principis sæui, ac tyranni, quod quàm falsum sit, ex hoc loco colligi potest. nam sapiens vir sua virtute, & autoritate multis malis obuiam ire; & quæ praua ab sæuis aliorum adulationibus proficiscuntur, ipse in melius flectere potest; si modò adsit illud temperamentum, quod qui adhibet, neque abruptam contumaciam, neque item deforme obsequium sequetur, sed medium iter perget, ambitione, & periculi vacuum; ac nihilominus æquabili autoritate, & gratia apud principem vigere potest. huc illud pertinet quod est in vita Agricolæ, Sciant, inquit, quibus moris illicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse, obsequiumque ac modestiam, si industria, ac vigor adsint, eò laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei post vsum, ambitiosa morte inclaruerunt.*

g *Dubitari meritò potest, an fato, & sorte nascendi, ita principum inclinatio in hos, offensio in illos sit, an sit aliquid in nostris consiliis, atque adeo in manu nostra, qui præstemus nos dignos benevolentia principis, nec tamen fœde ad deforme obsequiũ delabamur. de quo problemate etsi multa in vtramque partem à doctissimis viris disputari scio, nec Tacitus quid sententiæ fuerit, palam facit, tamen dicam ipse quod sentio; fatum, hoc est, tam, quam rebus omnibus magnamur inditam esse à natura necessitatem, vinci à consiliis nostris, dummodò à iudicio, & prudentia proficiscatur, quorum vtrique tantum mehercule tribuo, vt, qui his pollet, hunc nihil esse quod non tandem assequi possit, putem.*

h *Fato, & sorte nascendi cuncta mortalium ita videntur esse constituta, vt mutari nequeant. simile est locus lib. 6. Annal. Sed mihi, inquit, hæc, ac talia audienti in incerto iudicium est, fatone res mortalium, & necessitate immutabili, an forte voluantur. quippe sapientissimos veterum, quique sectam eorum æmulantur, diuersos reperies, & quæ sequuntur.*

principum inclinatio in hos, offensio in illos: an sit aliquid in nostris consiliis, liceatque inter [a] abruptam contumaciam, & deforme obsequium pergere iter ambitione, ac periculis vacuum. At Messalinus Cotta haud minùs claris maioribus, sed animo diuersus, censuit, cauendum senatusconsulto, vt [b] quanquam insontes magistratus & culpæ alienæ nescii, prouincialibus vxorum criminibus, perinde quàm suis plecterentur. Actum dehinc de Calpurnio Pisone nobili ac feroci viro. Is namque, vt retuli, cessurum se vrbe ob factiones accusatorum, in senatu clamitauerat, & spreta potentia Augustæ, trahere in ius Vrgulaniam, domoque principis excire ausus erat. Quæ in præsens Tyberius ciuiliter habuit. [c] Sed in animo reuoluente iras, etiam si impetus offensionis languerat, memoria valebat, Pisonemque grauiùs secreti sermonis incusauit aduersum maiestatem habiti. Adiecitque in domo eius venenum esse, eumque gladio accinctum introire curiam. Quod [d] vt atrocius vero tramissum. Cæterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque peractus ob [e] mortem opportunam. Relatum & de Cassio Severo exule, qui sordidæ originis, maleficæ vitę, sed orandi validus, per [f] immodicas inimicitias vt iudicio [g] iurati senatus Cretam amoueretur, effecerat: atque illic eadem actitando, recentia veteraque odia aduertit, bonisque exutus, [h] interdicto igni atque aqua, saxo Seriphio consenuit. Per idem tempus Plautius Siluanus prætor, incertis causis, Aproniam coniugem in præceps iecit. tractusque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, [i] turbata mente respondit, tanquam ipse somno grauis, atque eò

OBSERVATIONES.

a *Illorum qui principibus aut parent, aut parere debent, extrema vitia duo sunt; abrupta contumacia, & deforme obsequium. itaque in magnis viris habendus est is, qui non contumaciam sed vigorẽ, & libertatem animi erga principem, aut Rempublicam adhibet; nec item se deformi obsequio fœdat, sed fidẽ & diligentiam cui debet, præstat.*

b *Quia vir ne vxor peccet, prouidere potest, si quid animaduersione dignũ ab illa admissum est, æquè videtur plectendus, atque vxor ipsa, perinde ac si ipse peccasset.*

c *Quædam principes in præsens ciuiliter habent; ob quæ postea, cùm eius rei aliqua occasio est, memoria repetunt iras, quas diu in animo voluerunt.*

d *Interdum sola atrocitas criminis fidem facit, ea quæ obiiciuntur, esse falsa.*

e *Opportuna mors dicitur illa, qua quis supplicio, atque ignominiæ eximitur.*

f *Est genus hominum, qui, nisi suscipiendis præpotentum inimicitijs notescere non possunt: quæ tamen in eorum perniciem tandem erumpunt.*

g *Etsi quis à nullo accusatore reus factus est, tamen potest senatus, summusue magistratus si ei perspectum satis, & cognitum est, hunc maleficam vitam agere, iuratus, hoc est, ex officio, vt iurisconsulti nostri loquuntur, in eum animaduertere.*

h *Qui non contentus miti pœna, flagitia flagitijs cumulat, ac recentia, & vetera odia in se irritat, non mirandum est, si grauius illi aliquid accidat.*

i *Qui falsum aliquid comminiscitur quod iudici respondeat, is nonnisi turbata mente esse potest.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignarus, & vxor sponte mortem sumpsisset.[a] Non cunctanter Tyberius pergit in domum, visit cubiculum, in quo reluctantis & impulsæ vestigia cernebantur. Refert ad senatum, datisque iudicibus Vrgulania Silliani auia[b] pugionem nepoti misit. Quod perinde creditum[c] quasi principis monitu, ob amicitiam Augustę cum Vrgulania. Reus frustra tenta nto ferro, venas præbuit exoluendas. Mox Numantina prior vxor eius accusata, iniecisse carminibus & veneficiis væcordiam marito,[c] insons iudicatur. Is demum annus populum Romanum longo aduersum Numidam Tacfarinatem bello absoluit. Nam priores duces sibi[d] impetrãdo triumphalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant. Iamque tres laureatæ in vrbe statuæ. & adhuc raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxiliis, qui Ptolemæo Iubę filio iuuenta incurioso, libertos regios, & seruilia imperia bello mutauerant. Erat illi prædarum receptor, ac socius populandi rex Garamantum, non vt cum exercitu incederet, sed missis leuibus copiis, quæ[e] ex longinquo in maius audiebantur: ipsaque è prouincia[f] vt quis fortunæ inops, moribus turbidus,[g] promptiùs ruebant. quia Cæsar post res à Blæso gestas,[g] quasi nullis iam in Africa hostibus, reportari Nonam legionem iusserat; nec procõsul eius anni P. Dolabella retinere ausus erat,[h] iussa principis magis

a Claudiam Vrgulanilla tum pleberi ob interfectam vxorem, lege Cornelia de sicariis condemnata, est. lib. xiij.

e. i. affluebant, vt sequitur in vita Agric.

OBSERVATIONES.

a *Cùm veritas nonnisi ex recentissimis circumstantijs elici potest, debet princeps, aut magistratus in eo summam adhibere diligentiam, vt ex loco, tempore, ac cæteris circũstantijs quid veri ea de re sit, quamprimum cognoscat. in quo princeps nihil sua persona indignum facit, si ad ea loca non cunctãter pergit, in quibus recentis flagitij vestigia adhuc apparent, adeò vt ipse in eo ius & iniuriam discernere verè queat. Quod vix præstare potest, si non ipse suis oculis cuncta videre, ac suis pedibus, nõ alienis, quò oportet, se conferre animum inducat. Vtinam principes multis locis interessent, & singula, quoad ipsorum dignitas patitur, diligenter circumspectarent. neque enim ipsis sæpiùs, vt fit, imponeretur.*

b *Principis occulto monitu interdum ea fiunt, quæ quamuis dura, & sæua, ad vitandam infamiam patrantur, atque ideo imminentibus leniora videri possunt.*

c *Non est nouum, insontes iniquo amplissimi ordinis iudicio damnari.*

d *Hic est mos hominum, vt insignijs virtutis contenti ipsam virtutem omittant. Ita multi duces dum res suas impetrando triumphalium insigni, magis quàm famæ sempiternæ sufficere credunt, hostem omittunt.*

e *Hostium copiæ etsi sunt exiguæ, ac parum in iis est roboris, tamen in re noua, perculsis animis, potissimùm ex longinquo in maius audiri solent.*

f *Simulatque fama nunciat, rerum nouarum auctorem agros populari, & prædas agere, omniaque, vt fit, è longinquo in maius augentur, haud dubium est, ipsa è prouincia, in qua tumultus exoriũtur, vt quis fortunæ inops, moribus turbidus est, promptiùs ad illum ruere, eiusque copias auctitare.*

g *Cùm omne belli momentum, quod ab autore rerum nouarum geritur, in illius persona positum sit, certè illo adhuc superstite, acri præsertim viro, quique ex nihilo maximas turbas dedit, bellum nõ potest dici confectum: ac proinde, etsi is fortè copijs exutus est, tamen in illius exitium acriter insistendum est, ne iterum hinc illinc auxilia cogere, ac nouos tumultus excitare possit.*

h *Qui suspitioso & sæuo principi obsequium, & operam præstat, hoc sibi semper ante oculos ponat, hinc, inquam, nunquam se dimoueri patiatur, nimirum, vt iussa illius potiùs, quàm quidnis aliud metuat.*

quam

quàm incerta belli metuens. Igitur Tacfarinas dispersò rumore,[a] rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari, eoque paulatim Africa decedere, ac posse reliquos circumueniri, si cuncti, quibus libertas seruitio potior, incubuissent, auget vires, positisque castris, Thubuscum oppidum circũsidet. At Dolabella, contracto quod erat militum,[b] terrore nominis Romani, & quia Numidę peditum aciem ferre nequeunt, primo sui incessu soluit obsidium, locorumque opportuna permuniuit: simul principes Musulanorũ[c] defectionẽ cœptantes securi percutit. Dein quia pluribus aduersum Tacfarinatẽ expeditionibus cognitũ,[d] nõ graui, nec vno incursu cõsectandum hostẽ vagum, excito cum popularibus rege Ptolemæo, quatuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis data: & prędatorias manus delecti Maurorum duxere.[e] Ipse consultor aderat omnibus. Nec multò post adfertur Numidas apud castellũ semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzęa, positis mapalibus, cõsedisse fisos loco,[f] quia vastis circùm saltibus claudebatur. Tum expeditæ cohortes, alæque quam in partem ducerentur[g] ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque cœptus dies, & concentu tubarum, ac[h] truci clamore aderant semisomnos in barbaros, præpeditis Numidarum equis, aut diuersos pastus pererrantibus. ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prælio prouisa: hostibus contra[i] omnium nescijs, non arma, non ordo, non consilium,[k] sed pecorum modo,[l] trahi, occidi, capi. Infensus mi-

sic in vita Agric. tum vsus parentibus locis grauis, & terror spectaculum, si qui, subsecutus, &c.

OBSERVATIONES

a *Rerum nouarum autor, idemque belli concitor, non tam opibus, & copijs, quas principiò exiguas habet, quàm arte, & falsis rumoribus res suas meliores facit, ac verò inter cæteras artes hac vtitur, vt dicat, eum, cuius prouinciam raptat, quemque sibi hostem delegit, ab alijs quoque hostibus lacerari, paruoque negotio posse circumueniri, si cuncti, quibus libertas seruitio potior est, in id incumbant. hac ratione suas copias hinc inde auctat.*

b *Cuius populi, ducisue nomen victorijs iam est celebre, is etiã parua manu terrorem addit hostibus.*

c *Tempore belli qui defectionem cœptat, quisquis ille est, ad cæterorum terrorem vltimo supplicio afficiendus est.*

d *Vagus hostis non graui, vnoue incursu confectandus est, sed plura agmina parari, & vnumquodque singulis ducibus dari debet, nempe, vt populator ab aliquo ex his excipi possit. quippe alias omnes belli rationes ipse vagus & velox eludet.*

e *Dux exercitus, distributo pluribus ducibus exercitu, ipse omnibus consultor adesse, hoc est, consilio & prudentia cuncta regere debet.*

f *Qui locus vastis circùm saltibus clauditur videtur esse tutus.*

g *Non semper miles debet scire quò ducatur, nam vt Tacit. ait 1. hist. Tam nescire quædam militem, quàm scire oportet, & quæ sequuntur.*

h *Concentu tubarum, ac truci clamore hostes semisomni, & incauti miram in modũ consternantur.*

i *Numquam loco adeò fidendum est, licet tutissimo, quin passim vigiles in locis disponantur, vbi excipi non possint. sin minùs, & qui tutissimo loco consederunt, ab diligente, & prouido hoste ac strenuis militibus opprimi, nullo negotio possunt.*

k *Difficile dictu est, quantum præstent pauci milites inconditæ hostium turbæ, si modò ipsi dispositi ordine militiæ suo quisque loco stat; cuncta ab ipsis prælio sunt prouisa aduersus hostes omnium nescios; quibus non arma, non ordo, non consilium est. hi certè ab illis, pecorum modo, trahuntur, occiduntur, capiuntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

les memoria laborum, & aduersum eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque vltione & sanguine explebant. [b] Differtur per manipulos Tacfarinatem omnes notum tot prælijs confectentur: [c] nonnisi duce interfecto requiem belli fore. [d] At ille delectis circum stipatoribus, vinctoque iam filio, [e] & effusis vndique Romanis, ruendo in tela, captiuitatem, haud inulta morte, effugit. Isque finis armis impositus. Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tyberius, [f] Seiano tribuens, [g] ne Blæsi auunculi eius laus obsoleſceret. [h] Sed neque Blæsus ideo inlustrior; & huic [i] negatus honor gloriam intendit. Quippe minore exercitu, insigneis captiuos, cædem ducis, bellique confecti famam deportarat. Sequebantur & Garamantum legati rarò in vrbe visi. quos, Tacfarinate cæso, perculsa gens, & culpæ nescia ad satisfaciendum populo Ro. miserat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studiis, repetitus ex vetusto more, missusq; è senatoribus [l] qui scipione eburnum, togã pictã, antiqua patrum munera daret, regemq; & socium, atq; amicum appellaret. Eadẽ ætate mota per Italiã seruilis belli semina [k] fors oppressit. Autor tumultus T. Curtisius quondam prætoriæ cohortis miles, [l] primò cœtibus clan-

OBSERVATIONES.

a *Satax dux exercitus qua maximè ratione potest, eniti debet, vt suus miles iræ in hostem feratur, nam satis constat, semel infensum militem, vix expectato imperatoris iussu, atque impatientem moræ, nullius hortatu, sed sua sponte, ruere ad vltionem, & hostili sanguine se explere.*

b *More militari, cùm dux militem alicuius rei protinus certiorem fieri vult, & quia iam adest pugna, non potest vocari concio, id, quicquid est, quod sciri oportet, iubet differri per manipulos.*

c *Supra obseruaui dandam omnino esse operam, vt belli dux in potestatem veniat, aut interficiatur, cùm in eo tam grande momentum est, vt nonnisi ipso sublato, quies belli futura sit.*

d *Viri strenui facinus est, mortem potius oppetere, & fortiter pugnãdo, captiuitatem effugere, quàm pati, se hostis ludibria exponi, atque adeò vinctum ad supplicium trahi.*

e *Non est mirandum principes iis, qui ex intima ipsorum amicitia sunt, tantùm tribuere, vt merita laude, dignisque præmiis preclaros viros, deque rep. optimè meritos fraudẽt, atq; illis doneẽt indignos.*

f *Laus non debita, tributa tamen obsolescit, simulatque eadem ei, cui debetur, tribuitur.*

g *Laus mihi non debita, tributa tamen me non reddit illustriorem, non enim insignia virtutis, sed vna virtus honestat hominem.*

h *Honor negatus viro præstanti, ac de rep. aut principe optimè merito haud dubiè gloriam eius intendit. Itaque si princeps debitum alicui honorem tribuere non vult, cauere tamen debet, ne nihil illi tribuat, sed aliquid saltem ei concedat, ne ob integram repulsam is præfulgeat; & iniuria maiori honori, & beneficio locum faciat.*

i *Senatus populusque Romanus quorum erga se regum fidem, dubijs adhuc rebus perspexerat, his scipionem eburneum, togam pictam, nempe regia munera mittebat; regesque & socios, & amicos appellabat. hac comitate, pariq; beneuolentiæ, & grati animi significatione debet princeps vti erga eos omnes, qui ipsi sua ope, & auxilio, & qua re maximè potuerunt, tristissimo tempore, dubiisque ipsius rebus adfuerunt.*

k *Sæpissimè ea fors conficit, quæ nullo, neque ingenio, ac ne viribus quidem vllis confici potuisset.*

l *Rerum nouarum auctor, plerunque deligit saltus, & loca longinqua ab aula principis; quibus in locis, cœtibus primùm clandestinis, mox positis palam libellis, eos qui dura seruitute premuntur, ad libertatem vocat.*

dest

destinis apud Brundisium, & circumiecta oppida: mox positis propalã libellis ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia seruitia: cùm velut [a] munere deûm tres biremes adpulere ad vsus commeantium illo mari. Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia, vetere ex more, Calles euenerat. Is disposita classiariorum copia, [b] cœptãtem tum maximè coniurationem [c] diiecit. Missusque à Cæsare propere Staius tribunus cum valida manu, ducem ipsum, & proximos audaciæ in vrbem traxit iam trepidam ob multitudinem familiarum, quæ glisceba immensùm, minore in dies plebe ingenua. Iisdem consulibus miseriarum, ac sæuitiæ [d] exemplum atrox. Reus pater, accusator filius. nomen viri, Q. Vibius Serenus, in senatũ inducti sunt, ab exilio retractus, inluuieque ac squalore obsitus, & tum catena vinctus perorante filio. Præparatur adulescens multis munditiis, alacri vultu, structas principi insidias, missos in Galliam concitores belli, [e] index idem & testis dicebat. Adnectebatque Cæcilium Cornutum prætorium ministrauisse pecuniam; qui tædio curarum, & [f] quia periculum [g] pro [h] exitio habebatur, mortem in se festinauit. At contra reus [i] nihil infracto animo, [l] obuersus in filium, quatere vincula, vocare vltores deos, vt sibi quidem redderent exilium, vbi procul tali more ageret, filium autem quandoque supplicia sequerentur. Adseuerabatque innocentem Cor-

f. quia vix quis quam tam ſtro ex crimine te- us abſoluatur.

OBSERVATIONES.

a *Quæ nullis humanis consilijs prosperè accidunt, ea munere Deum fieri dicuntur.*

b *Coniuratio propere, & priùs quàm vires acquirat, disijcienda est, eiusque semina opprimi debent.*

c *Non semper dux belli, aut præfectus prouinciæ, cùm periculum est in mora, principem consulere, sed ex repræsenti quid facto opus sit, apud se perpendere debet; potissimum si quid accidit huiusmodi, vt, si non primo quoque tempore nascenti malo occurritur, inde non parum detrimenti resp. capiatur sit.*

d *Summæ miseriæ, ac sæuitiæ exemplum est atrox, videre patrem à filio rei capitalis reum fieri.*

e *Parum est in illo fidei, qui idem indicem se, ac testem profitetur, nec alia probatione nititur.*

f *Non est mirandum, reum maiestatis, quamuis innocentem, tædio curarum, & quia quo tempore sæuit tyrannus tale periculum pro exitio habetur, mortem in se festinare; eaque ratione se principis immanitati, & inimicorum audaciæ, potentiæ, & ludibriis eripere.*

g *Oppressa ab vno repub. periculum profectum ab accusatione maiestatis ferè pro exitio habetur; hoc est, paria sunt, esse iam in ipso exitio, & esse in periculo. quippe tam certum exitium est illi, quem princeps aliquid in suam maiestatem commisisse suspicatur, atque ei, qui iam conuictus, & damnatus est. nam vt vt res se habet, hoc est, siue is innocens est, aut crimine conuictus, certè illi moriendum est.*

h *Qui innocens est, etsi in summo discrimine versatur, tamen nihil infracto animo suam ipse causam agit.*

i *Pessimus certè, ac detestandus mos est, pati vt filius patri necem struat, specie criminis læsæ maiestatis. eumque qui vsqueadeo est impius, vt tale facinus audeat, non modo falsa asserere, sed & summo supplicio dignus principi videri deberet. si tamen crimen in compertò est, laudanda est pietas filij in patriam, qui eam proditione, & periculis liberauit. nam patriæ salus parentum, & filiorum charitati anteponi debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] simulatione. nutum, & [a] falsa exterritum. Idque facilè intellectu, si proderentur a lij. Non enim se cædem principis, & res nouas [b] vno socio cogitasse. Tum accusator Gn. Lentulum, & Seium Tuberonem nominat, magno pudore Cæsaris, cùm primores ciuitatis, intimi ipsius amici, Lentulus [c] senectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hostilis, & turbandæ Reip. accerserentur. Sed hi quidem statim exemti. In patrem ex seruis quæsitum. & quæstio aduersa accusatori fuit, qui scelere væcors, simul [d] vulgi rumore territus, robur & saxum, aut [e] parricidatū pœnas minitātium, cessit vrbe. ac retractus Rauenna [f] exequi accusationē adigitur, non occultāte Tyberio vetus odium aduersum exulē Serenum. Nā post damnatum Libonem, missis ad Cæsarē literis, exprobrauerat, suum tantùm stu diū sine fructu fuisse: addideratque quædā [g] contumaciùs, [h] quàm tutum apud aures superbas, & offensioni proniores. ea Cæsar octo [i] post annos retulit, medium tempus variè arguens, [k] etiam si tormenta, [l] peruicacia seruorum, contra euenissent. Dictis dein sententiis, vt Serenus more maiorum puniretur, quò [m] molliret inuidiam, intercessit. Gallus Asinius, Gyaro aut Donusa claudendum censeret; id quoque aspernatus est, ege-

1. sicBS. 1. hiō. de Antonio loquens, nec sic mortibus temperabat, immodicus linguæ. & obsequii inscius, si esset ad Vespasianum composuit ista. tacitus, quàm ad principem.

OBSERVATIONES.

a *Et ipsi innocentes falsa accusatione sæpiùs exterrentur.*

b *Non est verisimile quenquam adeo vecordem esse, vt solus, atque vno socio cædem principis, & res nouas, hoc est tumultus bellicos cogitauerit; quin plures ad eam coniurationem adhibiti fuerint.*

c *Quid vero minus simile est, quàm extremæ senectutis homines, & affecto iam corpore remp. turbare, principem prodere, ac tumultus hostiles excitare velle?*

d *Vulgi rumore debitas pœnas minitantis vel impurissimus & audacissimus quisque terretur.*

e *Is parricida merito dici potest, qui specie atrocis alicuius criminis periculum mortis patri creat.*

f *Accusatorem semel cœptæ accusationis eius criminis, quod aut principis personam, aut remp. spectat, pœnitere non licet. nam & peragenda & exequenda est.*

g *Satis constat, principes habere aures superbas, & offensioni quàm gratiæ proniores. ideo diligenter cauendum est, ne etiam cùm id merito facere videntur posse, contumaciùs quàm ipsorum dignitas, natura, & aures ferre possint, loquamur.*

h *Nulla re principes magis offenduntur, quàm contumacia loquentis, aut scribentis.*

i *Principes plerūque beneficiorum statim, iniuriarum adeò nunquam sunt immemores, vt, quæ diuturnitate temporis, atque oblitione extincta credebantur, ea cùm occasio, tempusque adest, proferant in medium. quippe gratia oneri, vltio in quæstu habetur.*

k *Quem princeps perdere statuit, in hunc etsi legibus, & vsitata, ac præscripta iudiciorum forma animaduertere non potest, tamen tot velut ita miserum circumuallat, atque vrget, vt tandem præceps ad perniciem detur.*

l *Peruicacia proprie est illius, qui se potius tormentis lacerari patitur, quàm quidquam ex eo possis exculpere.*

m *Qui remp. oppressit imprimis cauere debet, ne frequentibus maiestatis iudiciis, nimiaque seueritate, inuidia, odio, ac maledictis lacereturr. quòd si forte populus, aut Senatus atrocitate & sæuitia iam est offensus, protinus qua re maximè potest, ac potissimum clementia tantam inuidiam mollire debet.*

nam

nam aquæ vtramque insulam referens, [a] dandosque vitæ vsus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus sua manu ceciderat, actum de [b] præmiis accusatorum abolendis, si quis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vita priuauisset. Ibaturque in eam sententiam, nî duriùs, contraque morem suum palam pro accusatoribus Cæsar [c] inritas leges, Remp. in præcipiti conquestus esset. [d] Subuerterent potiùs iura, quàm custodes eorum amouerent. Sic delatores, [e] genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coërcitum per præmia eliciebātur. His tam adsiduis tamque mœstis modica lætitia interiicitur, quòd C. Cominiū equitem Romanum probrosi in se carminis conuictum [f] Cæsar precibus fratris, qui senator erat, concessit. Quò magis mirum habebatur, [g] gnarum meliorū, & quæ fama [h] clementiā sequeretur, tristiora malle. Neq; enim [i] socordia

1. quarta bonorum parte quæ quis caruerat.

OBSERVATIONES.

a *Cui aliquid datur, illa omnia eidem censentur esse data, sine quibus illud esse non potest. ita, cui vita conceditur, huic dandi sunt vitæ vsus. hinc discant illi, qui damnatos attinent triremibus, aut carcere, eosque loco pecudum, aut deteriore, vt fit, habent, nullum ipsorum ergà miseros beneficium extare. neque enim satis est, vitam concedere, si non & illa accedant, sine quibus hæc vita nullo pacto transigi potest.*

b *Eccui mirum sit, sub tyrannide plus accusatorum, quàm aliorum hominum esse, cùm huic teterrimo hominum generi præmia sint proposita?*

c *Tyranni permagni interest esse delatores, nempe, tyrannidis, suæque sæuitiæ ministros. quippe, si hi nulli essent, irrita suarum legum acrocitas esset, cùm horum opera homines legibus pœnas dent. idcoque ij legum custodes appellentur.*

d *Paria sunt subuertere iura, & iurium custodes amouere.*

e *Deferre cum, qui in principem, aut in Remp. peccauit, aut communem hominum societatem læsit, vnicuique non solùm honestè licet, sed cuicunque publica salus curæ est, debet. Sed obseruare, & quid quisque agat, scrutari, ac singula hominum dicta iuxta, & facta in crimen ideo detorquere, vt princeps, cum optimum quemque euerterit, veluti frenis omnibus exolutus, pro arbitratu, in rep. grassetur, hoc demum illud est, quod atrocissimum, & fœdissimum ministerium est. porrò qui scelestam, atque atrocem hanc operam principi præstant, hos publico exitio natos meritò dixeris.*

f *Princeps nouus, quique ad corroborandam potentiam vtitur delatoribus, ac frequenter exercet iudicia maiestatis, inter tot assidua, & mœsta iudicia debet interiicere aliquod specimen clementiæ, iis in criminibus, quæ etsi videri possunt atrocissima, quia læsa est ipsius principis maiestas, tamen talia sunt, vt plus laudis condonando, quàm vtilitatis condemnando consequatur; cuiusmodi est crimen scripti in ipsum carminis probrosi; siquidem non facta, sed dicta, à quibus haud multùm periculi est, condonantur.*

g *Quosdam eo ingenio præditos videas, vt quamuis gnari sint meliorum, probeque intelligant, quàm prospera fama virtutes sequatur, tamen ad deterrima quæque se applicent.*

h *Inter omnes virtutes, quæ esse in principe debent, nulla gratior est, nec quam melior sequatur fama, quàm clementia, virtus hominibus gratissima.*

i *Qui socordia peccat, huic ignosci forte potest. Sed qui gnarus meliorum deteriora sequitur, hunc ne salus quidem ita seruet, quin nequam perditusque sit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccabat, nec [a] occultum est, quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta imperatorum celebrentur. [b] quin ipse [c] compositus altàs, & velut [d] eluctantium [e] verborum, solutiùs, promptiusque eloquebatur quoties subueniret. At P. Suillium quæstorem quondam Germanici, cùm Italia arceretur conuictus [f] pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amouendum in insulam censuit, tanta contentione animi, vt & iurando obstringeret è Rep. id esse. [g] Quod asperè acceptum ad præsens, [h] mox in laudem vertit, regresso [i] Suillio, quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudij principis amicitia diu [k] prosperè, nunquam bene vsum. Eadem pœna in Catum Firmium senatorem statuitur, tanquam falsis maiestatis criminibus sororem petiuisset. Catus, [l] vt retuli, Libonē inlexerat insidiis, deinde iudicio perculerat. Eius operæ [m] memor Tyberius, sed alia prætendens, exilium deprecatus est. Quò minus senatu pelleretur, non obstitit. Pleraque eorum quæ retuli, quæque referam, [n] parua forsitan & leuia memoratu videri non nescius sum. Sed nemo Annales nostros cum scriptura eorum [o] cōtenderit, qui veteres populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fusos captosque reges, aut, si quando ad interna præuerterent, discordias consulum aduersum tribunos, agrarias frumentariasque leges, ple-

OBSERVATIONES.

a *Etsi tyrannis cuncta adeò corripuit, vt metu homines quamuis deterrimum principem laudibus efferre cogantur, tamen non occuli potest quando ex veritate, hoc est sponte quisque sua, & quia ita sentit, & quando adumbrata lætitia facta principum celebrantur. hinc colligi potest, boni principis maximum hoc esse argumentum, cùm non adumbrata lætitia, sed ex veritate ipsius facta celebrantur; & quæ quisque de eo palam loquitur, ea sentit, & remotis arbitris, æquè atque in concione extollit.*

b *Cùm naturæ humanæ proprium sit, succurrere miseris, & opem ferre periclitantibus, & ipsimet nequam homines, quibusque nocendo, & malefaciendo plus boni est, quàm iuuando, ac benefaciendo, quoties in perniciem alicuius aliquid machinantur, vix exitum impeditæ, ambiguæ, & obscuræ orationis reperire possunt; contrà, quoties iuuant, & benefaciunt, quia id per se planum est, nullaque arte in eo opus est, solutiùs promptiúsque, atque adeò magis secundum naturam loquuntur.*

c *Qui pecuniam ob rem iudicandam coepisse conuictus est, is legibus pœnas dare debet.*

d *In iudicijs capitis princeps in benigniorem sententiam semper inclinare debet; ne quantum laudis prosperaeque famæ ex clementia fortè adeptus est, tantumdem dedecoris & infamiæ postea adeat ob nimiam asperitatem, & atrocitatem.*

e *Cui iniuria indignè fit, huius nos calamitas ad misericordiam adducit. quòd si sequens eius vita palam facit eam, omnium hominum iudicio, non modò illa, sed atrociori pœna fuisse perquàm dignum, quæ ergà illum prius fuit miseratio, illud est odium hominis nequam, & flagitiosi. hoc pacto pœna non immeritò præit delicto.*

f *Prosperè vti amicitia principis non est argumentum probitatis. quippe, aliud est prosperè, aliud bene vti. bene vtuntur soli boni viri, ac reip. & principis magis, quàm ipsius fortunæ amantes. at verò prosperè etiam vti possunt subdoli, adulatores, venales homines. id quod sæpiùs quàm est è rep. accidere videmus.*

g *Si princeps sibi, rebusque suis sedulam operam præstari cupit, certè eius, cùm occasio, tempusque adest, meminæ esse debet.*

bis

bis & optimatium certamina libero egressu memorabant. Nobis in arcto & inglorius labor. Immota quippe, aut modicè lacessita pax, mœstæ vrbis res, & princeps proferendi imperij incuriosus erat. Non tamen sine vsu fuerit, introspicere illa primo aspectu [a] leuia, ex quis magnarum sæpe rerum motus [b] oriuntur. [c] Nam [d] cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut singuli regunt. delecta ex his & constituta Reip. forma laudari faciliùs, quàm euenire, vel si euenit, [e] haud diuturna esse potest. Igitur vt olim plebe valida, vel cùm patres pollerent, [f] noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur, senatusque & optimatium ingenia qui maximè perdidicerant [g] callidi temporum & sapientes credebantur: sic conuerso statu, [h] neque alia rerum, quàm si vnus imperitet, hæc conquisti tradique in rem fuerit: quia [i] pauci prudētia, [k] honesta ab deterioribus, vtilia ab noxiis discernunt, [l] plures [m] alio rerum euentis docentur. cæterùm [n] vt profutura, ita minimum oblectatio-

1. sub principatu.

2. nō aliud inde gestū, quàm quod sub principe agitur.

3. quorum gratia inuenta sunt bitum.

OBSERVATIONES.

a *Quædam primo aspectu videntur esse leuia, ex quibus magnarum sæpe rerum motus oriuntur. porrò hæc huiusmodi sunt, vt ea prudentes non solùm non omittant, verùm etiam, tanquam maximarum rerum semina diligenter animaduertant, atque adeò introspiciant.*

b *Nulla natio est, apud quam non certa aliqua reip. forma constituta sit.*

c *Omnes nationes, & vrbes reguntur aut à populo, aut à primoribus, aut à singulis: hoc est, hæ sunt omnino reip. formæ, popularis, paucorum, & vnius.*

d *Res ipsa docet, rem esse vehementer arduā, è singulis eam reip. formam deligere, cuius quæque gēs capax sit, ac proinde quæ laudari, euenire, ac diuturna esse possit.*

e *Nullum sub sole imperium est, quod diuturnum, aut fuerit, futurumue sit. quippe quod hodie regnum est, id ab concitata fortè multitudine merum populi imperium fit. hoc item post aliquem ambitum annorum sensim in paucorum potentiam cedet. ac rursus cùm horum quisque reliquos præminere velit, ac parem ferre possit neminem, is, qui opibus, celebritate famæ, potentia, fortuna cæteris præstat, non mirum est si tandem cuncta ad se vnum trahit: ita vnde primùm discesserat, resp. ad regnum redit.*

f *Rerum humanarum nullus omnino gnarus esse potest, si non illius reip. in qua est, formam, naturamque nouit. quæ cognitio eò referri debet, vt scias penes quem est rerum summa. nam si est, vt populus rerum potiatur, noscenda est eius natura, quibusque modis valida, & ferox multitudo temperanter haberi possit: quòd si patres pollent, & horum ingenia quibus rebus capiantur, ac versari commodè possint, sciendum est. At verò si vnus imperitat; tum verò elaborandum est, vt illius ingenium, mores, naturam, perdiscamus.*

g *Sapiens ab insipiente non alia re dignoscitur, quàm hac vna, si scit vti, ac seruire temporibus. certè non alius ad capessendam reip. vocari debet, quàm qui temporum callidus est, quippe qui ad hunc sapientiæ gradum peruenit, hunc planè præsentem Deum homines habere possunt.*

h *Quotusquisque tantùm iudicio, & prudentia valet, vt honesta ab deterioribus, vtilia ab noxiis discernat? Is ergo & prudentissimus, & sapientissimus meritò dici potest, qui tantùm iudicio valet, vt non expectatis aliorum euentis, quid expediat, atque amplectendum; quid item vitandum sit, nouit.*

i *Finis & potissimum historiæ munus est, vt aliorum euentis quisque doceatur; atque ex illis quid sibi, suæque Reip. expediat, capiat; quod item fœdum incepta est, idem fœdum exitu esse putet.*

k *Ita ferè comparatum est, vt, quæ profutura sunt, ea minimùm oblectationis afferant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis adfetunt. • Nam [b] ſitus gentium, varietates præliorum, clari ducum exitus retinent ac redintegrant legentium animum. Nos [c] ſæua iuſſa, continuas accuſationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, & [d] eaſdem [e] exitu cauſas coniungimus, [f] obuia rerum ſimilitudine, & ſatietate. Tum quòd antiquis ſcriptoribus [g] rarus obtrectator. [h] neque refert cuiuſquam Punicas, Romanasue acies lætiùs extuleris. At multorum, qui Tyberio regente pœnam vel infamias ſubiere, poſteri manẽt. Vtque familiæ ipſæ iam extinctæ ſint, reperies qui ob ſimilitudinem morum [i] aliena malefacta ſibi obiectari putant. [k] Etiam [l] gloria ac virtus infenſos habet, vt animus ex propinquo diuerſa arguens. Sed ad incœpta redeo. Cornelio Coſſo, Aſinio Agrippa Coss. Cremutius Cordus poſtulatur, [m] nouo, ac tunc primũ audito crimine, quòd editis annalibus, lau-

i. Se taſſuit. plerique quæ de illis reperiebant dicta, maledicentia dicta putauerunt. vbi ea magis virtutem, atque gloria bonorum inimicitias, quæ ſibi quisque fictas fabulas putat, atque animo ac ingenio ſuo ea vehementer ſibi obiici horret ex falſis crimi.

OBSERVATIONES.

a *Cum omnis hiſtoria lectorem retinere, redintegrare, poſtremò docere debeat, perſæpe accidit, propter rerum, ac temporum naturam, quæ in hiſtorijs traduntur, vt aliæ plus delectationis, aliæ plus doctrinæ contineant. has nunquam de manibus deponet is, qui doceri, & eruditi magis, quàm delectari vult.*

b *Varietas eorum rerum, quæ permultæ, ac diuerſæ ab hiſtoriæ ſcriptoribus nauantur, cuiuſmodi ſunt ſitus gentium, varietates præliorum, clari ducum exitus, retinent, ac redintegrant legentium animos tantum, nec docent, ſed delectant.*

c *Hæc ſunt maxima, & potiſſima argumenta tyrannidis; ſæua iuſſa; non modò frequentes, ſed nunquam intermiſſæ, atque adeò continuæ accuſationes; fallaces amicitiæ; pernicies innocentium.*

d *Prudens rerum geſtarum ſcriptor ſingulas rerum cauſas exitu coniungit, hoc eſt, docet ab iiſdem cauſis eoſdem ſemper effectus eſſe expectandos; quod potiſſimum eſt eius munus.*

e *Nihil planiùs cauſam, & principium qualia fuerint, oſtendit, quàm exitus.*

f *Erràt quiſquis exiſtimat, aliis res hodierno die agitari, quàm quæ olim, & omni tempore fuerunt. quippe, qui veterum ſcripta peruolutabit, is ſi priſca cum præſentibus conferre volet, obuiam vbique habebit rerum ſimilitudinem.*

g *Cùm inter præſentes nunquam non deprehendatur æmulatio, atque interdum inuidia, non eſt mirum, recentes ſcriptores ſemper diuerſis obtrectatorum ſtudijs eſſe obnoxios.*

h *Quæ de priſcis memorantur, pro his, aut contra ea nemo pugnat; neque enim cuiuſquam refert, hos an illos lætiùs extuleris: ſed quæ de ijs traduntur, qui paucis ab hinc annis fato functi ſunt, ac ſæpius parẽt ipſorum improbitati exitus inuenerant, de ijs periculoſum eſt vera tradere, nempe, perſcribere dedecora pœnasque, & infamiam illorum, quorum etiam poſteri manent. Cæterùm quamuis illorum familiæ ſint extinctæ, nec quiſquam poſterorum de eo conqueri poſſit, quòd ipſorum maiores ab hiſtoriæ ſcriptore æterna infamiæ labe aſperſi ſunt, tamen quidam reperiuntur eo ingenio, vt aliena malefacta, (quia iiſdem ſe flagitijs teneri ſatis ſciunt) ſibi obiectari, id verò æquo animo pati non poſſint. quòd ſi quos laudibus extuleris, nunquam deerunt, qui inuidia adducti, ea vera eſſe negent. Vſqueadeò arduum, & intutum eſt recentium ſcribere hiſtoriam.*

i *Hoc præſtat hiſtoria cæteris ſcriptis, quòd tantum apud eos poteſt, quibus pectus ſapit, vt hi laudibus ad gloriam, infamia ab flagitijs deterreantur; quippe illorum iudicia verentur, quorum ſcripta æternum manſura aliis decus, aliis infamiam in infinita poſteritate allatura ſunt.*

k *Improbi homines vt ſimilibus ſui malè dicatur, nunquam pati poſſunt. Siquidem aliena malefacta ſibi obiectari putant, gloria item, ac virtus aliorum ipſos infenſos habet, vt animus ex propinquo diuerſa à virtutibus, quas auerſantur, arguens.*

l *Cùm reſp. à tyranno eſt oppreſſa, non facta ſolum, verùm etiam dicta paulò liberiora vſqueadeo ferri non poſſunt, vt ob ea homines virtute præſtantes veniant in periculum capitis.*

data

datoq; M. Bruto, C. Caſſiũ Romanorum [a] vltimum dixiſſet. Accuſabant Satrius Secundus, & Pinarius Natta, Seiani clientes. [1] Id perniciabile reo, & Cæſar truci vultu defenſionẽ accipiens. quam Cremutius relinquendę vitæ certus, in hunc modum exorſus eſt: [b] Verba mea P. C. arguuntur; adeò factorum innocens ſum; Sed neque hæc in principem, aut principis parentem, [c] quos lex maieſtatis amplectitur. Brutum, & Caſſium laudauiſſe dicor. Quorum res geſtas cùm plurimi compoſuerint, nemo ſine [d] honore memorauit. Titus Liuius [e] eloquẽtiæ ac fidei præclarus in primis, Gn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Auguſtus appellaret. [f] Neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afraniũ, hunc ipſum Caſſiũ, hunc Brutũ, nuſquã latrones & patricidas, quæ nunc [g] vocabula imponuntur, ſæpe vt inſignis viros nominat. Aſinij Pollionis ſcripta egregiam eorumdem memoriam tradunt. Meſſala Coruinus imperatorem ſuum Caſſium prædicabat. Et vterque opibuſque atque honoribus peruiguere. Marci Ciceronis libro quo Catonem cœlo ęquauit, quid aliud dictator Cæſar, [h] quàm reſcripta oratione, velut apud iudices, [i] reſpondit? Antonij epiſtolæ, Bruti conciones, falſa quidem in Auguſtum probra, ſed multa cum acerbitate habent. Carmina Bibaculi & Catulli referta contumeliis Cæſarum leguntur. Sed ipſe diuus Iulius, ipſe

1. potentia Seiani.

OBSERVATIONES.

a *Quos vitia arguunt eſſe degeneres, hi immeritò vſurpant nomen maiorum ſuorum. certè poſt reges exactos vſque ad vltima illa caſtra, in quibus à Bruto fæliciter pugnatum poſtquam fuit, liberto Caſſius ceruicem interritus præbuit, extinctum verè dici potuit Romanum nomen. quippe, Romanum eſſe, ante illum diem, nihil aliud erat, quàm liberum eſſe, atque adeò aliis gentibus imperitare & velle, & poſſe. cuius libertatis, & ingentis altitudinis animi cùm ſub principibus nulla etiam veſtigia apparerent, qui tam fœdam ſeruitutem vni ſeruiebant, immeritò Romani dicebantur.*

b *Illum factorum innocentem eſſe veriſimile eſt, cuius tantùm verba arguuntur.*

c *Qui intemperanter loquitur in principem, aut principis parentem, aut filios, is lege maieſtatis, quæ omnes pariter complectitur, tenetur.*

d *Aſſertores, ac vindices libertatis, etiam ſub atroci principe ſemper honorificè nominantur. adeò grata eſt libertas etiam ijs, qui illius bona non norunt.*

e *Eloquentia & fides ſunt propriæ laudes illius qui hiſtoriam ſcribit.*

f *Virtus, & præſtantia laudanda, & celebranda etiam in hoſte eſt. nam cùm virtus virtutem nunquam odiſſe poſſit, magnus, ac præſtans vir nunquam ægrè feret, magnum item, ac præſtantem virum ijs laudibus celebrari, quas meritus eſt, atque ex veritate laudari.*

g *Ab iis, qui eò vſque ſunt ſeruili ingenio, vt libenter ſeruitutem ſeruiant, vindices libertatis, acreſque eius aſſertores latrones vocantur, & parricidæ.*

h *Viri præclari ſiquando laudes aduerſarij ſui audiunt, non iraſcuntur. ſed ipſi dictis, ſcriptiſque pariter purgant ſe, ac reſpondent, ac ſi apud iudices res agatur. idque nihilominus præſtant, etſi ipſi non verbis, ſed gladiis rem gerere, eoſque quibus reſpondent, æquè perdere, atque ipſis reſpondere poſſunt. nempe, hæc eſt illa moderatio animi, quàm ſoli homines excellenti virtute in ſumma fortuna retinent.*

i *Qui laudat aduerſarium meum, is ſatis oſtendit, ſibi quæ à me geruntur, non probari.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuus Augustus & [a] tulere ista, & reliquere, haud facilè dixerim, moderatione magis an sapientia. Namque [b] spreta exolescũt: si irascare, adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modò [c] libertas, etiam libido impunita. Aut si quis aduertit, [d] dictis dicta vltus est. Sed [e] maximè solutum, & sine obtrectatore fuit, prodere de iis, quos [f] mors [g] odio aut gratiæ [1] exemisset. Num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, [h] belli ciuilis causa populum per conciones incendo? [2] an illi quidem septuagesimum anteannum perempti, quo modo imaginibus suis noscuntur, [i] quas nec victor quidem aboleuit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent? suum [k] cuique decus posteritas repẽdit. Nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassij & Bruti, [l] sed etiam mei meminerint. Egressus dein senatu, [m] vitam abstinentia finiuit. Libros per ædiles [n] cremandos cẽsuere patres; & [o] man-

1. ac proinde ve ritimè de ipsis statuuntur.

2. Iergo, ar.

OBSERVATIONES.

a *Princeps nouus, omnibus in rebus, moderationem præ se ferre debet, etiam in iis, quæ in se præcipuè dicta, aut acerbè atque adeò falsò scripta sunt. nam contumelias si non solùm æquo, verum etiam forti, atque alacri animo feret, vtramque virtutem ostendet, nimirum, moderationem, & sapientiam.*

b *Qui tanta virtute prædatus est, vt ne cogitet quidem flagitium, is à nemine sibi contumeliam dici posse existimabit; & si dicetur, quia immeritò sibi dici scit, spernit. quippe ita comparatum est, vt, si quæ in te dicuntur, spernas, exolescant; si irascare, agnita videantur, ac proinde eorum reum te esse satis confiteare.*

c *Alia est loquendi, scribendique libertas, alia est libido: illa nonnisi à virtute, hæc à præcacitate proficiscitur.*

d *Dicta dictis, facta factis vlciscì ac refellere debemus.*

e *Cur non debet esse liberum, scribere, aut loqui de iis, quos mors gratiæ, & odio exemit?*

f *Mors eximit homines odio, & gratiæ. i. mortuum neque quisquam odit, eiue plus æquo fauet.*

g *Aut odio, aut gratia præpediti historiæ scriptores id assequuntur, vt suis scriptis parum insit fidei.*

h *Aliud est, seditiosis vocibus populum per conciones incendere, & ciuile bellum concire, & aliud scribere rei gestas illorum, quos mors & gratiæ, & odio exemit, etsi hostes fuerunt illorum, à quibus qui nunc rerum potiuntur, prognati sunt.*

i *Nulla satis magna causa videtur esse, quapropter is, qui remp. occupauit, imagines, aut memoriã illorum aboleat, qui se acres libertatis vindices præstiterunt. Siquidem ea re multitudini, aliqua ex parte, satisfit; nec ideo in se princeps odia hominum intendit.*

k *Vna posteritas, ac præter ipsam nemo rectè iudicare potest; ideo suum illa cuique decus rependere dicitur, quod numquam faciunt præsentes, æmulatione, & inuidia præpediti.*

l *Non modò libertatis vindices laude sunt digni, verùm etiam qui illorum res gestas posteris tradunt; ijsque quasi meriti sunt, laudes tribuunt.*

m *Vir magnus, & præclarus, cùm potentia aduersariorum, & iniquitate iud. cum, interitum sibi instare videt, mauult vitam relinquere, quàm pati vt ea sibi, ab ijs, quos sibi infensos videt, eripiatur. quod factum nonnisi ad animi magnitudinem referri potest.*

n *Qui libri aliquid continent in Deum, aut in principem, & remp. publico decreto cremari, ne pessimo doctrinæ genere homines imbuantur, debent.*

o *Vix fieri potest, vt libri, quamuis publico decreto crementur, ita extinguantur, vt non occultati maneant, ac tandem edantur.*

serunt

serunt occultati & editi. [a] Quò magis socordiam eorum inridere libet, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis æui memoriam. [1] Nam contra, [b] punitis ingeniis glisscit autoritas. Neque aliud externi reges, aut qui eadem sæuitia vsi sunt, [c] nisi dedecus sibi atque illis gloriam peperere. Cæterùm postulandis reis, tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus præfectum vrbis Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum adierit Calpurnius Saluianus in Sextum Marium. Quod à Cæsare palam [d] increpitum causa exilij Saluiano fuit. Obiecta publicè Cyzicenis [e] incuria cęremoniarum diui Augusti, additis violentiæ criminibus aduersum ciues Rom. Et [f] amisere libertatem, quam bello Mithridatis meruerant circunsessi, nec minùs sua constantia, quàm præsidio Luculli, pulso rege. At Fonteius Capito, qui proconsul Asiam curauerat, absoluitur, comperto ficta in eum crimina per Vibium Serenum. neque tamen id Sereno noxæ fuit, [g] quem odium publicum tutiorem faciebat. Nam vt quis districtior accusator, velut [h] sacrosanctus erat: leues, ignobiles pœnis adficiebantur. Per idem tempus Hispania vlterior, missis ad senatum legatis orauit, vt [i] exemplo Asiæ delubrũ

1. sic lib. 14. residemus. Velentonem Italia depulit (Nero) & Iberus iuuenis inflat eo inquisitores, lesitatusque domus ob periculo paranatur, mox licentia habendi oblitionem attulit.

OBSERVATIONES.

a *Mera socordia est, nec satis irrideri possunt ij, qui existimant, præsenti potentia extingui posse sequentis æui memoriam. certè tyranni dum viuunt, terrere homines, ne loquantur, aut scribant, possunt; sed præstare, vt eorum, quæ geruntur, memoria extinguatur, vix tempus, nedum ipsi possunt. In eo autem socordia est, quòd dum rerum memoriam sæuitia, & supplicijs abolere student, non animaduertunt illam magis augeri, ac punitis gliscere ingentem autoritatem. simile est illud quod legitur in vita Agric. legimus, inquit, cùm Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse; neque in ipsos modo autores, sed in libros quoque eorum sæuitum; delegato Triumuiru ministerio, vt monimenta clarissimorum ingeniorum in comitio, ac foro vrerentur. scilicet, illo igne vocem pop. Romani & libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur.*

b *Cùm princeps aliquid extingui, & aboleri studet, consultè faciet, si id non summo studio, vt ferè fit, vetabit, sed quasi illud huiusmodi sit, vt negligi debeat, ita ipse reuera negliget; & idipsum tempore vanescere sinet. siquidem constat, neglecta per se ipsa perire; at vero punitis ingentem gliscere autoritatem; ac si aliquid tam magni momenti contineant, quod pœna coerceri debuerit.*

c *Sæuitia regum, ac tyrannorum ijsis dedecus; & ijs qui sui sæculi res gestas liberè, & verè scripserunt, ingentem autoritatem & gloriam addit.*

d *Non solùm intempestiuè, verum etiam impudenter facit is, qui reum accusare audet apud magistratum religionis, aut reip. gratia tribunal ingressum. huius impudentia exilio, aut alia pœna multari debet.*

e *Cæremoniæ institutæ in honorem principis à nemine negligi debent. siquidem illarum incuria palam facit, de nostra in illum obseruantia aliquid esse deminutum.*

f *Merita malefactis sequentibus aboleri constat.*

g *Quàm sæpissimè fit, vt, qui tyranno est mirè gratus, hunc omnes oderint propter fœda ministeria, quod publicum odium eum aduersus maxima pericula tutum reddit.*

h *Sæuiente tyranno ferè fit, vt, qui insignitè sunt improbi, ac scelestam operam illi præstant, velut sacrosancti habeantur, hoc est, eos violare religio sit. cæteri verò, i. ij, quorum ad improbitatem aliquis etiam cumulus accedere potest, tanquam leues, & ignobiles pœnis afficiantur.*

i *Cur princeps lætetur causa magna est, cùm prouincias de officio, veneratione, cultu erga se certare videt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyberio matrique eius extrueret: qua occasione Cæsar, [a] validus alioqui spernendis honoribus, & [b] respondendum ratus iis, quorum [c] rumore arguebatur in ambitionem flexisse, huiuscemodi orationem cœpit: Scio P. C. [d] cõstantiam [e] meam à plerisque desideratam, quòd Asiæ ciuitatibus nuper idem istud petentibus nõ sim aduersatus. ergo & prioris [f] silentij defensionem, & quid in futurum statuerim simul aperiam. Cùm diuus Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset, [g] qui omnia facta, dictaque eius [i] vice legis obseruem, placitum iam [h] exemplum promptiùs secutus sum, quia [i] cultui meo veneratio senatus [k] adiungebatur. Cæterùm vt semel recepisse, [l] veniam habuerit, ita per omnes prouincias effigie [m] numinum sacrari ambitiosum, superbum. & [n] vanescet Augusti honor, si [o] promiscuis

OBSERVATIONES.

a *Princeps eo ipso summum honorem consequitur, quòd se spernendis honoribus validum præbet.*
b *Quæ propter vitia princeps malè audet, in singulas occasiones intentus esse debet, vt his qui de ipso secus, quàm par est, loquuntur, respondeat.*
c *Sub atroci tyranno, quem nemo ob flagitia, & turpitudines arguere audet, ferè peruagatur rumor, incerto quidem authore, sed quo tamen vita principis arguitur. hunc prudens princeps diligenter excipere, & cum quasi moderatorem vitæ suæ adhibere debet; vt inde, tanquam ex incorrupto arbitro, & censore suorum morum, in quo persecuerandum, quid item fugiendum sit, discat. sic lib 15. sed Nero, inquit, vocato senatu, oratione inter patres habita, edictum apud populum, & collata in libros inditia, confessionesque damnatorum adiunxit. etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tanquam viros, & insontes, ob inuidiam, aut metum extinxisset.*
d *Constantia est virtus propria virorum præcipuè verò principum: qua qui præditus est, hic nonnisi in magnis viris habendus est. quæ cùm ita sint, principi diligenter cauendum est, ne leuitatis, & inconstantiæ argui meritò possit.*
e *Spernere honores sibi delatos non parua virtus est.*
f *Qui cùm aliquid ab se petitur, silet, is haud dubiè petitioni assentiri videtur.*
g *Princeps is, qui ei proximè successit, qui Rempublicam occupauit, cuiusque memoria inter mortales est augustissima, omnia dicta factaque illius, vice legis, obseruare debet: vt, quibus fundamentis principatus subnixus est, iisdem in dies confirmari, & corroborari possit. Certè hoc inter arcana, & præcipua Tiberij instituta fuit, vt se Augusti imitatorem omnibus in factis, dictisque eius profiteretur. cæterùm, imperium, vt ait Sallust. facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est.*
h *Quæ exemplo fiunt, etsi minùs fortassè probantur, tamen facilius ferri possunt.*
i *Cultus est maior, quàm veneratio: illè principi, hæc viris amplissimis debetur.*
k *Princeps in ijs honoribus, qui publicè sibi decernuntur, socium quodammodo adiungat sibi senatum, & viros amplissimos; hoc est, omnem rem ita tractet, vt cultui suo adiungatur illorum veneratio. hoc pacto quoscunque volet, honores assequetur, sine cuiusquam offensione, & inuidia.*
l *Quædam etsi maxima, ac fortè nimia tolerari possunt, si semel, aut perrarò fiunt. quòd si frequenter repetuntur, & odiosa, & inuidiosa euadunt. Itaque quæ princeps in sui honorem instituit, & celebrari cupit, ea det operam, vt nonnisi rarò, ac certis locis, & præstitutis diebus fiant. nam satis constat, quò quid rarius fit, in eo plus veneration is esse.*
m *Effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum, impium est.*
n *Princeps imprimis cauere debet, ne honor sibi delatus vanescat. vanescit autem si promiscuis adulationibus vulgatur.*
o *Id tandem vanescit quod promiscuè vulgatur.*

adula-

adulationibus vulgatur. Ego me P.C. [a] mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere, si [b] locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo. Qui satis superque memoriæ meę tribuent, vt [c] maioribus meis dignum, rerum vestrarum [d] prouidum, constantem in periculis, [e] offensionum pro vtilitate publica non pauidum credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & mansuræ. [f] Nam quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulcris spernuntur. Proinde socios, ciues, & deos & deas ipsas precor, hos vt mihi ad finem vsque vitæ, [g] quietam & intelligentem humani diuinique iuris mentem duint: illos, vt [e] quandocunque concessero, cum laude & bonis recordationibus, [h] facta atque famam nominis mei prosequantur. Perstititque posthac secretis etiam sermonibus aspernari talem sui cultum. quod alij modestiam, multi [i] quia diffideret, qui-

f. simile est illud in vita Aug. non quia inter cedendum pudet imaginibus, quæ marmore, aut ære fingun tur, sed vt vulti hominum, ita simulachra vultus imbecilla, ac mortalia sint forma mentis æterna, quam tenere & exprimere non per alienam materiam, sed suis ipse moribus possis.

OBSERVATIONES.

a *Adulatio principibus vsque eò infesta est, vt illis persuadeat, non humanæ se, sed diuinæ stirpis esse. (quò dementiæ progressus est Macedo Alexander, vt est apud Q. Curtium, & alios, quamuis cum vi doloris opprimeretur, se mortalem esse clamaret, vt ait Seneca epist. 60.) ac proinde cæteros mortaliũm, non hominum, sed pecudum loco haberi oportere credebat. quos sanè velim discere de Tyberio, se mortales esse, & hominum officia fungi, non Deorum. neque aliam ob causam principes esse, nisi vt eum locum impleant.*
b *Principem locum implere, non est summam fortunam in luxu, & voluptatibus ponere, sed excubias pro vniuersa Rep. agere; hostes propulsare, inter subiectos pacem firmare; denique publicæ omnium securitatis acerrimam propugnationem suscipere.*
c *Hic est honor, hæc est memoria sui, quæ vt sit comes æternitatis studere debet princeps, non vt sibi, præter meritum, atque adeò præter id, quod fas est, diuini tribuantur honores; quippe absurdus, odiosus, ac impius ille cultus posteritatis odio, & irrisui obnoxius est: sed vt maioribus suis dignus, si ex viris præclaris ortus est; reip. prouidus & sit, & credatur: denique nihil pertimescat, dummodo publicæ vtilitati seruiat. qui hæc præstat, sciat is se verè principem esse; ac satis, superque memoriæ suæ tributum putet, si & præsentes iuxta & posteros futurum est vt tanta virtus non lateat. hæc sibi in hominum animis templa; has pulcherrimas effigies, æternùmque mansuros extruat. nam templa aræ, statuæ, & quicquid saxo struitur, quia malis & bonis principibus promiscuè extruitur, si ab iudicio posterorum in odium vertuntur, pro sepulchris sperni satis constat.*
d *A principe expectatur non solùm, vt præsentia regat, sed vt futurorum prouidus sit; nec suæ tantùm sed publicæ omnium salutis; cuius gratia prospiciat in longitudinem.*
e *Quemadmodum princeps quid quisque de ipso sentiat, curare, neque offensionum adeò cupidus esse debet, vt eas passim suscipiat; ita quoque ea animi magnitudine ipsum esse æquum est, vt eas pro vtilitate publica non paueat.*
f *Princeps debet habere mentem quietam, & intelligentem humani diuinique iuris. neque enim aliâ ob causam princeps est, quàm vt discernat ius & iniuriam. ideo non est mirum, si iurisconsulti asserunt in illius pectore esse omnia iura.*
g *Princeps optare, & quantum in se est, præstare debet, qui omnes mortales, quandocunque concesserit, cum laude, & bonis recordationibus facta, atque famam nominis sui prosequantur.*
h *Ex præclarè factis tantùm, neque aliunde fama oritur, & celebritas nominis.*
i *Qui quæ omnes mirè cupiunt, spernit, his fermè causis adducitur: nam aut modestus est; aut ex se assequi posse diffidit; aut certè fracto, & abiecto animo est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam vt degeneris animi interpretabantur. [a] Optumos quippe mortalium [1] altissima cupere. Sic Herculem & Liberum apud Græcos, Quirinum apud nos deûm numero additos. Melius Augustum qui sperauerit. [b] Cætera principibus statim adesse. vnum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. Nam contemptu famæ, contemni virtutes. At Seianus [c] nimia [2] fortuna socors, & muliebri insuper [d] cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Liuia, componit ad Cæsarem codicillos. [e] Moris quippe tum erat, quâquam præsentem, scripto adire. Eius talis forma fuit: [f] Beniuolentia patris Augusti, & mox plurimis Tyberij iudiciis ita insueuisse, vt spes votaque sua non priùs ad deos, quàm ad principum aures conferret. [g] Neque fulgorem honorum vnquam precatum. Excubias ac labores, vt vnum è militibus, pro incolumitate Imperatoris malle. Attamen quod [h] pulcherrimum adeptum, vt cõiunctione Cæsaris dignus crederetur. [i] Hinc initium spei. Et quoniã audiuerit Au-

1. sic Sallust. de priscis inquens laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Cæterum illa ætate Romanis dari non Romanis volebant. & Tacit. noster lib. 4. hist. sapientibus, inquit, cupido gloriæ nouissima exuitur. & Sene. de benef. li. 2. c. 16. natura virtus est gloriosi, & antiqui priores cupit.
2. sic lib. 1. hist. nimia fortuna fadulgentia soluit in luxum.

OBSERVATIONES.

a *Optimi mortalium altissima cupiunt. cur? quia nihil tantum est, quod non se virtute assequi possit sperent. certe illud est argumẽtum animi excelsi, altissima quæque, atque adeò immortalem famã sperare. neminem, inquit Seneca epist. 39. excelsi ingenij virum humilia delectant, & quæ sequuntur. & epist. 104. magna, & generosa res est humanus animus; nullos sibi poni, nisi communes, & cum Deo terminos patitur.*

b *Cùm nihil omnino sit in rebus fluxis, & caducis, quod non principes statim consequi, si modò velint, possint, vnum illud, quod nonnisi summis laboribus, virtute, inquam, rectèque factis consequi possunt, insatiabiliter parare debent; nempe, famam, & prosperam sui memoriam. Cæterum cum necessario fama eat comes virtuti, qui illam contemnit, hanc pariter contemnere videtur.*

c *Quemadmodum res angustiæ, & paupertas industriam intendunt, ita nimia fortuna difficile memoratu est, quantopere homines reddat socordes. nam vt Tacit. ait 1. histor. secundæ res acrioribus stimulis animum explorant; quia miseriæ tolerantur, fœlicitate corrumpimur. & alibi eodem lib. vt qui aduersa expertus cùm maximè dicam, ne secunda quidem minùs discriminis habere.*

d *Muliebri cupidine incensi summa, & maxima quæque & optare, & patrare audent.*

e *Ad dignitatem, & maiestatem principis pertinet, vt siquid ab ipso petitur, id non coram fiat, sed scripto adeatur. quem veterem morem expressit Acroteleutium in Milite glorioso. permirum eos hoc prædicas, inquit, Te adisse, atque exorasse. per epistolam, aut per nuntium, quasi regem, adiri eum aiunt.*

f *Adulatores, atque aulici omnium callidissimi hac arte vtuntur, cùm magnum aliquid petituri principem adeunt, vt dicant, ipsius erga se beneuolentia, & iudicijs ita insueuisse, vt spes, votaque sua non priùs ad Deos, quàm ad ipsius aures conferant; hoc est, tanti apud se principem esse, vt non plus sibi in Deorum, quàm in illius benignitate spei, præsidiique positum esse existiment. nimirum, hoc artificio conciliari potest beneuolentia superbi, atque ambitiosi cuiusque principis.*

g *Qui ex animo, & fidele obsequiũ principi præstat, in omnibus dictis factisque ostendit, illius salute sibi antiquius esse nihil. apud quem hoc ratum, fixumque erit, nunquam fulgorem honorum precabitur, sed tantùm labores, & excubias pro incolumitate principis, vt si sit vnus militum. Postremò obseruandum est, præstare, veram potentiam apud principem adipisci, quàm fulgorem honorum, quo sæpiùs homines perstringuntur, precari.*

h *Quod pulcherrimum aulicus adipisci potest, hoc, scilicet, est, vt principis coniunctione dignus credatur.*

i *Qui magnas agitat spes, palam profiteatur, atque affirmet, id quicquid est, non ab se, sed à principis iudicio profectum esse. nimirum, ea sperare licet, quæ nobis aliorum iudicio tribuuntur.*

gustum in conlocanda filia nonnihil etiam de [a] equitibus Romanis cõsultauisse: ita si maritus Liuiæ quæreretur, haberet in animo amicum, sola necessitudinis gloria vsurum. Non enim [b] exuere imposita munia. satis æstimare [c] firmari [1] domum aduersum iniquas Agrippinæ offensiones. Idque [d] liberorum [2] causa. [e] Nam sibi multum, superque vitæ fore, quod tali cum principe expleuisset. Ad ea Tyberius, laudata [f] pietate Seiani, suisque in eum beneficiis [g] modicè percursis, cùm [h] tempus tanquã ad integram consultationem petiuisset, adiunxit: [i] Cæteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent. Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Ideo se non illuc decurrere, quod [k] promptum rescriptu: posse ipsam Liuiam statuere

1. suam.
2. non sua.

OBSERVATIONES.

a *Principes, in collocandis filiabus, quærendisque coniunctionibus, non semper sui fastigij viros eligunt, sed interdum de cæteris consultant. quod factum hactenus probari potest, si eum eligunt, qui pluribus, & maximis documentis eximiæ virtutis ipsis sit probatus. Cæterùm si princeps alij viro principi filiam nuptum dat, satis constat, hunc generum nequaquam sola necessitudinis gloria vti; sed si non superbum, eum tamen fore, qui eam coniunctionem in beneficij loco non ponet. sed hic qui à principe in cognationem assumptus est, quia quod pulcherrimum non modò sperare, sed optare audebat, consecutus est, principi fidelissimum fore haudquaquam dubium est. neque enim aliud, quo ad vita ei suppetet, iactabit, quàm eximium erga se principis beneuolentiæ genus.*

b *Qui cognatione principis, alione insigni honore honestatus est, non ideo imposita priùs sibi munia exuere, sed tanto acriùs principi operam præstare debet.*

c *Satis constat, affinitate principis aut potentis alicuius mirificè firmari eum, qui illa dignus habetur, aduersus odia, & grauissimas aliorum potentum offensiones.*

d *Hæc est charitas patris in filios, vt, non tantùm in præsentia ijs consulat, verùm diligenter prospiciat, ne posteaquam ipse vita concesserit, aut egeant, aut potentum odijs, inimicitijs, furoribus relinquantur.*

e *Amicus principis habeat semper in ore, sibi multum, superque vitæ semper fore, quod tali cum principe explerit; hoc est, profiteatur, sibi vitam non posse esse iucundam, quàm ipse tali principi superstes agat.*

f *Amor, obseruantia, obsequium, cultus, quem subiectus principi præstat, graui, & sancto pietatis nomine contineri rectè potest.*

g *Cõmemoratio beneficiorum quasi exprobratio est immemoris beneficij. ideo cùm de nostra in aliquem benignitate, ac beneficijs dicimus, etsi ingentia sint, tamen ea modicè percurrere debemus, ne exprobrare & imputare videamur; quo nihil cuiquam mortalium, præcipuè verò principi fœdius est.*

h *Cùm aliquid arduum, magnique momenti à principe petitur, is non protinus respondere, sed tempus petere, tanquam ad integram consultationem, debet.*

i *Vulgus hominum in deliberationibus vtilitatem habet propositam. at verò principum longè diuersa ratio & sors est. nam cùm maxima quæque negotia sola fama videantur esse subnixa, certè principes in omnibus deliberationibus, non quid conducat, sed quid se deceat, honestumque sit spectare, ac præcipua rerum ad famam dirigere debent. qui princeps hanc rationem sequetur, se eo loco dignum præstabit, nihilque committet, quod post fecisse pigeat. cæterùm dum famæ, & existimationi consulet, cætera illi statim aderunt.*

k *In deliberationibus cauear princeps, ne statim eò decurrat, quod est promptum rescriptu, sed altiùs, ac maturiùs sibi deliberandum esse sciat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.aperiè tecum/ agam.

nubendum pòst Druſum, an in penatibus iiſdem tolerandum haberet: eſſe illi [b] matrem & auiam, propiora conſilia. [1] ſimpliciùs acturum; de inimicitiis primùm Agrippinæ, [c] quas longè acriùs arſuras, ſi matrimonium Liuiæ, velut in partes domum Cæſarum diſtraxiſſet: ſic quoque erumpere æmulationem fœminarum, eaque diſcordia [d] nepotes [e] ſuos conuelli. Quid ſi intendatur [2] certamen tali coniugio? [3] Falleris enim Seiane, ſi te manſurum in [h] eodem ordine putas; & Liuiam quæ C. Cæſari, mox Druſo nupta fuerit, ea mente acturam, vt cum equite Romano ſeneſcat. Ego vt ſinam, [i] credisne paſſuros, qui fratrem eius, qui patrem, maioreſque noſtros in ſummis imperiis videre? Vis tu quidem iſtũ intra locum ſiſtere. Sed illi magiſtratus & primores qui, te inuito, [4] perrumpunt, omnibusque de rebus cõſulunt, exceſſiſſe iam pridem equeſtre faſtigium, longeque antiſſe patris mei [5] amicitias [k] non occulti ferunt, perque inuidiam tui me quoque incuſant. Atenim Auguſtus filiam ſuam equiti Romano tradere meditatus eſt. [l] Mirum hercule ſi cũ

2.inter te, & nepotes meos.
3.quo eſt Liuia & tota domus principum.
4.cubiculum ſuum.
5.amicos patris mei, nempe Agrippã & Mecœnatem, quorum neuter illum potuit apud Auguſtum quantum ipſe apud me.

OBSERVATIONES.

a *Non videtur eſſe ex dignitate Viduæ fœminæ principis, poſt maritum principem, aut certè filium principis, nubere ei, qui & genere & opibus, & dignitate illo longè eſt inferior, quin magis eam decere videtur, vt in iiſdem penatibus toleret; ne ſuam ipſa dignitatem imminuiſſe videatur. hæc tamẽ deliberatio cùm ſit perdifficilis, tota committi debet prudentiæ principis, vt is ex re præſenti quid facto opus ſit, conſulat.*

b *Matres, atque auiæ ad tractanda matrimonia filiarum, & neptium, videntur eſſe aptiores, quàm quiſquam alius.*

c *Inimicitiæ, quæ ſunt in domo principis longè acriùs ardent, ſi odioſo, & infauſto aliquo matrimonio, velut in partes domus ipſius diſtrahitur. accidit enim plerunque, vt principum fœminarũ erumpat æmulatio; eaque diſcordia futuri liberi, ac nepotes diſtrahantur.*

d *Diſcordiæ potentum facilè tranſeunt ad hæredes, & poſteros.*

e *Princeps non ſolùm ſuæ, verùm etiam liberorum, nepotum, poſterorumque ſuorum concordiæ conſulere debet.*

f *Diſcordia principum domus conuelluntur.*

g *Non eſt expectandum ab illa, quæ principibus matrimonio priùs iuncta fuit, vt cum illo vitam agere, & ſeneſcere poſſit, qui & genere, & opibus, & dignitate illis eſt multò inferior.*

h *Etſi matrimonium, quod cõtrahitur cum principe fœmina interdum eſt robur ad maiora nitenti, tamen ſi is, qui eo coniugio extollitur, eo indignus habetur, non modò illa affinitas non eſt illi præſidio, ſed inde nonniſi certa pernicies expectari poteſt, propter odium & inuidiam cæterorum: ac denique propter propinquam, & facilem comparationem ſordium, & claritudinis.*

i *Qui ex humili loco ad id faſtigij euectus eſt, vt potentia & dignitate homines nobiliſſimos, ac primores ciuitatis anteeat, ſingulorum odia, & ſummam cauſque inuidiam vix effugere poteſt.*

k *Qui amicum principis oderunt, eidem per inuidiam illius principem quoque ipſum meſuant.*

l *Fallitur quiſquis nihil vltra, quàm quod factum eſt, ſpectat. Nam ſi rationes, & cauſæ conueniunt, quod negotij præ manibus habemus, veriſimile eſt, fieri poſſe; & exemplum eſt imitandum. ſin minùs, nequaquam. Itaque conuenientis, & accommodatum exemplum nonniſi illud dici debet, quod ad ea adducitur, in quibus rationes, & cauſæ eædem ſunt cum ijs, vnde exemplum ſumptum eſt.*

in o-

[a] in omnis curas diſtraheretur, [b] immenſumque attolli prouideret, quẽ coniunctione tali ſuper alios extuliſſet, C. Proculeium & quoſdam in ſermonibus habuit, inſigni tranquillitate vitæ, nullis Reip. negotiis permiſtos. Sed ſi [c] dubitatione Auguſti mouemur, quantò validius eſt, quod Mar. Agrippæ, mox mihi conlocauit? Atque ego hæc [d] pro amicitia non occultaui. Cæterùm neque tuis, neque Liuiæ deſtinatis aduerſabor. Ipſe quid intra animum volutauerim, quibus adhuc neceſſitudinibus immiſcere te mihi parem, [e] omittam ad præſens referre. Id tantùm aperiam, [f] nihil eſſe tam excelſum, quod non virtutes iſtæ, tuuſque in me animus mereantur. Datoque tempore vel in [g] ſenatu, vel in concione non reticebo. Rurſum Seianus non tam de matrimonio, ſed [h] altiùs metuens tacita ſuſpicionum, vulgi rumorem, ingruentem inuidiam deprecatur. [1] Ac ne adſiduos in domum cœtus arcendo infringeret potentiam, aut

1.principis.

OBSERVATIONES

a *Princeps, quia totius reip. regimen penes vnum ipſum eſt, in omnes curas diſtrahitur quidem, ſed in eo ipſius & vigor & altitudo animi perſpicitur, ſi tot grauiſſimis curis par eſt; idque in eo oſtendit, quòd ex omnibus ſententiis eam deligit, quæ primum conſilio, mox & euentu, nonniſi optima cenſeri poſſit.*

b *Cùm ſatis conſtet, eum, quem princeps ſibi generum, vnicæ filiæ maritum deligit, in immenſum attolli; aut nonniſi eum, quem ſibi ipſe in principatu ſucceſſorem deſtinat, tali cognatione efferre; aut certè eum eligere debet, qui inſigni tranquillitate vitæ, nulliſque reip. negotijs ſit permixtus.*

c *Non ſemper de quibus dubitatum, aut deliberatum eſt, ea perinde ac ſi facta ſint, accipi oportet. quin potiùs quæ poſt dubitationem, & diligentem rei diſquiſitionem placita ſunt, eorum exemplo, tanquam validiore vtendum eſt.*

d *Certi amici argumentum eſt, ea, quæ vera magis, quàm grata ſunt, amico non occultare.*

e *Callidi principes permulta ambiguè, & obſcurè pollicentur, i. ita loquuntur, vt amicos inani ſpe lactent, ac in officio contineant quidem; ſed nihilominus ipſis, quòd hoc, aut illud non præſtiterint, nunquam verè exprobrari poſſit; ſed ſemper in ſua manu ſit, quid dictum, quid item indictum eſſe velint.*

f *Difficile dictu eſt, quantopere hominum acuantur pectora laudatione principis. cuius ipſe vt non prodigus, ita certè nec parcus eſſe debet, præſertim apud eos, qui ſibi egregiè à principe ſatis factum putant, ſi verbis rerum vacuis ornantur. certè ventoſis hominibus verbis magis quàm re ſatis fieri poteſt.*

g *Illud demum principis teſtimonium perhonorificum eſt, quod is alicui publicè, hoc eſt, vel in Senatu, vel in concione dat.*

h *Qui proſperè vtitur amicitia principis, eoque adductus eſt, vt aliquid magnum, & ſupra ciuile faſtigium à principe peteret, is, cauſa magna eſt, cur metuat tacita ſuſpitionum ipſius principis. id quod periculoſiſſimum eſt; ac præterea vulgi rumorem, & ingruentem haud dubiè inuidiam.*

i *Qui principis amicitia proſperè vtitur, etſi ingruentẽ inuidiã timet, non ideo tamen palã facere debet, de ſua potentia quicquã eſſe diminutũ: ideoque nec aſſiduos ſalutantiũ & ſectantiũ cœtus arcere, nec de ſueto ſplendore quicquã remittere debet. Nihilominus tamẽ, cùm metuendum ſit, ne receptandis hominibus facultatem criminantibus præbeat, quaſi res nouas tentans, huc, ſi poteſt, flectat, vt principem procul ciuitate ad vitam amœnis locis degendam impellat. neque enim ſolùm id quod metuit, hoc pacto prudenter vitabit, verùm etiam veram potentiam augebit. quippe, in ſua manu aditus ad principem erunt, eique ſe ipſe ſolum inſinuabit. magnaque ex parte literarum arbiter erit. fierique poteſt, vt princeps ſecreto loci mollitus munia imperij faciliùs tramittat, denique ipſe vnus cuncta adminiſtrabit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

receptando, facultatem criminantibus præberet, huc flexit, vt Tyberium ad vitam procul Roma amœnis locis degendam impelleret. Multa quippe prouidebat, [a] sua in manu aditus, literarumque magna ex parte se arbitrum fore, cum per [1] milites commearent: mox Cæsarē, vergente iam senecta, secretoque loci mollitum, munia imperij faciliùs [2] tramissurum: [b] minui sibi inuidiam, adempta salutantum turba, sublatisque inanibus, [c] vera [3] potentia augere. Igitur paulatim negotia vrbis, populi adcursus, multitudinem adfluentium increpat, [d] extollens laudibus quietem & solitudinem, quîs abesse tędia & offensiones, ac præcipua rerum maximè agitari. Ac fortè habita per illos dies de Votieno Montano celebris ingenij viro cognitio cunctantem iam Tyberium perpulit, vt vitādos crederet patrum cœtus voceſque, quæ plerunque [e] veræ & graues coram ingerebantur. Nam postulato Votieno ob contumelias in Cæsarem dictas, testis Æmylius è militaribus viris dum studio probandi cuncta refert, & quanquam inter obstrepentes magna adseueratione nititur, [f] audiuit Tyberius probra, quis [g] per occultum lacerabatur. adeoque perculsus est, vt se vel statim, vel in [4] cognitione [h] purgaturum clamitaret: precibusque proximorum, adulatione omnium ægrè [i] componeret animum. Et Votienus quidem [k] maiestatis pœnis adfectus est. Cæsar obiectam

1. præterirent (scilicet ipsi per se).
2. ac proinde sibi commissurum.
3. non displicet vera potentiæ.
4. fortè, cunctatione.

OBSERVATIONES.

a *Cuius in manu sunt aditus ad principem, hic literarum, ac proinde præcipuarum rerum arbiter, atque administrator est. certè nullum magnæ potentiæ verius argumentum est, quàm aditus ad principem in sua potestate habere, qui hoc assequi potest, is haud dubiè in immensum attollitur.*

b *Amicus principis omnia quæcunque agit eò referre debet, vt minuat inuidiam, & veram augeat potentiam. id autem assequetur si, adempta salutantum turba, sublatisque inanibus, tam in publicis, quàm in priuatis negotiis principi semper aderit.*

c *Vera potentia est non fulgore honorum cumulari, sed adesse principi dum præcipua rerum agitantur.*

d *Negotia vrbis, populi accursus, multitudo affluentium minimè tot laudibus extolli possunt, vt quies, & solitudo, vnde plerunque absunt tædia, & offensiones, & vbi præcipua rerum nihilominus quàm in vrbe agitari possunt.*

e *Princeps quamuis sæuus, & atrox, tamen cogitur interdum audire voces graues, & veras, quæ coram ingeruntur; hoc est probra, quibus per occultum laceratur.*

f *Callidissima ratio criminandi principem hæc est, vt coram Senatu, atque adeò ipso præsente, cūcta illius vitia recenseantur, tanquā ab reo per contumeliam iactata. huc, scilicet, pertinent illa verba Taciti; & quanquam inter obstrepentes &c. obstrepebant, nimirum patres Æmilio, dum studio probandi cuncta probra in principem dicta refert; ne ea enumeratione, ac veluti exprobratione, nimio pudore princeps perculsus ira & furore accederentur.*

g *Quemadmodum boni principis maximum argumentum hoc est, cùm secretis sermonibus æquè ac palam laudatur, ita tyrannus non meliùs aliunde, quàm hinc cognosci potest, cùm probris per occultum laceratur.*

h *Si quæ principi publicè fuerunt obiecta, ea protinus magna hominum frequentia, refellere, ac se purgare debet; vt palam faciat, se hominum de se iudicia potissimùm vereri.*

i *Quemadmodum nulla principis virtus hominibus gratior est, quàm clementia; ita ex illius vitiis nullum odiosius est, quàm inclementia aduersus reos.*

k *Is maiestatis postulari potest, qui principem contumeliis, & probris lacerat.*

sibi

sibi aduersus reos inclementiam, eò peruicaciùs amplexus, Aquiliam adulterij delatam, cum Vario Ligure, [a] quanquam Lentulus Getulicus consul designatus lege Iulia damnasset, exilio puniuit. Apidiumq; Merulam, quòd in acta diui Augusti non iurauerat, [b] albo [1] senatorio erasit. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes de iure templi Dianæ Limenetidis, quod suis à maioribus, suaque in terra dicatum Lacedæmonij firmabant [c] annalium memoria, vatumque carminibus; sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent armis adeptum, ac post C. Cæsaris & M. Antonij sententia redditum. Contra Messenij veterem inter Herculis posteros diuisionem Peloponesſi protulere, suoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse, monimentaque eius rei sculpta saxis & ære prisco manere. quòd si vatū, annalium ad testimonia vocentur, [d] plures sibi, ac locupletioris esse: neque Philippum [e] potentia, sed ex vero statuisse. Idem regis Antigoni, idem imperatoris Mumij iudicium: sic Milesios permisso publicè arbitrio, postremò Atidium Geminum prætorem Achaiæ decreuisse. Ita [f] secundum Messenios [2] datum. Et Segestani ædem Veneris montem apud Erycum vetustate delapsam restaurari postulauere, nora memorātes de origine eius, & læta Tyberio. susceperit curam libens vt consanguineus. Tunc tractatæ Massilienſium preces, probatumque P. Rutilij exemplum. namque eum legibus pulsum ciuem sibi Smyrnęi addiderant, quo iure Volcatius Moschus exul in Massilienses receptus, bona sua Reip. eorum, vt [g] patriæ reliquerat. Obiere eo anno viri nobiles, Gn. Lentulus, & L. Domitius. Lentulo super cōsulatum & triumphalia de Getulis, gloriæ fuerat [h] bene tolerata paupertas, dein [i] magnæ opes innocenter partæ, & modestè habitæ.

1. In numero senatorum, quo modo intuitu ei Fasti nō erat in hoc albo, i. in hoc numero dicendum autem album senatorium, quemadmodum prætorium, vide Vlpian. in l. 11. ff. de alba faciendo.

2. iudicium.

OBSERVATIONES.

a *Princeps debet dare operam, vt reipsa, factis, inquam, ostendat falsa esse probra, quibus per occultum lacerator; ne qua de se prava suspitio in hominum animos irrepat.*

b *Etsi qui in acta principis non iurat, maiestatis postulari videtur posse; tamen hæc pœna mitigatur à principe sola ademptione honoris. quod tamen Thraseæ Pæto exitiosum fuit; cui præter cætera, & illud obiiciebatur, quòd Poppæam diuam non crederet, & in acta diui Augusti, & diui Iulij non iuraret. lib 16. Annal.*

c *Ad probanda ea, quorum nulla etiam est memoria, adhibentur annales, & historiæ, & antiqua monimenta, si qua manent sculpta saxis, & ære prisco. Ad vatum ac poetarum item testimonia, & carmina adduci res potest.*

d *Cùm vtrinque sunt probationes plures, & locupletiores spectari debent.*

e *Quibus de rebus disceptatur, tyranni sola potentia, boni principes, & æqui iudices ex vero statuunt.*

f *Secundum eum debet dari iudicium, qui & causa melior est, & pluribus iudiciis, (quas nostri decisiones vocant) ea super re datis ab iis, quorum erat arbitrium, subnixus est.*

g *Exul à qua ciuitate benignè receptus est, hanc meritò patriam appellare; atque vt patriæ bona sua ei relinquere potest.*

h *Non minor est gloria magno viro bene tolerare paupertatē, quàm magnas opes modestè habere.*

i *Quò magis arduum, hoc præclarius est, magnas opes innocenter parare, easque modestè habere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domitium decorauit pater ciuili bello maris potens, donec Antonii partibus mox Cæsaris misceretur. Auus Pharsalica acie pro optimatibus ceciderat. Ipse [a] electus cui minor Antonia Octauia genita in matrimonium daretur. Post exercitu flumẽ Albim transcendit, longiùs penetrata Germania, quàm quisquam priorum. easque ob res insignia triumphi adeptus est. Obiit & L. Antonius multa claritudine generis, sed improspera. [b] Nam patre eius Iulio Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc admodum adolescentulum sororis nepotem sepositi Augustus in ciuitatem Massilienſem, vbi, [c] specie studiorum, nomen exilii tegeretur. [d] habitus tamen supremis honor: ossaque tumulo Octauiorum inlata, per decretum senatus. Iisdem consulibus, facinus atrox in citeriore Hispania admissum à quodam agreste, nationis Termestinæ. is prætorem prouinciæ L. Pisonem [e] pace incuriosum ex improuiso in itinere adortus, vno vulnere in mortem adfecit: ac pernicitate equi profugus, postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo, per derupta & auia sequenteis frustratus est. neque diu fefellit. nam prehenso, ductoque per proximos pagos equo, cuius foret, cognitum. & repertus cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna, sermone patrio, [f] frustra se interrogari clamitauit. Adsisterent socii ac spectarent. nullam vim tantam doloris fore, vt veritatem eliceret. Idemque cùm postero ad quęsitionem retraheretur, eo nisu proripuit se custodibus, saxoque caput adflixit, vt statim exanimaretur. Sed Piso Termestinorum dolo cæsus habetur: qui [g] pecunias è publico interceptas, acriùs, quàm vt tolerarent barbari, cogebat. Lentulo Getulico, C. Caluisio coss. decreta triumphi insignia Poppæo Sabino, [h] contusis Thracum gentibus, qui montium editis [i] inculti, atque eò ferociùs agitabant. Causa motus super hominum ingenium, quòd pati delectus, [a] & validissimum quemque militiæ nostræ dare aspernabantur, [b] ne regibus quidem parere, nisi ex libidine soliti, aut si mitterent auxilia, suos ductores præficere, nec nisi aduersum accolas belligerare. Ac tum [b] rumor incesserat fore, vt disiecti, aliisque nationibus permisti diuersas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent [c] misere legatos, [d] amicitiam [e] obsequiumque memoraturos, & mansura hæc, si nullo nouo onere tentarentur: sin vt [e] victis seruitium indiceretur, [f] esse sibi ferrum, & iuuentutem, & [g] promptum libertati, aut ad mortem animum. simul castella rupibus indita, conlatosque illuc parentes, & coniuges ostentabant, bellumque impeditum, arduum, cruentum minitabantur. At Sabinus, [h] donec exercitus in vnũ conduceret, datis mitibus responsis, dum Pomponius Labeo è Mœsia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popularium, qui fidem non mutauerant, veniret, addita præsenti copia, ad hostem pergit, compositum iam per angustias saltuum. Quidam audentiùs apertis in collibus visebantur, quos dux Romanus acie suggressus haud ægrè pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis, valida manu montem occupat, angustum, & æquali dorso continuum vsque ad proximum castellum, quod magna vis armata, [i] aut incondita tuebatur. simul in ferociſſimos, qui ante vallum, more gentis, cum [i] carminibus & tripudiis persultabant, mittit delectos sagittariorum.

1. sic Cicer. ad Caton. quod cum ciuis altissimo, & munitissimo loco ab iisque incolere tur, qui ne regibus quidem vnquam parueris, &c.

2. sic in vita Agric. Ipsi Britannum delectum ac iuuentutem, & insuetæ seruitutis nescia imperii munera, impigrè obeunt, si mittitur abitur, has ægrè tolerant, iam domum vt parẽt, paulatim vt seruiãt.

1. at, vel haud.

OBSERVATIONES.

a Illustris virgo alicui in matrimonium data, potest esse vice præmij, quod illius virtuti præstantiæque tribuitur.

b Non est nouum, filios ob peccata parentum plecti.

c Pœna quæ viri illustres afficiuntur, non semper suo nomine appellari; sed interdum ad vitandam familiæ infamiam honesta aliqua specie tegi debet.

d Etsi persona, dum vixit, minùs fauorabilis fuit, tamen supremis ipsius honorem non haberi planè iniquum est.

e Et principes, & maiores magistratus, vel ipso tempore pacis, nunquam in prouinciis vi armorum domitis, quæque imperium ferre coguntur, adeò incuriosè, & absque militari custodia incedere debent, vt pateant ictibus cuiusque audacis, & facinorosi hominis. certè summus magistratus nunquam non præsidio militis tutus esse debet.

f Quidam tanta peruicacia, aut constantia reperiuntur, vt nullis tormentis possint cogi edere socios, & fateri verum.

g Et principi, & iis, qui prouincias pro principe regunt, periculosa, ac tandem nonnisi perniciosa potest esse nimia, & acrior exactio pecuniarum à stipendiariis, quàm ferre possunt.

h Vincimus hostes: contundimus subiectos ferocientes.

i Montani homines plerunque inculti sunt, & ferociunt.

OBSERVATIONES.

a Ex prouinciis nostro imperio subiectis ita haberi debent delectus, vt validissimus quisque nostræ militiæ detur.

b Non est nouum, falsis rumoribus non modò priuatos, verùm etiam integras nationes commoueri.

c Non priùs ad arma iri debet, quàm honestis rationibus, iis, quibus cum nobis res est, satisfactum per nos sit.

d Aliud est, amicitiam, & obsequium principi præstare, & aliud ei seruitutem seruire. bonus princeps haud dubiè illis est contentus: at verò tyrannus ne hoc quidem satiari potest, quin populos insuper premat.

e Victis iure belli seruitium indicitur. Sed deditis nequaquam. ideo, non vno, & eodem loco debent esse nationes apud principem. quippe, quæ nonnisi vi armorum subigi potuerunt, hæ seruorum in numero sunt: sed deditorum amicitia, & obsequio princeps contentus esse debet.

f Animus generosus, & seruitutis nescius palam profitetur, se si nouis oneribus tentetur, atque vt victo seruitium indicatur, habere ferrum, & iuuentutem, & promptum libertati, aut ad mortem animum.

g Virorum fortium facinus est, aut libertatem tenere; aut pro ea dimicando fortiter cadere.

h Non priùs ferociter est respondendum hosti, quàm vi & armis cogi potest, omniaq; adeò quæ ad illum opprimendum pertinent, sunt in promptu.

i Apud multas gentes in more positum est, vt pugnaturi, hostemque expectantes ante vallum cum carminibus, & tripudijs præsultent; atque adeo cantuum, & armorum tumultu & clamore truces se præbeant. cuiusmodi est illud apud Q. Curtium lib. 4. & Macedones, inquit, siue alacritate, siue tædio expectationis ingentem, pugnantium more, ædidere clamorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si dum eminus grassabantur, crebra & inulta vulnera fecere, propiùs incedentes eruptione subita turbati sunt, receptique subsidio Sycambræ cohortis, quâ Romanus promptâ ad pericula, nec minùs cantuum & armorum tumultu trucem haud procul instruxerat. Trãslata dehinc castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis adfuisse memoraui, iisque permissum vastare, vrere, trahere prædas, [b] dũ populatio lucem intra sisteretur, noctemque in castris tutam & vigilem capesserent. Id primò seruatum: mox [c] versi in luxum & [1] rapti opulentia, omittere stationes, lasciuia epularum, aut somno & vino procumbere. Igitur hostes, incuria eorum comperta, duo agmina parant, quorum altero populatores inuaderentur, alij castra Romana adpugnarent, non spe capiendi, sed vt clamore, telis, suo quisque periculo intentus, sonorem alterius prælij non acciperet, tenebræ. insuper delectæ [d] augendam ad formidinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facilè pelluntur. Thracum auxilia repentino concursu territa, cùm pars munitionibus adiacerent, plures extra pabularentur, [e] tantò infensiùs cæsi, quantò perfugæ & proditores ferre arma [f] ad suum patriæq; seruitium incusabantur. Postera die Sabinus exercitum æquo loco ostendit, si barbari successu noctis alacres prælium auderent. & postquam castello, aut coniunctis tumulis non digrediebantur, [g] obsidium cœpit per præsidia, quæ opportunè iam munichat: dein fossam, loricamque contexens, quatuor millia passuum ambitu amplexus est. tum paulatim, vt aquam pabulumque eriperet, cõtrahere [h] claustra, arctaque circumdare. & struebatur agger, vnde saxa, hastæ, ignes propinquum iam in hostem iacerentur. sed nihil æquè quàm

1. præda magis placuisse.

h. adiitus munitionis.

OBSERVATIONES.

a *Cùm dux exercitus ad manifesta pericula milites mittit, nimirum ad iniqua loca, in quibus subeuntes facilè ab hoste premi, turbarique possunt, habeat semper cohortem, aut certum aliquem numerum militum promptorum, haud longe instructum, à quibus ij qui in periculo sunt, siquid aduersi inuruat, facile sustinique excipi possint. Eo autem milite ad id facinus vti debet, qui pari ferè cum hoste feracia, & truculentia sit.*

b *Imperator ea lege, & conditione populationem hostilis regionis permittere potest, vt intra lucem sistatur; & miles noctem in castris tutam, & vigilem capessat. nimirum, ad militarem disciplinã & hoc maximè pertinet, ne miles extra castra pernoctet.*

c *Cùm miles prædæ, & populationis auidus, omissa disciplina militari, versus est in luxum, & rapti prædaq; opulentia, omittit stationes, ac lasciuia epularum, aut somno, vinoque procumbit, eccui dubium est, quin hostes, incuria eius comperta, paruo negotio, eum oppressuri sint?*

d *Terror noctu illatus multò maior, & formidabilior est, quàm quæ accidunt interdiu.*

e *Tantò infensiores sumus in ciues nostros, qui se cum hoste coniunxerunt, quàm perfugæ, & proditores incusari possunt, ferre arma ad suum, patriæque seruitium.*

f *Ij verè proditores appellari possunt, qui ferunt arma ad suum, patriæque seruitium.*

g *Cùm hostis loca ardua, & prærupta insedit, nullâque ratione ad prælium elici potest, per præsidia opportunis locis disposita, & munita obsideri debet: ad hæc, ducenda est fossa, & lorica tot passuum, quot satis est ad amplectendum ambitu locum, nimirum, hoc pacto, paulatim aqua, & pabulum ei eripitur.*

[a] sitis [1] fatigabat, cùm ingens multitudo bellatorum, imbellium vno reliquo fonte vterentur. Simul æquè armenta (vt mos barbaris) iuxta clausa egestate pabuli exanimari: adiacere corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis [b] malum extremum discordia accessit, his deditionem, aliis mortem, & mutuos inter se ictus parantibus. Et erant qui non inultum exitium, sed eruptionem suaderent: neque ignobiles, quamuis diuersi sententiis. Verùm è ducibus, Dinus prouectus senecta, [c] & lõgo vsu [d] vim atque clementiam Romanam edoctus, ponenda [e] arma, vnum adflictis id remediũ disserebat. [f] Primusque se cum cõiuge & liberis victori permisit. secuti ætate aut sexu imbecilli, & quibus maior vitæ [g] quàm gloriæ cupido. At iuuentus Tarsam inter & Turesim distrahebatur. vtrique destinatum cum libertate occidere. sed Tarsa properum finem; [h] abrumpendas pariter spes, ac metus clamitans, dedit exemplum, demisso in pectus ferro. Nec defuere qui eodem modo oppeterent. Turesis sua cum manu noctem opperitur, haud nescio duce nostro. [i] Igitur firmatæ stationes densioribus globis. & ingruebat nox nimbo atrox, hostisque clamore turbido, modò per vastum silentium incertos obsessores effecerat, quum Sabinus circumire, hortari, ne ad ambigua sonitus, aut simulationẽ quietis, casum insidiantibus aperirent, sed sua quisque munia seruarent immoti, telisque non in falsum iactis. Interea barbari cateruis decurrentes nunc in vallum [k] manualia saxa, præustas sudes, decisa robora iacere: nunc virgultis, & cratibus, & corporibus exanimis complere fossas: quidam pontes & scalas antè fabricati inferre propugnaculis, eaque prehensare, detrahere, & aduersus resistentes cominus niti. miles contra deturbare telis, pellere vmbonibus, muralia pila, congestas lapidum moles

1. hostem.

k. i. non mediocria, cuiusmodi sunt ea quæ funda iactãtur, sed ita grandia, vt manu, eaque valida demitti, & coniici debeant in subeuntes.

OBSERVATIONES.

a *Nulla re æquè fatigantur homines, ac siti.*

b *Rebus iam ob multas, maximasque calamitates perturbatis, & in summum discrimen adductis, nullum maius malum accedere potest, quàm discordia.*

c *Non satis est, senem esse ætate; sed senectus tum demum illa dici debet, quæ longo vsu rerum exercita est.*

d *Vi debellantur superbi, clementia parcitur subiectis: vtramque in promptu maximus quisque princeps habere debet; sed illam non priùs adhibere, quàm hanc expertus sit.*

e *Vnum victis, & afflictis remedium est, nimirum, vt arma ponãt, seque victori permittant; cuius clementiam, rebus afflictis, & in summum discrimẽ adductis, quàm vim experiri omnino satius est.*

f *Nulla res efficaciùs id, quod volumus persuadet, quàm si facto ea, quæ diximus, comprobemus, & cæteris, nostro exemplo, præcamus.*

g *Cùm gloria retineri, nisi amissa vita, non potest, hæc vilis, illa nobis perchara esse debet.*

h *Mors pariter abrumpit spes, & metus hominum.*

i *Nocte intempesta, qui erumpere per medios hostium stationes parat, quà clamore turbido, quà per vastum silentium hostes incertos reddat, ac frustretur. Id quotiescunque accidit, debet obsessor circumire, hortarique suos, ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis casum insidiantibus aperiant; sed sua quisque munia seruent immoti; neue tela in falsum iaciant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouoluere. His partæ victoriæ spes, & si cedant, [a] insignitius flagitium: illis [b] extrema iam salus, & [c] adsistentes plerisque matres & coniuges, earumque lamenta [1] addunt animos: [d] nox aliis in audaciam, aliis ad formidinem opportuna: incerti ictus, vulnera improuisa: suorum atque hostium ignoratio: & montis anfractu repercussæ velut à tergo voces, adeò cuncta miscuerant, vt quædã munimẽta Romani, quasi perrupta, omiserint. Neque tamen peruasere hostes, nisi admodum pauci. cæteros, deleto promptissimo quoque aut saucio, adpetente iam luce trusere ad summa castelli, vbi tandem coacta deditio, & proxima [2] sponte inimicorum recepta. Reliquis quò minùs vi aut obsidio subigerentur, præmatura mõtis Hęmi & sæua hyems subuenit. At Romę cõmota principis domo, vt series futuri in Agrippinam exitij inciperet, Claudia Pulchra sobrina eius postulatur, accusante, Domitio Afro. Is recẽs prętura, modicus dignationis, & [e] quoquo facinore properus claresc̃ere, crimen impudicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in principem & deuotiones obiectabat. Agrippina semper atrox, tum & [f] periculo propinquæ accensa, pergit ad Tyberium, ac fortè sacrificantem patri reperit. Quo initio inuidiæ, [g] non eiusdem, ait, mactare diuo Augusto victimas, & posteros eius insectari: [h] non in effigies mutas diuinum spiritum transfusum, [i] sed imaginem [k] veram cœlesti sanguine ortã intelligere discrimen, suscipere sordes. frustra Pulchrã [l] præscribi, [k] cui sola exitij causa sit, quòd Agrippinã stultè prorsus ad cultum delegerit, oblita Sosiæ ob eadem adflictæ. Audita

1. sic lib. 4 hist. Cimbris captam cohortium signa, & [illegible] fœcas gloriantes ereptas, & hostes memoria cladis terrerentur, matrem fili, sororesque, fimul omnium coniuges, parentesque liberos confitteri à tergo iubet hostamenta victoriæ, vel pollis pudorem. & in vita Agric. omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt, nullæ Romanæ coniuges acer. dium, nulli parentes hęc reprobrantes sunt, &c.

2. permixtæ nihilominus hostibus, nec retrahentibus inimicis. Ita Varum Quintilium Cæsari propinquũ perditum corripit, vt infra dixit 4. sc.

1. accelerationi.

OBSERVATIONES.

a *Quibus victoria pene est in manu, horum si cedant, insignitius flagitium est.*

b *Propinqua spes victoriæ, & extrema iam salus sunt acerrima incitamenta virtutis.*

c *Multò audaciùs pugnatur in conspectu, ac sub oculis eorum, qui nobis sunt charissimi; & vnde eorum lamenta, & exhortationes exaudiri possunt, quàm ibi, vbi nulla res animos pugnantibus addere potest.*

d *Cùm acriter vtrinque pugnatur, nox alijs in audaciam, alijs in formidinem est opportuna; i. strenui & fortes milites audacius, atque acrius pugnant inter tenebras, ne fraudi, & insidijs hostium, quibus caligo, & opacitas est peropportuna, locus patefiat. at verò cæterorum ignauiæ, & torpedini tegendæ aptæ sunt tenebræ, inter quas fortis & strenuus ab ignauo, & meticuloso dignosci non potest.*

e *Permultos videre est, qui quid agant, nihil pensi habent, quoquo facinore properi claresc̃ere. i. auidi quidem sunt famæ; sed, vt supra dixit, malæ.*

f *Generosi animi non exiguum argumentum est, propinqui, & amici periculo accendi, & rebus illius dubijs prompta & salutari opera adesse.*

g *Colere memoriam defuncti, est posteros illius fouere. Illos insectari, est eum pariter, à quo orti sunt, odisse.*

h *Spiritus defuncti non transfunditur in effigies mutas; neque statuæ æquè illum referunt, ac liberi, veræ defunctorum imagines.*

i *Liberi sunt veræ defunctorum imagines.*

k *Obseruent aulici multis solam exitij causam esse, quòd ad cultum deligunt eos, qui principi sunt inuisi.*

hæc

hæc [a] raram occulti pectoris vocem elicuere; correptamque Græco versu admonuit, ideo lædi, [b] quia non regnaret. Pulchra, & Furnius damnantur. Afer primoribus [c] oratorum additus, diuulgato ingenio, & secuta adseueratione [d] Cæsaris, qua suo iure disertum eum appellauit. Mox capessendis accusationibus, aut reos tutando prosperiore eloquẽtiæ, quã morum fama fuit, nisi quòd ætas extrema multùm etiam eloquẽtię dempsit, dum [e] fessa mente retinet [f] silentii impatientiã. At Agrippina peruicax iræ, & morbo corporis implicata, cùm viseret eam Cæsar, profusis diu, ac per silentium lachrymis, mox [g] [1] inuidiam & preces orditur: subueniret [h] solitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam sibi: neque [i] aliud probis quàm ex [k] matrimonio solatium: esse in ciuitate, [2] Germanici coniugem, ac liberos eius recipere dignaretur. Sed Cæsar [1] non ignarus quantum ex Repub. peteretur, ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, [m] sine responso, quanquam instantem, reliquit. Id ego à scriptoribus annalium non traditum reperi in commentariis Agrippinę filiæ: quæ Neronis principis mater vitam suam & casus suo-

1. quia perfectum videbatur velle firmare se, sibique præsidii quærere aduersus offensiones Tyberij.

2. puto deesse vocem, qui.

OBSERVATIONES.

a *Princeps diligenter cauere debet, ne verbis contumacibus prouocatus, præsertim à consanguineo, atque adeò à fœmina, statim trascatur. sed prudentiæ documentum dabit, & moderationis, si raram occulti pectoris vocem emittet; contentus interim eo, vt, cuius verbis offensus est, hunc obliquè corripiat, illiusque vlciscendi occasionem tacitus expectet, & oblatam arripiat.*

b *Propinquus principis ideo lædituʳ, quia non regnat: hoc est, adeò molestè fert, alium, non se regnare, vt, quicquid agitur, id etsi nihil ad se pertinet, tamen ad contumeliam accipiat: nimirum, videtur quærere causas discordiarum aduersus principem; quem vnum rerum potiri, id verò æquo animo ferre nullo pacto potest.*

c *Oratorum plures erant gradus. nam vt quisque præcellebat, sic adseueratione principis primoribus addebatur.*

d *Adseueratio, & testimonium principis de doctrina, & præstantia alicuius multum illi splendoris & ornamenti affert.*

e *Cùm vis eloquentiæ nequaquam in verborum inani sonitu consistat, is cui etsi haud desunt verba, mens tamen aut morbo, aut senio fessa est, ipse sibi silentium imponere potius quàm copia verborum aures, & animos insuper auditorum onerare debet.*

f *Ferè fit, vt, qui loqui consueuit, hic admodum impatienter sileat.*

g *Aliquid à principe petiturus caueat, ne inuidiam, & preces simul misceat; hoc est, ita principem obsecret, vt eum non offendat.*

h *Solitudo in domo esse dicitur, cùm pater, materue familias fato functa est.*

i *Probis fœminis non aliud, quàm ex matrimonio solatium esse potest.*

k *Fœmina princeps, quæ non ignorat se multorum odiis, atque adeò iniuriis obnoxiam esse, debet sibi quærere præsidium in viro, cuius gratia, & autoritate subnixa suam, ac liberorum, si quos habet, dignitatem tueri possit. certè satis constat, viduas ab omnibus proteri.*

l *Vidua princeps, cui sunt liberi, memoria patris populo gratissimi, eademq; audax, & superba, cùm ad secunda vota transire vult, nimis alta spectare, hoc est, principatum ambire videtur. quippe hinc liberis, hinc mariti potentia subnixa, nihil in rep. non poterit, aut audebit. hæc ne cui nubat, prudens princeps diligenter si sapiet, cauebit, ne fortè sibi ipse in eo matrimonio perniciem inueniat.*

m *Qui si respondet, necessariò offensionem, aut metum si quem habet, indicaturus est, hunc nihil respondere, quàm se indicare præstat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum [a] posteris [b] memorauit. Cæterùm Seianus mœrentem & improuidam altiùs perculit, immissis qui [c] per speciem amicitiæ monerent, paratum ei venenum, vitandas soceri epulas. Atque illa [d] simulationum nescia, cùm [1] propter discumberet, non uultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos, donec aduertit Tyberius, fortè, an quia audiuerat? idque quò acriùs experiretur, poma, vt erant adposita, laudans, nurui sua manu tradidit. [e] Aucta ex eo suspitio Agrippinæ, & inctata ore seruis tramisit. [f] Nec tamen Tyberii vox coram secuta; sed obuersus ad matrem, non mirum, ait, si quid seueriùs in eam statuisset, à qua [g] veneficii insimularetur. Inde [h] rumor, parari exitium: neque id imperatorem palam audere, secretum ad perpetrandum queri. Sed Cæsar quò famam auerteret, [i] adesse frequens senatui, legatosque Asiæ ambigentes quanam in ciuitate templum statueretur, pluris per dies audiuit. Vndecim vrbes certabant pari ambitione, viribus diuersæ; neque multùm inter se distantia memorabant de vetustate generis, studio in populum Ro. per bella Persei & Aristonici, aliorumque regum. Verùm Hypæpeni, Trallianique Laodicenis ac Magnetibus simul tramissi, vt parum validi. ne Ilienses quidem cùm parentem vrbis Romæ Troiam referrent, nisi antiquitatis gloria pollebant. Paulùm addubitatum, quòd Halicarnassij mille & ducentos per annos nullo motu terræ [2] mutauisse sedes suas, viuoq; in saxo fundamenta tẽpli adseuerauerãt. Pergamenos (eo ipso nitebantur) [3] ędem Augusto ibi sitam satis adeptos creditũ. Ephesij Milesiiq; hi Apollinis, illi Dianæ ceremonia occupauisse [4] ciuitates visi. Ita Sardianos inter Smyrnæosque deliberatum. Sardiani decretum Ethruriæ recitauere, vt consanguinei. Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem diuisisse gentem: Lydum patriis in terris resedisse: Tyrrheno datum nouas vt conderet sedes. Et ducum è nominibus indi-

1. fortè, mutauisse.
2. nihil mutandum.
4. quinetiam, i. ceteris ferat ne non ad alios ea sacra & cæremonias pertinere, quàm Dianæ ad Ephesios, Apollinis ad Milesios, tanquam ab illis iure vsurpata.

OBSERVATIONES.

a *Scribere annales, aut historias, est cum posteritate loqui.*

b *Quid præclarius à principe præstari potest, quàm vt ipsemet scriptis mandet vitam suam, & casus suorum posteris memoret? nam etsi parcè de se scribat necesse est, tamen cum dignitate, & omnium verissimè scribere potest.*

c *Quid ficto, & simulato amico tetrius? plus certè cauendum ab hoc est, quàm ab hoste infensissimo. quippe, multi specie amicitiæ eò nos impellunt, vnde exitus est nullus.*

d *Simulationum nescius vix quicquam in aula principis agret, quod sibi conducat.*

e *Qui in conuiuio vnà cum cæteris discumbens nullos attingit cibos, ũ, alia nulla legitima causa apparente, satis ostendit, sibi inctam esse suspitionem, cibos veneno infectos esse.*

f *Etsi iustè commouemur, non tamen ita excandescere debemus, vt protinus, ac palam voces iracũdiæ plenas mittamus, hoc potissimùm principes diligenter obseruare debent; nam Regi, vt ait Seneca lib. 1. de clem. cap. 7. vociferatio quoque, verborumque intemperantia non ex maiestate est.*

g *Veneficium est illud crimen, cum quis venenum alii dat, aut dare in animo habet.*

h *Quàm sæpissimè fama est nuntia veri.*

i *Non est verisimile, eum, qui senatui frequens adest, & quotidie grauissimis reip. occupationibus distinetur, necem, aut perniciem alicuius machinari.*

ta vo-

ta vocabula, illis per Asiam, his in italiam: auctamque adhuc Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis, cui mox à Pelope nomen, simul literas imperatorum, & icta nobiscum fœdera bello Macedonũ, [a] vbertatemq; fluminum suorum, temperiem cœli, ac dites circùm terras memorabant. At Smyrnæi, repetita vetustate, seu Tantalus Ioue ortus illos, siue Theseus diuina & ipse stirpe, siue vna Amazonum condidisset, transcendere ad ea, quîs maximè fidebant, in popu. Rom. [b] officiis, missa naturali copia non modò externa ad bella, sed quæ in Italia tolerabantur: seque primos templum vrbis Romæ statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem iam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punica vrbe, & validis per Asiam regibus. simul L. Sullam testem adferebant, grauissimo in discrimine exercitus ob asperitatem hyemis, & penuriam vestis, cùm id Smyrnam in concionem nuntiatum foret, omnes qui adstabant, detraxisse corpori [1] tegmina, nostrisque legionibus mississe. Ita rogati sententiam patres, Smyrnæos [c] prætulerunt. Censuitque Vibius Marsus vt M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, super numerum legaretur, qui [d] templi curam susciperet. Et quia Lepidus ipse deligi se per modestiam abnuebat, Valerius Naso è prætoriis sorte missus est. Inter quæ diu meditato, prolatoque sæpiùs consilio, tandem Cæsar in Campaniam, [e] specie dedicandi templum apud Capuam Ioui, apud Nolam Augusto, sed certus procul vrbe degere. Causam abscessus, quanquam secutus plurimos autorum ad Seiani artes retuli, quia tamen cæde eius patrata, sex postea annos pari secreto coniunxit, plerunque permoueor, num ad ipsum referri veriùs sit, [f] sæuitiã ac libidinem cùm factis promeret, locis occultantem. Erant qui crederent in senectu-

1. vestes.

OBSERVATIONES.

a *Regionis hæ præcipuæ sunt laudes, vt habeat fluminum vbertatem, temperiem cœli, ac dites circùm terras.*

b *Officia in principem, aut in Remp. nunquam intermoriuntur; quin ipso tempore corroborantur; eorumque adeò remuneratio tum maximè apparet, cùm minimè expectatur. certè qui virtute, propriisque meritis nititur, solidiori haud dubiè fundamento subnixus est, quàm qui vetera tantùm & inania fabulis quàm fidei propiora, aut certè iam obliterata adducit.*

c *Quorum maiora erga nos beneficia, eaque insignia extant, hos à nobis, in eo, quod petunt, cæteris præferri æquum est.*

d *Eorum quæ ad religionem pertinent, potissima cura & à principe, à Senatu, & à magistratibus haberi debet.*

e *Callidus princeps, vt supra sæpiùs obseruaui, nunquam palam facit quo quidque consilio agat. sed species eas, quæ præ cæteris verisimiles videri possunt, quærit & obtendit.*

f *Princeps publico exitio natus cùm sæuitiam, ac libidinem factis promat, locis occultat. hoc est, cùm vtroque hoc ostento miseris modis remp. vexet, nullumque eius dictum, aut factum proferri possit, in quo non alterutrum promat, tamen loca abdita sectatur, tot certè flagitiorum pudore; ac ne ab iis, quos opprimit, conspiciatur, & dirum ipsius os denotetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

te quoque corporis habitum [a] pudori fuisse; quippe illi prægracilis & incurua proceritas, nudus capillo vertex, [b] vlcerosa facies, ac plerunque medicaminibus interstincta. & Rhodi secreto vitare cœtus, [c] reconderе voluptates insuerat. Traditur etiam matris impotentia extrusum, [d] quam dominationis sociam aspernabatur, neque depellere poterat, cùm dominationem ipsam donum eius accepisset. Nam dubitauerat Augustus Germanicum sororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanę imponere, sed precibus vxoris euictus, Tyberio Germanicum, sibi Tyberium adsciuit, idque Augusta exprobrabat, reposcebat. Profectio arcto comitatu fuit, [e] vnus senator consulatu functus Cocceius Nerua, cui legum peritia: eques Romanus, præter Seianum, ex illustribus Curtius Atticus. Cæteri liberalibus studiis præditi, ferme Græci, [g] quorum sermonibus leuaretur. Ferebant periti cœlestium, iis motibus syderum excessisse Roma Tyberium, vt reditus illi negaretur. Vnde [h] exitij causa multis fuit, properum finem vitæ coniectantibus, vulgantibusque. [i] neque enim tam incredibilem causam prouidebant, vt vndecim per annos libens patria careret. Mox patuit breue

OBSERVATIONES.

a *Non est nouum, corporis habitum quibusdam pudori esse; idque huc vsque, vt malint, occultis in locis, vbi à nullo conspici possint, degere, quàm sub omnium oculis versari.*

b *Non quisquis temperans videtur, is ipsa vt temperans est: quippe quidam hactenus astuti sunt, vt secreto vitent cœtus non ad vitandas, sed ad recondendas voluptates: cuiusmodi est illud lib. seq. de Tiberio, & sæpe in propinqua digressos, editis iuxta Tyberim hortis, saxa rursum, & solitudinem maris repetiit, pudore scelerum, & libidinum; quibus adeò in domitis exarserat, &c.*

c *Hæc est natura principatus, vt socium, qui princeps est, ferre possit neminem.*

d *Id quod solo alicuius beneficio habeo, id ipsum illi extorquere non possum. Itaque cui ipse dominationem acceptam refero, quominus & is quoque dominetur, ægrè efficiam.*

e *Dij boni, quid non possunt vxores apud suos viros? certè tantum, vt eos licet homines constantissimos sententia dimouere valeat, neque id solum in re priuata, nam & id ferri aliquo pacto posset; verum etiam in iis, quæ inter mortales maxima, & summa sunt.*

f *Inter eos, qui peregrinantem principem comitantur, primum locum tenent ij, quorum consiliis adiuuari in administratione imperij potest. horum præcipui sunt homines summis magistratibus functi, idemque legum periti. his proximi sunt illi, quos princeps ad interiorem illam suam amicitiam assumpsit, quorum opera, & fidelitate vti in maximis rebus potest. Postremò & homines liberalibus studiis præditi, quorum sermonibus princeps, & dulcedine doctrinæ leuari potest. Primi adiumento & præsidio principi, & reip. sunt; hi rerum grauitate, summisque curis fessum honesto oblectamento reficiunt.*

g *Licet quidem principi vti delinimentis curarum: sed iis, quæ & honesta, & fructuosa sunt; cuiusmodi sunt sermones eorum, qui liberalibus artibus præditi sunt, & similibus: non autem morionibus, ac cæteris personis turpibus, & infamibus, quibus plurimi principum plus æquo operam dant.*

h *Rimari ea, quibus salus principis continetur, eiusque mortem ex motibus syderum coniectare, & vulgare impium est, idque multis fuit causa exitij.*

i *Sæpe illa eueniunt quæ ne prudentissimus quidem prouidere potest.*

confinium

[a] cõfinium artis, & falsi, veraque quàm obscuris tegerẽtur. Nam in vrbem non regressurum, haud forte dictum. Cæterorum nescij egere, cùm propinquo rure, aut litore, & sæpe mœnia vrbis adsidens extremam senectã compleuerit. Ac fortè illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum auxit vana rumoris, præbuitque ipsi materiem cur amicitiæ, constantięque Seiani magis fideret. Vescebantur in villa, cui vocabulum Speluncæ, mare Amuclanum inter Fundanosque montes, natiuo in specu. eius os lapsis repente saxis, obruit quosdam ministros. Hinc metus in omnes, & fuga eorum qui conuiuium celebrabant. [b] Seianus genu, vultuque & manibus super Cæsarem suspensus oppositus sese incidentibus, atque habitu tali repertus est à militibus qui subsidio venerant. Maior ex eo, & [c] quanquam exitiosa suaderet, vt [d] non [1] sui anxius, cum fide audiebatur. [e] Adsimulabatque iudicis partes aduersus Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem proximum successioni, & quanquam [f] modesta iuuenta, plerunque tamen quid in præsentiarum conduceret, oblitum, dum à liber-

1. sed vultui principis.

OBSERVATIONES.

a *Qui ex motibus syderum futura prædicunt, sciant, suæ artis admodum breue esse confinium; atque adeò esse vanam. id quod hic Tacitus planum facit. neque enim Tiberium non rediturum in vrbem forte dictum fuit: id quod si dixissent mathematici, verum haud dubiè dixissent; sed in eo vanitatis manifesti fuerunt, quòd affirmarunt, reditum illi denegari; id quod si, vt oportet, mentem potiùs loquentis, quàm verba spectamus, falsum fuit. nam cum sæpe mœnia vrbis adsideret, adiretque hortos iuxta Tyberim, vt est lib. seq. ac demùm, vt alibi ait, plerunque itineribus ambigens patriam, & declinans, certe redisse eum dici poterat, quamuis vrbem non ingrederetur. at certè verum est, illum tecta vrbis non adisse, quis negat? sed hoc, quicquid est veri, tantillum certè est, totque involucris tegitur, vt, nihil minus quàm illos, quid futurum esset, fosse dici possit. certè res ipsa docet, illos ipsos huius artis professores, plerunque quid sibi velint & quod ante pedes est, nescire, nedum vt alius, quid sydera portendant, demonstrare possint. de hac tamen arte ita loquitur Tacit. lib. 6. Annal. Cæterum, inquit, plurimis mortalium non eximi, quin primo cuiusque ortu ventura destinentur. sed secus, quàm dicta sint, cadere, fallaciis ignara dicentium. ita corrumpi fidem artis, cuius clara documenta antiqua ætas, & nostra tulerit.*

b *Cui fortuna fauet, huic omnia, etiam illa, quæ casu accidunt, præterque spem, prospera eueniunt. proh Deus! quid Seiano magis ex voto accidere potuit, quàm vt in illo periculo Tiberium protegeret suo corpore, eoque habitu à militibus reperiretur?*

c *Cuius fidem (nec refert illa simulata sit, an vera) princeps erga se perspexit, atque adeò persuasus est, illum sibi præ cæteris egregiè fidelem esse, potest hic impune, quamuis exitiosa suadere. Ideo princeps diligenter cauere debet, ne vni alicui tantùm tribuat, vt non alium aliquem ad suum quoque consilium admittat; siquidem proprio iudicio persæpe falli potest.*

d *Is optimam operam principi præstare dicitur, qui non sui, sed vnius principis anxius, quæ illi salutaria esse putat, promit. hic certè cum fide à principe audiri potest.*

e *Callidissima ratio perdendi aduersarij hæc est, non vt eum ipse accuses, sed alium subdas; qui accusatoris nomen sustineat; ac tu interim partes iudicis adsimules, quasi nullis priuatis odiis, aut affectionibus permixtus, sed solo iure, & vna æquitate subnixus.*

f *Modesta iuuenta non minimam laudem tribuit principi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis & clientibus apiscendæ potẽtiæ properis [a]extimulatur, vt erectum & fidentem animi ostenderet: velle id pop. Rom. cupere exercitus. Neque ausurum contra Seianum, qui nunc patientiam senis, & segnitiem iuuenis iuxta insultet. Hæc atque talia audienti, nihil quidem prauæ cogitationis, [b]sed interdum [c] voces procedebant contumaces, & [d]inconsultæ: quas adpositi custodes exceptas [e] auctasque cùm deferrent, neq; Neroni defendere daretur, [f] diuersæ insuper [g] solicitudinum formæ oriebantur. Nam alius occursum eius vitare, quidã salutatione reddita statim auerti, plerique incœptum sermonẽ abrumpere; insistentibus cõtra, inridẽtibusque qui Seiano fautores aderãt. Enimuero Tyberius [h] toruus, aut falsũ [i]renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret iuuenis, [k]crimen ex silentio, ex voce. ne nox quidem secura, cùm vxor [l] vigilias, somnos, suspiria [m] matri Liuiæ, atque illa Seiano patefaceret. Qui fratrẽ quoque Neronis Drusum [1] traxit in [2] partes, spe obiecta principis loci, si priorẽ ætate & [n] iam [3]labefactũ demouisset. Atrox Drusi ingeniũ, super cupidinẽ potẽtiæ, & solita [4] fratribus odia, accẽdebatur inuidia, quòd mater Agrippina[o] prõ-

OBSERVATIONES.

a *Princeps, cuius haud dubia successio est, non semper debet auscultare familiares, amicos, clientesque suos adipiscendæ potentiæ properos, à quibus ad ea extimulatur. quæ ei, qui rerum potitur, semper fere suspicaci so, suspitionem intendere possunt, ne sibi exitium prius creet, quàm imperium adipiscatur: siquidem multos præposterа festinatio pessum dedit.*

b *Non semper voces contumaces, & inconsultæ sunt indicia prauæ cogitationis, potissimùm in principe adolescente.*

c *Sedulò cauendum est, ne voces contumaces, & inconsultas emittamus; ne quisquam suspicari possit id à nobis animo agitari, quod illæ voces indicant.*

d *Raro fit, vt delator exceptas voces, vt sunt, deferat, quin eadem opera eas in maius augeat.*

e *Qui scit de se aliquid esse relatum ad principem, id protinus refellere, si potest, debet; ne si id non confutauerit, illa suspitio principis animum insideat.*

f *Semel suspectus seu loquitur, seu tacet, tam ex silentio, quàm ex voce crimen in eum oritur.*

g *Vigiliæ, & suspiria indicant animum anxium, & plura, quàm videri fortasse potest, cogitantẽ.*

h *Etsi muliebri suauitate leuari quisque potest maximis curis, tamen vt sæpiùs monui, diligenter cauendum est, ne, quod arcanum esse volumus, id per nos vxori palam fiat. siquidem secreta cuiusque à nullo magis, quam ab vxore prodi possunt.*

i *Qui aliquem euertere studet, is quibus artibus maximè potest, eos, qui illi sanguine sunt proximi, quibusque ille se, & sua omnia meritò credit, allicit, ac trahit in suas partes, eam spem illis ostendens, qua nullam maiorem cuiquam accidere posse scit.*

k *Qui id agit, vt aliquem euertat priùs eum sensim labefacit; post hæc faciliùs eum loco dimouet, postremò planè euertit, atque opprimit.*

l *Rarò accidit, vt fratres principes ament inter se. Itaque in iis, quæ pertinent ad regnum, seu principatum, nulla causa est, quamobrem frater fratri fidere debeat, quippe sæpiùs, experientia duce, cognitum est, duos inter fratres, obiecta vtrique spe principi, loci, acerrima odia oriri; quæ persæpe usque eò progrediuntur, vt neuter priùs quiescat, quàm æmulum fratrem labefecerit, demouerit, oppresserit.*

m *Non dici potest, quantopere erret princeps, cui sunt duo filii, si se alteri proniorem ostendit: ac non vtrunque pari beneuolentia complectitur. siquidem is, qui sibi fratrem præferri videt, haud dubiè accenditur inuidia, id quod si modicis penatibus exitiabile est, eccui dubium est, quin hac principum fratrum æmulatione, atque adeò acerrimis odiis Resp. miserè distrahatur?*

ptior

ptior Neroni erat. Neq; tamen Seianus ita Drusum fouebat, [a] vt nõ in eũ quoq; femina futuri exitij meditaretur, gnarus præferocẽ, & [b] insidiis magis opportunum. Fine anni excessere insignes viri, Asinius Agrippa claris maioribus [c], quàm vetustis, vitaque non degener. Et Q. Haterius familia senatoria, eloquentiæ quoad vixit, celebratæ. Monimenta ingenii eius haud perinde retinentur. Scilicet, [d] impetu magis, quàm cura vigebat. Vtque aliorum meditatio & labor in posterum valescit, sic Haterii canorum illud & profluens, cum ipso simul extinctum est. M. Licinio, L. Calpurnio cos. ingentium bellorum cladem [e] æquauit malum improuisum. Eius [1] initium simul & finis extitit. Nam cœpto apud Fidenam amphitheatro Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit, vt qui non [f] abundãtia pecuniæ, nec municipali ambitione, [g] sed in sordida mercede id negotium quæsiuisset. Adfluxere auidi talium, imperitante Tyberio, [h] procul voluptatibus habiti, virilis ac muliebris sexus, omnis ætas, ob propinquitatẽ loci effusiùs. Vnde grauior [2] pestis fuit, [3] conferta mole, dein conuulsa, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortaliũ spectaculo intentos, aut qui circum adstabant præceps trahit, atque operit. Et illi quidem quos principium stragis in mortem adflixerat, [4] vt tali sorte cruciatum effugere. [i] Miserandi magis quos, abrupta parte corporis, nondum vita deseruerat, qui per diem visu, per noctem [5] vlulatibus & gemitu, coniuges aut liberos noscebant. Iam cæteri fama exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari. Etiam quorum diuersa de causa amici, aut necessarii aberant, pauere tãmen: neque dum comperto quos illa vis perculisset, [k] latior ex incerto metus. Vt cœpere dimoue-

1. i. non priùs cœpit quàm desit.

2. clades, strages
3. i. cùm eam in ædificio ingens multitudo.
4. i. quod ipsis leuissimum in tali calamitate accidere poterat.
5. coniugum, & liberorum.

OBSERVATIONES

a *Callidi, & astuti aulici vel eos, quibus non bene cupiunt, colunt, aut se colere egregiè simulant; nempe, vt hac ratione quò volunt, perueniant; ac tandem hos ipsos, per quos factum est, vt sibi optata contigerint, pariter euertant.*

b *Præferoces homines, ac proinde aperti, minùs cauti plerunque sunt, ac magis insidiis opportuni quàm cæteri, qui animi sensus abdere, & premere nesciunt.*

c *Differunt claritudo generis, & vetustas.*

d *Qui impetu magis, quam studio, & cura valent, idipsum, quo plus possunt, cum ipsis simul extinguitur. contra, quæ meditatione, & labore fiunt, ea in posterum valescunt. Itaque quisque sui ingenij monimenta æternùm retineri, eorumque autoritatem gliscere cupit, nihil nisi meditatũ, & elaboratum ædere debet.*

e *Mala intestina, potissimùm improuisa, æquant clades ingentium bellorum.*

f *Abundantia pecuniæ, atque ambitione magna negotia interdum suscipiuntur, etsi non necessaria.*

g *Qui sordidam ob mercedem aliquid conficiendum suscipit, vix ea in re cum laude versari potest.*

h *Sæuitia tyranni adeò vniuersam remp. complectitur, vt illo imperitante, homines fere procul voluptatibus habeantur, nihilque nisi mœstum, & atrox conspiciatur.*

i *Quos mors miseriæ eripuit non tam sunt miserandi, quàm qui diuersis cruciatibus etiam conflictantur.*

k *Publica mala ad singulos pertinent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri [1] obruta, concursus ad exanimos complectentium, osculãtium. Et fæpe certamen si confusior facies, & par forma, aut ætas erroré adgnoscentibus fecerat. Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata vel obtrita sunt. [a] Cautumque in posterum senatusconsulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res; neue amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ. Atilius in [b] exilium actus est. Cæterùm sub recentem cladem patuere procerũ domus, fomenta, & medici passim præbiti. Fuitque vrbs per illos dies, quãquam mœsta [2] facie, veterum institutis similis, [c] qui magna post prælia saucios largitione, & cura sustentabant. [d] Nondum ea clades exoleuerat, cùm ignis violentia vrbem vltra solitum adfecit, deusto monte Cælio. [3] feralemque annum ferebant, & omnibus aduersis susceptum principi consilium absentiæ, qui [e] mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes, nî Cæsar obuiam isset, [f] tribuendo pecunias [g] ex modo detrimenti. [h] Actæque ei grates apud senatum ab inlustribus: [i] famaque apud populum, [k] quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & vltro accitos munificentia iuuerat. Adduntur sententiæ, vt mons Cælius in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circùm flagrantibus, [l] sola Tyberij effigies sita in domo Iunij senatoris inuiolata mansisset. Euenisse id olim Claudiæ Quintiæ, eiusque statuam vim ignium bis elapsam maiores apud ædem Matris deûm consecrauisse: sanctos acceptosque numinibus Claudios: & augendam [m] cęremoniam loco, in quo tantum in

1. erabet, alteres, & cætera ex quibus commentat amplificatram.

2. propter casus atrocitatem.

3. diram & funestum.

OBSERVATIONES.

a *Malis præteritis doceri debemus qua ratione futuris obuiam iri debeat.*

b *Atrocitas facinoris non tam ex eo quod accidit, quàm ex animo illius vnde damnum profectum est spectari debet: ac proinde pœna nõ ex magnitudine damni, sed ex dolo illius, qui damnum dedit, statuenda est.*

c *Post magna prælia, atque insignes clades sauciis, aut grauiore aliquo casu afflictis eorum benignitate, largitione, & cura, ad quos calamitas non peruenit, sustentari debent.*

d *Ferè fit, vt, nunquam sola aliqua clade homines conflictentur, quin alia insuper ad superiorem accedat, ac mala malis cumulentur.*

e *Vulgo mos est, fortuita, si improspera sunt, ad principum, & potentiorum culpam trahere.*

f *Cùm populus insigni aliqua clade est affectus, cum princeps, nullis cuiusquam precibus, sed vltro sua benignitate, & munificentia iuuare, ac solari debet. Hinc certè famam liberalitatis, quæ maxima est, & insignem apud omnes laudem consequetur.*

g *Benignè fieri non promiscuè, nulloque delectu, sed ex modo necessitatis singulorum, à principe debet.*

h *Siquid princeps suopte ingenio præclarè fecit, nunquam omittendæ sunt gratiarum actiones; vt intelligat, ex benefactis nonnisi prosperam apud omnes famam oriri.*

i *Mens multitudinis non planius cognosci potest, quàm ex ea fama, quam ipsa vulgat.*

k *Ea demum grata est beneficentia, & liberalitas, quæ confertur in ignotos, & vltro accitos, sine ambitione, aut cuiusquam precibus.*

l *Ei Dij fauere videntur, cuius effigies, ac statuas inuiolatas inter incendia, & ruinas seruant.*

m *Quo in loco aliquid insigne accidit, præcipuè quod verti potest in laudem principis, ei loco dignitas addi debet.*

princi-

principem honorem dij ostenderent. Haud fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, [a] quòd talis syluæ frequens, fœcundusque erat: mox Cælium appellatum à Cæle Vibenna, [b] qui dux gentis Ethruscę cùm auxilium appellatũ ductauisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit. Nam scriptores in eo dissentiunt. Cætera non ambigua sunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitauisse, vnde Thuscum vicum è vocabulo aduenarum dictum. Sed vt studia procerum, & largitio principis aduersum casum solatium tulerant, ita accusatorum maior in dies & infestior vis sine leuamento grassabatur. corripueratque Varum Quintilium diuitem, & Cæsari propinquum Domitius Afer Claudiæ Pulchræ matris eius condemnator, nullo mirante quòd diu egens, & parto nuper [1] præmio malè vsus, [c] plura ad flagitia accingeretur. P. Dolabellam socium delationis extitisse miraculo erat; quia claris maioribus, & Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamẽ senatus, & opperiendũ imperatorẽ cẽsuit. Quod vnũ vrgẽtiũ malorũ suffugiũ in tẽpus erat. At Cęsar dedicatis perCãpaniam tẽplis, quanquam edicto monuisset, ne quis quietem eius irrumperet, [d] concursusque oppidanorum, dispõsito milite, prohiberentur, perosus tamen municipia, & colonias, omniaque in continenti sita, Capreas se in insulam abdidit, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorij diiunctam. [e] Solitudinem eius placuisse maximè crediderim, quoniam importuosum circa mare, & vix modicis nauigiis pauca [2] subsidia. Neque adpulerit quisquam [f] nisi gnaro custode. Cœli temperies hyeme mitis, obiectu montis, quo sæua ventorum arcentur. Æstas in Fauonium obuersa, & aperto circùm pelago peramœna. Prospectabatque pulcherrimum sinum, antequam Vesuuius mons ardescens faciem loci verteret. Gręcos ea tenuisse, Capreasque Thelebois habitatas fama tradit. Sed tum Tyberius duodecim villarum nominibus, & [g] molibus insederat,

1. nam primo tribunorum additum, & à Cęsare dictum ut appellatur.

2. Ubi rupta, vbi fluctus sũ arrollantur, & in quibus nauigia subsidunt, i. vi ventorum non iactantur, à sub fido, quod sit, deriuatio: ac dicuntur ferè de mari, & dominibus. Virg. i. Aneid. Subduxere rates, tumulisque sub ast ronantis Stemimus æquora aquæ. Oui. 1. Metam. Flumina subsidit collesque vasta videntur.

OBSERVATIONES.

a *Locis nomina imponuntur ducta à copia earum rerum, quibus maximè abundant.*

b *Nomina prisca mutantur, nouaque imponuntur ex eo, quod ibi insignitius postea accidit, neque est nouum, aduenas locis, quæ insederunt, nomina imponere.*

c *Qui diu egentes fuerunt, siquid sibi, ob flagitia pepererunt, non est mirandum si eo illecti ad plura flagitia accinguntur. nam spes improbissimas complectantur insperata assecuti.*

d *Si princeps solitudine delectatur, adirique à nemine vult, dispõsito vbique milite, hominum concursus prohibeat. hac ratione nemo quietem eius irrumpet.*

e *Solitudo iis maximè iucunda est, qui è multitudine negotiorum se in eam, tanquam in tutissimum portum abdunt.*

f *Ea loca dicuntur tuta, quò non adpulerit quisquam, nisi gnaro custode.*

g *Merito irrideri potest princeps, qui relicta mole imperii, cui vni perpetuò insidere debet, vitam degit in villis, earumq; nominibus, & molibus insidet. Hic certè locus nihil aliud continet, quàm meram irrisionem Tiberii, qui reip. curam, quæ est vicis maximæ, & ingentis molis, ideo omiserat, vt duodecim villas regeret, ac si essent diuersa nationum nomina, & ingens imperii moles.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] quàtò intentus olim publicas ad curas, tãtò [a] occultior in luxus, & [b] malũ otium resolutus. Manebat quippe suspicionum, & credendi temeritas, quam Seianus augere etiam in vrbe suetus, acriùs turbabat, non iam occultis aduersum Agrippinam, & Neronem insidiis, quis additus miles nuntios, introitus, aperta, secreta velut in annales referebat, vltroque [c] struebantur qui monerent, perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori effigiem diui Augusti amplecti, populumque ac senatum auxilio vocare. Eaque spreta ab illis, [d] velut pararent, obiiciebantur. Iunio Sillano, & Silio Nerua Coss. fœdum anni principium incessit, tracto in carcerem inlustri equite Romano Titio Sabino, [e] ob amicitiam Germanici. Neque enim omiserat coniugem, liberosque eius percolere, sectator domi, comes in publico, post tot clientes vnus, [f] eoque apud bonos laudatus, & [g] grauis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petitius Rufus, M. Opsius prætura functi adgrediuntur, cupidine consulatus, [h] ad quem nonnisi per Seianum aditus. Neque Seiani voluntas [i] nisi scelere quærebatur. [k] Compositum inter ipsos, vt Latiaris, qui modico vsu Sabinum contingebat, strueret dolum, cæteri testes adessent:

OBSERVATIONES.

a *De nemine rectè iudicari, nisi post supremum eius fatum, potest. quippe, neque nouum, neque mirandum est, principes non paucos reperiri, qui quantò olim intenti publicas ad curas fuerunt, tantò postea sunt oculatiores in luxus, malumque otium resoluti.*

b *Malum otium dicitur illud, cùm quis luxuria diffluit, & lasciuia; atque adeò vbi nihil nisi illicitum, turpe, reiquepub. perniciosum & patratur, & cogitatur. certè malo principis otio resp. nihil quicquam magis exitiabile accidere potest.*

c *Qui se principi iam suspectum esse scit, is si sapiet, credet nemini; ne eos quidem excipio, qui per speciem amicitiæ, ipsi quæ vtilia, & honesta videri possunt, suadent.*

d *Sæpe ea hominibus obiiciuntur, non quæ fecerunt, sed quæ ipsos aut posse, aut in animo habere verisimile est.*

e *Supra obseruaui, amicitiam illorum, qui principi sunt suspecti, aut inuisi, nonnisi infaustam esse posse.*

f *Amicus certus is verè dici potest, qui amico, tempore ipsius difficillimo, cumque ab omnibus desertus est, post tot alios amicos vnus fidem suam tam publicè quàm priuatim, atque adeò in summo illius discrimine, præstare pergit. hic verò etsi fortè iniquis grauis est, tamen apud bonos ingentem laudem adipiscitur.*

g *Ita comparatum est, vt apud bonos laudati graues sint iniquis.*

h *Qui intima principis amicitia iam potens est, is tam & retinebit, & augebit, si, quibus rebus maximè poterit, dabit operam, vt ad maiores magistratus nonnisi per se vnum aditus sit.*

i *Quemadmodum hominum virtute præstantium benevolentia nonnisi præclarè factis conciliatur, ita improborum hominum voluntas nisi scelere quæri potest.*

k *Vsque eò mortalia pectora cogit ambitio, vt nullum tam fœdum, tamque atrox facinus sit, quod admittere vereantur homines, non solùm amicos (id quod turpissimum est) deserunt, sed innocentibus periculum capitis, & ignominiæ creant: impurissimis hominibus turpissimè seruiunt, vt probos euertant: denique priscinæ, si qua vnquam in illis fuit, probitatis vsque eò sunt immemores, vt omni se flagitiorum genere inquinare haud vereantur.*

dein-

deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris [a] iacere fortuitos primũ sermones: mox laudare [b] constantiam, quòd non vt cæteri, [c] florentis domus amicus, adflictã deseruisset: simul honora de Germanico, Agrippinam miserans differebat. Et postquam Sabinus ([d] vt sunt molles in calamitate mortalium animi) effudit lacrymas, iunxit questus, audentiùs iam onerat Seianum, [e] sæuitiam, superbiam, spes eius: [f] ne in Tyberium quidem conuicio abstinet. Iique sermones, [g] tanquam [1] vetita miscuissent, speciem arctæ amicitiæ facere. Ac iam vltro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, [h] dolores suos quasi ad fidissimum deferre. Cõsultant quos memoraui, quonam modo ea plurium aũditu acciperentur. [i] Nam loco, in quem coibatur, seruanda solitudinis facies, & si pone fores adsisterent, [2] metus visus, sonitus, aut fortè ortæ [3] suspiciones erant. [k] Tectũ inter & laquearia tres senatores, haud minùs turpi latebra, quàm detestanda fraude sese abstrudunt, foraminibus & rimis aurem admouent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domũ & in cubiculum trahit. Præteritaq; & instantia, quorũ adfatim copia, ac nouos terrores cumulat: Eadem ille, & diutius, quando

1. fol. 14. Ann. quasi fœdia conscientiæ.

2. metuebant ne ab aliquo conspicerentur. quæ lectio vetus & antiquior mihi est quàm quæ est in codice Plantini.

3. tunc ex improuiso.

OBSERVATIONES

a *Qui vel ipsos abditos animi sensus alicuius introspicere vult, is non protinus de eo, quo d scire cupit, sed aliis de rebus, prout ratio temporis postulabit, fortuitos, ne ars cognoscatur, sermones primùm iaciat; nimirum, sibi fidem sensim præstruat apud eum, à quo aliquid elicere intendit. nam tandem quasi aliud agens id, quod vult, cognoscet.*

b *Non deserere amicum, vel difficillimo ipsius tempore, est in amicitia constantem esse. quæ virtus quò rarior, hoc hominibus gratior, atque admirabilior est.*

c *Hic est mos illorum qui prosperam fortunam amici potiùs, quàm amicum sectantur, & amant, vt, florentis sint amici; eundem afflictum continuò deserant.*

d *Mortalium animi sunt molles in calamitate; hoc est, paruo negotio adduci possunt, vt quibus malis conflictantur, hæc amico, quem sibi fidum existimant, aperiant; veluti hac ratione suarum calamitatum partem apud alterum se deponant.*

e *Eorum qui principis amicitia prepotentes sunt, vitia plerunque hæc sunt: sæuitia, superbia, nimiæ spes. sic lib. 4. hist. Auaritia & superbia præcipua validiorum vitia.*

f *In principem, quamuis atrocem & tyrannum, vir prudens conuicio semper abstinebit. quippe, magis periculosum est de eo cõtumeliosè loqui, quàm fortassè perniciosum in illum coniurare.*

g *Argumentum arctæ amicitiæ est, vetita miscere; hoc est, ijs de rebus sermones habere quæ vsqueadeo vetitæ sunt, vt siquid tale emanet, in eo, is qui huiusmodi sermones habuit, sibi perniciem inueniat.*

h *Inter cæteras amicitiæ suauitates hæc etiam meritò connumerari potest, vt amicus ad fidissimum suos dolores deferat.*

i *Qui secretos alicuius sermones excipere, & abditos illius sensus elicere, ac perspicere vult, is, si tam sordido, abiectoque animo est, eam rationem sequatur, quam hoc loco scribit Tacitus Latiarem, & socios impurissimos homines sequutos esse.*

k *Nonnisi improbus, & impurus est is, qui ea mente ibi, vi bi minimè decet, latet, & foraminibus, & rimis aurem admouet, vt alicuius sermones excipiat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mœsta, vbi semel prorupere difficiliùs [b] reticentur. Properata inde accusatio; missisque ad Cæsarem literis, ordinem fraudis, [c] suumque ipsi dedecus narrauere. [d] Non aliàs magis anxia & pauens ciuitas, etiam aduersum proximos. Congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari; etiam [e] muta atque inanima, tectum, & parietes circunspectabantur. Sed Cæsar solennia incipientis anni Kal. Ianuarias epistula [f] precatus vertit in Sabinum, corruptos, quosdam libertorum, & petitum se arguens, vltionemque [g] haud obscurè poscebat. Nec mora, quin decerneretur; & trahebatur damnatus, quantum obducta veste, & adstrictis faucibus niti poterat, clamitans, Sic inchoari annum, has Seiano [f] victimas cadere. quò intendisset oculos, quò verba acciderent, fuga, vastitas, deseri itinera, fora: & quidam regrediebantur, ostentabantque se rursum, [g] id ipsum pauentes quod timuissent. Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter sacra & ve[i]a, quo tempore [h] verbis etiam [i] profanis abstineri mos esset, vincla & laqueus inducantur? [i] Non [i] imprudentem Tiberium tantam inuidiã adisse [k] quæsitum; [l] meditatumque, ne quid impedire credatur, quò minus noui magistratus quo modo delubra & altaria, sic carcerem reclu-

1. sorte, reiect. 2. vt lib. 14. 3. Ignominiã, & vix lecera dominum sine formidine. 4. quia erat Pontifex maximus. 5. quæ de aliis eiusmodi habentur, quidam quæ fa. cta sunt. 6. hunc locum alibi ex omnibus huius alijs, quæ videtur exemplaris, ipse ita interpretatus, & ex difficili facilem fecit. 7. à prudentibus ideoque quibus ea pro cepta fides diligenter scrutandi.

OBSERVATIONES.

a *Ita comparatum est, vt calamitates, quæque mœrore nos afficiunt, vbi semel prorupere, difficiliùs reticeantur. Siquidem liberiùs & audentiùs de ijs loquentes animum exoneramus.*

b *Qui aliquid arcani cum amico loquitur, quod contra principem aut remp. referri potest, is etiam atque etiam circumspectet, an aliunde sua verba exaudiri, & excipi possint. nimirum, verissimum illud verbum est; Vel ipsis parietibus suis esse aures.*

c *Qui aliquẽ accusat, obijcitque ei sermones secum arcanò habitos, is illius sermones prodere non potest, quin eadem opera suum dedecus narret. nam, dij boni, quid fœdius dici potest, quàm quod tuæ fidei, & taciturnitati concreditum est, id non modò enuntiare, verùm etiam inde amico necem, & perniciem promere?*

d *Alienis periculis recentibus mirum dictu est, quantopere homines terreantur.*

e *Cùm princeps dolores, metusque suos Senatui fatetur, haud obscurè eorum vltionem petit.*

f *Qui tantum potest, vt innocentem perdere valeat, hic illi tanquam victima cadere dicitur.*

g *Qui ideo timet, quòd in alium animaduerti vidit, illiusq; ideo aspectum fugitat, hic verò videtur eiusdem flagitij sibi esse conscius.*

h *Festis sollemnibus dictas non modò quenquam ad supplicium trahi dirum & nefas est; verùm etiam ipsis verbis profanis est abstinendum.*

i *Obseruet nouus princeps sibi diligenter esse cauendum, ne mores, & veteres reip. consuetudines ipse immutasse dici possit. Quòd siquid nihilominus aduersus leges, & consuetudines agere instituit, eius rei patrandæ modum ita inueniat, vt neque impediat solita magistratuum munia, neque quicquam noui in remp. inducat. certè Tiberius, ne quisquam de eo conqueri posset, quòd Kal. Ian. magistratus impedirentur carcerem, vt moris erat, recludere, Sabinum illo ipso die ad supplicium trahi voluit; hoc est, simul illum opprimere, & nihilominus permittere magistratibus, vt suum munus, sine sua ipsius inuidia, exequerentur. nam si magistratus vnius Sabini causa carcerem non reclusissent, id haud dubiè ipsi Tiberio non parum inuidiæ allaturum erat, quia contra morem id fiebat. quòd si carcerem reclusissent, eaque ratione vinclis soluens iudicum sententias euasisset, illius vltione Tiberio haudquaquam satisfactum esset. hanc ob causam, viam Tiberius reperit, qua & vltioni suæ consuleret, & inuidiam violati moris antiqui vitaret.*

dant.

dant. Secutæ insuper literæ, grates agentis, quòd hominem [a] infensum Reip. puniuissent, adiecto, trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum insidias, [b] nullo nominatim compellato. Neq; tamen dubitabatur in Neronem & Agrippinam intendi. Ni mihi destinatum foret, [c] suum quæque in annum referre, auebat animus antire, statimque memorare [d] exitus, quos Latinius atque Opsius, cæterique flagitij eius repertores habuere, non modò postquam C. Cæsar rerum potitus est, sed incolumi Tyberio: qui scelerum ministros vt peruerti ab aliis nolebat, ita plerunque [e] satiatus, & oblatis in eandem operam recentibus, veteres & prægraues adflixit. Verùm has, atque alias sontium pœnas in tempore trademus. Tum censuit Asinius Gallus, cuius liberorum Agrippina matertera erat, petendum à principe, vt metus suos senatui fateretur, amouerique sineret. Nullam æquè Tyberius, vt rebatur, ex virtutibus suis quàm [f] dissimulationem diligebat. Eò [g] ægriùs accepit, recludi quæ premeret. Sed mitigauit Seianus non Galli amore, verùm vt cunctationes principis aperirẽtur, [h] gnarus [i] lentum in meditando, vbi prorupisset, [k] tristibus dictis atrocia facta coniungere. Per idem tempus Iulia mortem obiit, quam neptem Augustus conuictã adulterij damnauerat, proieceratq; in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus. Illic viginti annis exilium tolerauit, Augustæ ope sustentata; quæ florentes priuignos cùm per occultum sub-

1. quàm ab vltio le.

OBSERVATIONES.

a *Tyranni quos ferre non possunt, hos veluti reip. infensos euertunt.*

b *Non est e dignitate principis, vt eos, publicis in scriptis nominet, quos sibi infensos esse putat, ne eos plus æquo metuere videatur. satis quippe est eos demonstrare ijs, quorum autoritate, atque opera illorum conatus, si qui sunt, infringi possunt.*

c *Scriptori annalium non licet eiusque facta vsque ad finem persequi, & antire ordinem annorum: siquidem præcipuum eius munus est, quid quoque anno gestum sit, memorare.*

d *Raro accidit vt scelesti, ac facinorosi homines, quos meriti sunt, exitus effugere possint.*

e *Hic est mos tyrannorum, vt, postquam alicuius scelesti opera diu sunt vsi, hunc tanquam veterem, & prægrauem affligant; nimirum, illo satiati, oblatisque in eandem operam recentibus, quos, quia maximorum scelerum sunt ministri, a nemine præuerti volunt. hinc discant illi, qui principibus scelestam operam præstant, se non diu illis gratos fore; quinimo post aliquot annos, tanquam veteres, & prægraues afflictum iri.*

f *Non solùm Tiberius, verùm etiam plurimi principum connumerant dissimulationem inter præcipuas eas virtutes, quas ipsos habere necesse est; atque adeò è ceteris omnibus nullam æquè diligunt; idque hactenus vt eam principi necessariam esse affirment.*

g *Admodum imprudenter facit quisquis inepta, aut intempestiua interrogatione principem adigit ea recludere, quæ is premere studet.*

h *Quisquis ingenium principis versare nouit, nihil omnino est, quod non planè conficiat.*

i *Ita fere comparatum est, vt, quisquis in meditando lentus est, vbi semel prorupit, multò acriùs, quàm quiuis alius dictis facta coniugat, & ea protinus, atque acriter conficiat, quæ diu in animo voluit.*

k *Is demum princeps verè metuendus est, qui tristibus dictis atrocia facta coniunxit. quidam enim principes non vltra minas, & terricula progrediuntur. sed alij dictorum atrocitatem factorum sæuitia & immanitate cumulant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertisset, [a] misericordiam erga adflictos palàm [b] ostentabat. Eodem anno Frisij Transrhenanus populus pacem exuere, [c] nostra magis auaritia quàm obsequij impatientes. Tributum iis Drusus iusserat modicum, pro angustia rerum, vt in vsus militares coria boum penderent, non intenta cuiusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensura: donec Olennius è primipilaribus, regendis Frisiis impositus, terga Vrorum delegit, quorum ad formam acciperentur. Id aliis quoque nationibus arduum, apud Germanos difficiliùs tolerabatur, quis ingentium belluarum feroces saltus, modica domi armenta sunt. Ac primò boues ipsos, mox agros, postremò corpora coniugum, aut liberorum seruitio tradebant. [d] Hinc ira & questus. Et postquã nõ [1] subueniebat, remediũ ex bello. rapti qui tributo aderãt milites, & patibulo adfixi. Olennius infensos fuga præuenit, receptus castello, cui nomen Fleuum: & haud spernenda illic ciuium, sociorumque manus litora Oceani præsidebat. Quod L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, [e] vexilla legionum, è superiore prouincia peditumque & equitum auxiliarium delectos acciuit: ac simul vtrũque exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit, [f] soluto iam castelli obsidio, & ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus, traducendo grauiori agmini, firmat. Atque interim repertis vadis alam Canninefatem, & quod peditum Germanorum inter nostros merebat, [g] circumgredi terga hostium iubet. Qui iam acie compositi pellunt turmas sociales, equitesque legionum subsidio missos. Tum tres leues cohortes, ac rursum duæ, dein tempore interiecto, acri-

1. præsidium.

OBSERVATIONES.

a *Nihil principem magis decet, quàm misericordia erga afflictos.*

b *Principes quoties indignum aliquod facinus faciunt, id occultè faciunt; at verò si quando benefaciunt, id, qualecunque est, palam ostentant.*

c *Perrarò accidit vt nationes deficiant à principe propter obsequij impatientiam. quippe defectionis causa penes auaritiam, aliasque malas principis libidines sæpius est. Quæ cùm ita sint, nulla re princeps magis imperium suum stabilire potest, quàm amore subiectorum. qui amor in eo palam fieri debet, vt prouinciæ non plus æquo tributis onerentur. sed ijs nihil plus pecuniarum imperetur, quàm quantum satis est ad pacem tuendam. quæ vltra populis extorquentur, nonnisi sunt causæ defectionum, & maximorum tumultuum. certè principi satis esse debet, vt, quibus gentibus præest, pareant, non seruiant.*

d *Ex magnitudine tributorum, nimiaque, & intoleranda seruitute oritur ira, & questus stipendiariorum. cui vei si non maturè à principis æquitate subuenitur, remedium petitur ex bello; hoc est, coguntur populi tot ingentibus malis, summisque quibus conflictantur, calamitatibus hoc pacto mederi, vt rebellionem cœptent; ferroque sibi aperiant viam ad libertatem; aut non inulta, nec ingloria morte durius seruitium effugiant.*

e *Nuntiata defectione alicuius prouinciæ, eius præfectus quanta maxima celeritate fieri potest, copias omnes tam equitum, quàm peditum ducere, & cuncta bello opportuna parare ad opprimendos hostes debet; ne nimia cunctatio coniurationi vires addat.*

f *Fama aduentantis exercitus haud dubium est, rebelles trepidare, & magis de sua salute, quàm de præsidijs esse sollicitos.*

g *Maximi duces semper in id intenti fuerunt, an terga hostiũ circumgredi possent.*

ùs e-

ùs eques immissus, [a] satis validi, si simul incubuissent; per interuallum aduentantes, neque constantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. Cethecio Labeoni legato quintæ legionis, quod reliquum auxiliorum tradit. Atque ille, dubia suorum re, in [1] anceps tractus, missis nuntiis vim legionum implorabat. Prorumpunt quintani ante alios, & acri pugna hoste pulso, recipiunt cohortis, alasque fessas vulneribus. Neque dux Romanus vltum iit, aut corpora humauit, quanquam multi tribunorum, præfectorumque, & insignes centuriones cecidissent. Mox compertum à transfugis nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugna in posterum extracta, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupata Cruptoricis, quondam stipendiarij, villa, postquam proditio metuebatur, [b] mutuis ictibus procubuisse. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen, [c] dissimulante Tyberio damna, ne cui bellum permitteret. [d] Neque senatus in eo cura, an [e] imperij extrema dehonestarentur. Pauor internus occupauerat animos, cui [f] remedium adulatione quærebatur. Ita quanquam diuersis super rebus consulerentur, aram clementiæ, aram amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris ac [g] Seiani censuere: crebrisque precibus efflagitabant,

1. periculum, & summum discrimen.

OBSERVATIONES.

a *Quantò magis acies pugnantium est conferta, simulque ingruit, tantò est validior, contrà, quò laxior, aut plures in partes diuisa est, hoc infirmiorem esse constat.*

b *Viri fortes, ac strenui, cùm se vndique circumuentos vident, mutuis ictibus procumbere, quàm in barbarorum hostium potestatem venire malunt.*

c *Suspitiosus princeps mauult damna reip. præsertim longinqua, dissimulare, quàm quemquam ex primoribus præficere valido exercitui, eique magni momenti bellum mandare.*

d *Persæpe in eo peccat princeps, quòd ita cuncta ad se trahit, vt nullæ cuiusquam in rep. præterquam vnius ipsius partes sint: i. omnia adeò in sua manu habeat, vt magistratibus, ac cætera multitudine non tanquam adiutoribus, ministris, & parte imperij, sed vti vilissimis mancipijs vtatur. Quæ fœditas seruitutis eò adducit homines, vt, quid imperio fiat, nullus quicquã pensi habeat. quippe, nullam video causam, quapropter de aliena gloria, & salute tantopere laborem. durissima, inquam, seruitute premor. ergo mea nihil sanè interest vtri seruiam, tibi, an hosti tuo. Quinimo nunquam non vota faciũt serui vt cœlum terra misceatur. si modò ex ea rerum perturbatione mitius imperium, ac tolerabilior vitæ conditio sperari potest. Non ergo mirum est, nullam in eo senatus curam fuisse, si imperij extrema dehonestarẽtur, cuius seruati gloria, maximi & amplissimi nomen, opulentissimi opes, et commoditates omnes non ad alium, quàm ad vnum principem referebantur; nimirum, cuius vnius ambitio, auiditas, rapacitas cuncta occupauerat. Hinc obseruandum est; illam demum esse optimam principatus formam, vbi publica munia ita distributa sunt, vt non tam cuncta in vnius principis, quàm in vniuersorum manu esse videri possint: & cùm de vniuersa rep. agitur, singuli in ea quoque salutem, gloriam, & amplitudinem suam verti putant, nemo enim non libenter pro ea vniuersitate propugnationem suscipit, cuius se partem esse videt.*

e *Imperium tunc dehonestari dicitur, cùm clades insignes accipiuntur non modò ab externis, verùm etiam (id quod fœdius est) ab ipsis stipendiarijs; neque tamen ob hæc dedecora vltioni à quoquam cõsulitur. hanc lib. 1. vocauit infamiam.*

f *Imperitante tyranno, pauori interno, qui ab illius sæuitia proficiscitur, nullum præsentius remediũ videtur esse, quàm adulatio.*

g *Adulatio, vt primo libro obseruaui, non solùm circumsistit personam principis, sed & illorum, qui apud principem plurimùm possunt.*

[a] visendi sui copiam facerent. Non illi tamen in vrbem aut propinqua vrbi digressi sunt: satis visum omittere insulam, & in proximo Campaniæ aspici. eò venire patres, eques magna pars plebis, anxij erga Seianum, cuius [b] durior congressus, atque eò per ambitum, & societate consiliorum parabatur. Satis constabat, [c] auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo seruitium spectanti. Quippe Romæ sueti discursus, & magnitudine vrbis, incertum quod quisque ad negotium pergat. Ibi campo, aut litore [d] iacentes, nullo discrimine, noctem ac diem, iuxta gratiam, aut fastus ianitorum perpetiebantur. donec idque vetitum. Et reuenere in vrbem trepidi, quos [e] non sermone, non visu dignatus erat. Quidam [f] malè alacres, quibus [g] infaustæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Cæterùm Tyberius neptem Agrippinam Germanico ortam, cum coràm Gn. Domitio tradidisset, in vrbe celebrari nuptias iussit. In Domitio super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus sanguinem delegerat. Nam is auiam Octauiam, & per eam Augustum auunculum præferebat.

OBSERVATIONES.

a *Quò magis princeps se hominum oculis subtrahit; hoc maiori desiderio illius videndi omnes afficiuntur. Cæterùm, vt indecorum est principi personam suam passim vulgare, huc illuc cursitare, obuersari, & conspici inter cœtus hominum, ita si neminem conspectu arcebit, sed faciles aditus ad se esse volet, comitate, alloquiis, vultu, oculis, grato & decoro corporis habitu, humanitate homines excipiet, eorum studia haud dubiè sibi firmabit.*

b *Sæpe fit, vt durior sit congressus illius, quem princeps tanquam socium, & consortem imperij rebus omnibus adhibet, quàm principis ipsius. Huius autem tam potentis hominis voluntas non alia ratione conciliari potest, quam per adulationem, ambitum, obsequium, & consiliorum societatem.*

c *Plerunque fit, vt intimi amici principum, cùm aditus ad principem, ac cætera omnia in sua manu esse vident, cæteros, tanquam multùm infra despectent, ac spernant; omnique exuta modestia, vt potentiam, ita quoque arrogantiam augeant.*

d *Quid fœdius dici potest, quàm homines clarissimos vnius nutum ita intueri, ac diligenter obseruare, vt contra decus, ac dignitatem quisque suam, non modò hunc, quocunque illi collibitum est, sectentur, verùm etiam sibi malè esse, ac fastus, & superbiam vilissimorum mancipiorum pati possint, dummodo illius sermone, & visu digni habeantur? Attamen hic est fructus ille amplissimus tam proiectæ seruientium patientiæ; ne trepidationes, ne cædes, ne cæteros graues exitus eorum, quibus hoc vitæ genus tantopere placet, memorem. dignum, scilicet præmium eo hominum genere, qui sibi imperarunt omnia assentari, & ad falsa quæque parati laudatores sunt.*

e *Nulla re aulicus magis perculsus est, quàm cùm princeps, aut is, qui apud principem plurimùm potest, non eum sermone, non visu dignatus est.*

f *Malè alacres illi dicuntur, qui inani gaudio in præsentia ducti, quid sibi immineat, nesciunt.*

g *Persæpe falluntur aulici, qui nihil non agunt, dummodo amicitia illius digni censeantur, qui apud tyrannum plurimùm potest. quippe cùm is, multis de causis, ingenti hominum multitudini odio sit, atque haud dubiè grauis eum exitus maneat, meritò eius amicitia infausta dici potest, nam quicunque casus illum manet, idem quoque amicos, & sectatores illius complectitur.*

FINIS QVARTI LIBRI ANNALIVM C. CORNELII TACITI.

INDEX ACCVRATISSIME SCRIPTVS IN QVATVOR PRIORES ANNALIVM LIBROS C. CORNELII TACITI.

A

Præmia Accusatorum Pisonis. 144
Accusatores, seu delatores genus hominum publico exitio repertum. 213
actum de Accusatorum præmiis abolendis, siquis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vita priuauisset. 213
Principe Tiberio, vt quis districtior Accusator velut sacrosanctus erat. 219
Accusatores custodes legum à Tiberio appellantur. 213
Tiberius palam pro Accusatoribus verba fecit. 213
Accusatorum maior indies, & infestior vis. 241
Achaia leuata proconsulari imperio, Cæsarique tradita. 62
Acilius Auiola legatus Andecauos coercet. 161
Acilius Auiola Turonios rebelles opprimit 161
Actiaca victoria. 106
Adgandestrij principis Chattorum lectæ in senatu literæ, quibus mortem Arminij promittebat. 128
Adrana flumen. 47
adulatio, moribus corruptis perinde anceps si nulla, & vbi nimia est. 203
adulatio remedium pauoris interni. 147
adulationis callidissimum genus. 12
adulatio vetus in rep malum. 88
amicis principum inest adulatio. 77
gliscente adulatione deterrentur decora ingenia. 2
adulterium morte punitum. 218
culpa inter viros, ac fœminas vulgata, hoc est Adulterium. 148
Aedilibus remittitur cura coercendi luxus. 172
Aedui quantò pecunia ditis, & voluptatibus opulenti, tantò magis imbelles. 164
Aedui ciuitas opulenta. 162
Aedui rebellionem cœptant. 160
apud Aeduos maior belli moles exorta, quã apud cæteros Gallos. 162
Aegeatæ. 102
Aegiensi ciuitati apud Achaiam motu terræ labefacta subuentum. 101
opulentia regis Aegypti. 111
Aegyptus, imperitante Tiberio, duabus legionibus habebatur. 194
Quisquis Aegyptum tenet fame Italiam vrgere valetur posse. 111
sibi Augustus seposuit Aegyptum. 111
Actum de sacris Aegyptiis pellendis. 117
Aemiliæ Musæ locupletis bona Tiberius dat Aemilio Lepido. 102
Aemylius dum studia probandi quæ obiiciebantur Vatinio tantum cuncta refert, audiuit Tiberius voces, quibus per occultum lacerabatur. 126
Aemilius è numero primipilarium equitem vada tramittit cum Stertinio, per Visurgim flumen. 76
Aeneas origo Iuliæ gentis. 198
sidere æquinoctij maximè tumescit Oceanus. 56
æquis locis æqui Dij. 55
Aeserninus. 137
asylum Aesculapij 178
Aesculapij delubrum apud Coos. 201
non omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas decora multa laudis, & artium imitanda posteris tulit. 173
Africa rursus mota incursu Tacfarinatis, 155
Bellum in Africa cœptum, duce Tacfarinate. 104
Africa duabus legionibus, imperitante Tiberio, tenebatur. 194
M. Agrippæ geminati consulatus, gener sumptus ab Augusto. eius filij C. & Lucius, brevi mortui. 5
Agrippæ liberi, extra vnam Vipsaniam, ferro, aut veneno, aut fame extincti sunt. 145
Agrippa dissidia domum imminuerat. 127.
M. Agrippæ, mox Tiberio Augustus filiam collocauit. 211
Aliso flumen in Germania. 14
Tiberius & Liuia cædem Posthumi Agrippæ festinauit. 9
M. Agrippa delectus ab Augusto socius tribunitiæ potestatis. 171
Fonteius Agrippa offert filiam sacris Vestalibus. 127
Fonteius Agrippa accusator Libonis. 86
Agrippa Posthumus vnicus nepos Aug. in insulam Planasiam insons proijcitur ab eo. 5
Posthumus Agrippa interficitur. 8
Agrippina filia, Neronis principis mater scripsit commentaria, quibus vitam suam & casus suorum posteris memorauit. 243
Agrippina neptis Tiberij Germanico orta, à Tiberio coràm Gn. Domitio traditur. 248
Agrippina petit à Tiberio, vt sibi det maritum. 233
Agrippina Corcyram insulam adnabitur. 132
Agrippinæ, & Neroni additus miles nuncios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat. 242
Agrippina paulò commotior, sed castitate, & mariti amore commendatur. 12
Agrippina impositum Rheno pontem solui prohibet. 57
Agrippina ingens animi, munia ducis induit. eiusdem benignitas erga milites. 57
Agrippina fecunditate, ac fama Liuiam vxorem Drusi præcellebat. 99
Agrippinam prægnantem Germanicus perpulit vt descederet è castris seditiosis. Incessus eius miserabilis. 36
pudicitia Agrippinæ impenetrabilis. 200
laudes Agrippinæ vulgo tributæ. 133
Agrippina classis ad oppidum Brundisium adpellit. 131
fieri iussu in Agrippinam exit: quomodo inceperit. 132
Agrippina insigni fœcunditate, & præclara pudicitia. 137
Agrippina cum propter Tiberium discumberet, nullos attingit cibos. 234
Agrippina ascendit classem cum cineribus Germanici, & liberis. 129
Agrippina peruicax iræ, & morbo corporis implicata. 233
Agrippina semper atrox. 232
apud Lesbum insulam Agrippina nouissimo partu Iuliam edidit. 106
nihil Tiberium magis penetrauit, quàm studia hominum accensa in Agrippinam 133
Agrippina spem mali tenens. 200
Agrippina pergit ad Tiberium: eiusque verba. 232
vulgatur per Italiam seruatum munere Deûm Agrippam. 95
Agrippina simulationum nescia. 234
Albanorum reges. 198
Albani. 116
Albanus rex. 194
M. Aletus prætorius mittitur in Asiam ad spectanda damna prouinciarum, easque refouendas. 102
Alexandri magni & Germanici collatio. 119
Alexander victor apud Sardianos. 178
Alliaria vxor Sempronii Gracchi. 45
Amanus mons Syriæ. 115
Amathus. 177
Venus Amathusia. 177
Amazones. 135
supplices Amazonum. 177
maxima quæque ambigua sunt. 145
Amisia flumen Germaniæ. 50
breue & infaustis populi Romani amoribus 96
Amorgus insula. 101 & 115
penes Amphyctionas fuit rerum omnium iudicium, quæ tempestate vrbes conditæ per Asiam vrbibus, ora maris potiebantur. 201
mare Amuclanum. 237
proprium Annalium est, non antiqui statim quæ memorare exitus rerum, sed singula quæque in annum referre. 245
Taciti Annalibus quamam potissimè continentur. 243

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annales Taciti vulnerandi. 214
Praxis principum erat auxilium. 178
Ancharius vrsius accusat Cæsium Cassium. 182
Ancona. 135
Anculi vrc Romanorum. 150
Ancyrani ab Asiæ Amelii legato corrumpuntur. 161
Andecavi ac Turonij primi rebellionem orsi sunt aduersus Romanos. 161
Angrivarij profundæ paludis latus vnum agere cœperunt, quo à Cheruscis dirimerentur. 81
Angrivarij deliciosum propinantes vinum à Germanico accepere. 82
Angrivarij reclamant Romanos militet ab interioribus pepulit. 83
Angrivariorum defectio nuntiatur Germanico. 75
Sunt milites in calamitate mortalium animi. 143
Anicia Rufilla ab Drusæ accita, & convicta incestus probra & minas C. Cestio publica custodia attinente. 159
Anicia Rufilla ab C. Cestio fraudis subiudice damnata. 159
Anicia Rufilla C. Cestio probra, & minas intendit. 159
Anicius cum alijs fabricandæ cladis præpositus. 74
Anigrum vrc. 217
Anicetus ad mutandum Romanum. 111
Anicethum plebs vota pro Germanico soluit. 116
Antiqui scriptoribus rarus obtrectator. 218
Antiochus à L. Scipione pulsus. 177
Antiochus Comagenorum rex defunctus. 93
Antistius turbidus, & Rhœtupendis consilijs permotus erat. 159
Antistius absolutus adulterij ab Tiberio ad deuidendam maiestatis causam retrahitur. 119
Antitheatrum apud Ilienses terribilem. 159
Apud Actium sunt ædes Epaphroditi factum. 183
Antonia mater Germanici. 132
Antonius Taurulus, Boudicæ quæ soboles & unicæ sororis ob Augusti illicitas subolis adfinitatis pœnæ morte exsolent. 74
Iulius Antonius damnum Augusti violauit. 143
L. Antonius moritur. 228
L. Antonij ossa tumulo Ossuariorum illata. 228
Antonij epistolæ. 217
Antonius à Persis exturbatur. 71
Antonius hostis Augusti. 207
Aonas feralis. 140
C. Antistius Consul. 191
Lepidi atque Antonij arma in Augustum cessere. 3
M. Antonius bellum patriæ fecit. 143
Antonij filiæ in Artaxiadem regem Armeniorum. 71
L. Antonius Augustus suspectus in ciuitatem Massiliensem. 28
Aphrodisienses. 77
Aphrodisiensium ciuitas Veneris religionem tuetur. 177
Apollinis oraculum de Cæsare Dictatore, & Augusti decreto. 1
Apollinis templum Actiacæ victoriæ sacratum. 177
Apollonia Stratonicensium. 177
Via Appia Brundusium usque deducebat. 86
Apicata prædit ordinem scelerum in Drusum. 199
Apicata vxor Seiani. 193
Apicij diuitis & prodigi Seianus fautor stuprorum verum deluisse. 191
Appius Appianus prodigus, eoque mortuus senatu. 103
Appius Claudius. 193
Apollo Delphicus Cyclopas vbinam Iouis iram vitauerit. 177
Apollo vnde ortus. 177
Apollonienses. 101
Appuleia à Plautio Silvano marito in præcipua data. 107
Appuleius Cæsarem pellit Tasciarium in deserta. 146
L. Apronius proconsul Africæ. 101
L. Apronius Proconsul Africæ decumum quem pro ignominiosa coborte sorte ducem fuisse necat. 145
L. Apronius inferiorem Germaniæ propræ tor exercitum Rheno deuectum Frisiis infert. 145
L. Apronius adulator. 87
L. Apronius sententia. 178
L. Apronius ab Germanico præficitur municionibus viarum, & fluminum. 45
L. Apronius Plautium Silvanum generum ad cæsarem trahit. 107
Apuleia Varilla manifestis postulatur à Tiberio liberatur. ob adulterium vltra decessit unam lapidem remota est. 103 & 134
Pluuius signa & aquilam amplexus religiosissime tutatur. 36
Tempore pugnæ olim aquilæ petere syluas visæ. 80
Aquilia Variane legionis medico præsidio à Germanis seruata recuperatur à militibus Germanici. 83
Aquilæ propria legionum numina. 80
Aquila cum Vare amissa ab L. Stertinio reperta. 50
Aquilia adulterij delata. 217
Barbare ara. 31
Ara clementiæ. 147
Ara Dijs manibus statuta in honorem Germanici. 132
Ara amicitiæ. 147
Archelaus rex Cappadociæ inuisus Tiberio. 97
Saltus, quibus nomen Ardenna. 161
Archelaus Augustæ seruis Romam accitur. 97
Archelaus Romæ moritur. 97
Arena dicuntur Romæ. 95
Sitpens Ariobarzanis Armeniæ non toleranda. 73
Ariobarzanes Medus valetudinis Armeniæ præficitur. 71
Aristonicus rex. 134
Arma consilijs temperanda. 14
Armenia varias interque Parthorum, & Romanas opes insida, & cur. 72
Armeniæ præsides ad Medos peregitur. 108
Armeniæ ambigua gens & diuersa. 108
Armeniæ tentanda fœminæ imperium. 71
Armenij incerti solitique. 73
mater Antonia Octauia genita in matrimonium datur Domitio. 228
Arminius filium Segestis alij pactum rapit. 46
Arminius turbat equitem Ro. ab Germanico missum. 52
Arminius irrumpit in Romanos locorum iniquitate impeditos. 53
Arminius à popularibus petitus armis. 128
Arminius Germaniæ glorie & libertatis dux. 50
Arminius iam impromptus ob continuæ pericula. 82
Arminius irridet dona militaria quibus donatus fuerat Flavius frater fuit, tanquam vilia seruitij pretia. 76
Arminius minitabundus, & prælium denuncians. 76
Arminius cito iam agmine Catinâ antecessit, ipsius que circum erant implet milite. 52
Arminius apud Varum ab Segeste reus factus. 48
Arminius agnitus à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, & euasit. 80
Arminij & Inguiomeri diuersa sententia de aggrediendis Romanis. 55
Arminius regnum affectat. 128
sæuitia Arminij in vicinos Romanos. 51
Arminius volitat per Cheruscos arma in Segestem, arma in Cæsarem parentes. 49
Arminius inter Cheruscos insignis manu, voce, valuere sustinuit pugnam. 80
oratio Arminij ad suos. 79
locus pugnæ aduersus Romanos ab Arminio dilectus. 77
Excessum Arminij. 128
Arminius pro libertate Germaniæ bellabat. 100
Arminius turbator Germaniæ. 46
validior Arminius apud populares, quàm Segestes. 47
Arminius aquilas per superbiam illudit. 51
Arminius Romanis in castris dat ter populatarum minuit. 76
Arminius in ripa Visurgis flaminis vincitur cum Flavio fratre. 75
Arminius iactat recuperatam libertatem. 100
Arminij vxor virilis secum Thusnelda edit. 49
Arminius dilo propinquorum occidit. 128
Arnus fluvius. 64
Arpus princeps Chattorum. 74
L. Arruntius Tiberium offendit. 18
L. Arruntius ab Augusto indicatur inadignus imperio, & si casus daretur, ausurus. 18
T. Arruntius. 137
L. Arruntius pro L. Sulla militat. 154
gens Arsacidarum. 71
Arsacida. 72
Artabanus minitatur Armeniæ, quòd Vonones in regnum acceptus. 73

Artabanus Asacidarum è sanguine, à Parthis accitur. 72
Artabanus Parthorum Rex. 109
Artabanus primo congressu fusus reparat vires, regnoque potitur. 72
Artaxiades rex Armeniorum specie amicitiæ ab Antonio illectus, fatenis vocatus, postremò interficitur. 72
Artaxiades iussa Augusti imposita Armenijs. 72
Artaxata vrbs Armeniæ. 108
Artaxias rex Armeniæ à Germanico datus. 113
Artaxias dolo propinquorum occisus. 72
Artaxias filius Artaxiadis regis Armeniorum se & regnum aduersus Romanos tutatur est. 72
Vrbem Asiæ vrbes certant quanâ in earum templum statuerentur. 234
duodecim celebres Asiæ vrbes collapsæ. 101
Gallus Asinius aduersus eos disserit qui Iunonis cunctatis reprehensi libant. 88
Gallus Asinius ab Augusto indicatur auidus imperij, sed mitior. 18
Asinius Agrippa consul. 246
Asinius Gallus Haterium Agrippam increpat ob intercessionem. 63
Asinius Agrippa moritur. 239
Asinius Salonianus moritur. 185
Asinij Pollionem scripta. 217
Asinius Gallus impiam interrogationem Tiberium perculit. 17
Asinius Gallus cur inuisus Tiberio. 17
Asinij Galli sententia diuersa ab Ga Pisonis super absentia Tiberij. 90
C. Asinius consul. 191
Libertorum Asinij Galli Agrippina materterâ erat. 245
L. Asprenas Proconsul Asiæ, authore Tiberio, mittit ad Sempronium Gracchum percussores. 45
L. Asprenas Massalinam interrogat, an prudens Claudium præterisset. 144
asyla Græcas per vrbes statuebantur ad subsidium fugitiorum hominum. 176
asylum Æsculapio apud Pergamum. 178.
Athenienses dicio Cn. Pisæ esse cellonium nationum, & facies mulcidatæ aduersus Sullam, Antonij aduersus diuum Augustum. 107
Athenæ sedia Romanorum, & vetusta vrbs. 106
multa Athenienses in Macedones improsperè, violenter in suos fecerunt. 107
Athenienses legis dolus Solon. 110
Atidius Geminus pretor Arbaces. 227
Atilius quidam libertini generis spectaculo gladiatorum apud Fidenam edidit. sed ibi ligneæ illæ compages conuulsæ cecidere, ingens vim mortalium debilitate, vel obtrita est. 239
Atilius bello nauali aduersus Parthos venit ædes spei. 103
Atilius in exilium actus. 240
Atys rex. 234
Audidienum Rufus præfectus castrorum à vitiosis sidentis sarcinas gestatur, & ludibrio habetur. 24
Augusta cum florentes principes per occultas subuertisse, miserendam vrgeat Iulium affectans palam ostentabat. 241 & seq.
Augusta pecuniam, quæ ab Vipsania petebatur differre iubet. 90
Augusta efficiem diuæ Augustæ dicat. 178
Augusta in funere Germanici publice absistit. 132
Secreti Augustæ cum Plancina sermones. 124
Augusta reprobrabat Tiberio quòd suis præmiebat factus esset princeps. 236
Augusta se propter Vipsaniam violari, & inimici queritur. 89
vetus Augustæ odium in Agrippinam. 200
Augustæ vide, Liuia.
Iudi Augustales turbantur. 45
Augustodunum caput gentis Æduorum à Sacrouiro occupatur. 161
Augustus inter alia dominationis arcana sepsuit Ægyptum. 110 & seq.
Augustus cunctabatur, missere voluptatibus vulgi. 46
Augustus filij, atque vrbi Romæ templum apud Pergamum fieri non prohibuit. 220
Augustus nec sitate altus ad arma ciuilia. 13
Augustus septem & triginta annos tribunitiam potestatem continuauit. 13
Augustus quibus artibus paulatim insurrexerit, primisque fastus sit. 4
Augustus inter nomina dicatur. 49
Augustus iudicium de iis qui adepti primipem locum aut abnuerent, aut vellent, aut & possent & caperent. 18
Augustæduni nobilissima Galliarum subolis liberalibus studijs operabatur. 161
Augustus filiam suam equiti Rom. tradere meditatus est. 224
Augustus fuit auctor S. C. quo Postumus Agrippa in insulam præcluus est. 8
Augustus precibus vocem eiulatus Tiberij Germanicum, sibi Tiberium adscisit. 136
sepsus Augustus in Occidentem atque Orientem mouit, comite Livia. 157
Augustus vultu & assensu adliatas legiones exterruit. 38
Augustus dubitauit vtrum rei Romanæ præficeret Tiberium, an Germanicum fratris nepotem. 236
Augustus quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem vsum flexit. 103
primum Augustus cognitionem de famosis libellis tradidit. 18
Augustus neque regis, neque dictatoris nomen assumpsit, sed tantum tribunitiæ potestatis præscriptionem, qua appellatione cætera imperia præmunibat. 173
Augustus Neronis abduxit vxorem. 14
Augustus fessa ætate molestias in Germania cumulauit. 40
Augustus Ticinum usque progressus obuiâ Drusi mortuo. 154
Augustus non fuit causa mortis Postumi Agrippæ. 8
consilium Augusti, coercendi intra terminos imperij. 17
Augusto post mortem templum & celestes relationes decretæ. 11
Augustus tribunitiis iure contentus. 4
Augustus clamoribus suorum, suasque ipse leges egredebatur. 148
Augusto fortuna domi improspera fuit. 142.
Augustus ætate validus se & domum, & parem sustentauit. 6
Augustus cuncta discordijs ciuilibus fessa nomine principis sub imperium accepit. 3
Augustus indulsit habitare Augustali dum eos perat mansuri. 46
Augustales ludi cur cæteris addicti. 178
Augustus Valerium Corvinum, & C. Marium simul numero consulatuum æquauit, 13
Quæ obiciebantur Augusto. 14
Augustus posita Triumuiri nomine Cassium se fert. 3
effigies diuo Augusto dicantur. 96
Augustus Planasiam vellit ad visendum Agrippam. 7
Augustus mortuus est Nolæ in domo & cubiculo, quo pater suus Octauius vitam finiverat. 8 & 13
Augustus dedit iura quibus pace & principe Respublica posset. 152
honores in funere Augusto tributi. 11
Augustus regnum Thraciæ duas in partes diuidit. 113
laudes Augusti. 11
Augustus templis & effigie nouissimum per flamines & sacerdotes cultu coluit. 14
vita Augusti apud prudentes varie extollebatur, atque detrahebatur. 13
Augustus nomen inoperatorio semel atque vicies peperit. 13
rebus secundis Audi aduersis fuit incauti. 55
nulla Tiberij discors facinus in Drusum, aut Germanicum fuisse. 99
fœdum seruitium Auliceorum, eorumque qui ad Tiberium, & Seianum venerabant. 248.
M. Aurelius Consul. 152
Aurelij Cottæ consulis sententia in Pisonem dicta. 144
Pio Aurelio Senatori subuenit Tiberius. 61
Aurea cubicula. 203

B

Vius Baduhenna in Germania. 247
Ballista. 183
Barbare ara. 31
barbari lætantur nouis imperijs. 78
barbaris quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus, tribusque commeatis potior habetur. 47
basilica Pauli. 183
Bastarnæ. 114
insulæ Batauorum habet facilia aduersus. 74
insulæ Batauorum prælia in quam exiguum ret classe terminet. 74
Batauos dum insulant aquis, arcuque hostiles incursus turbari, & quidnis hauste sunt. 75
Bathyllus puer imponit amatus Mæcenati. 45
beneficia ea vsque læta sunt, dum videntur exolui posse: vbi multum antevenere, pro gratia odium redditur. 205
Bibaculus pictor. 217
C. Bibulus ædilis. 168
Bithynum mare. 111

Universidad de Deusto
Biblioteca

Blesi digna insignia triumphi. 184
Blesi familia & seruitia à solitissimis militibus concinuntur. 25
Blesus cū aliis aliquot ad Tiberium desiderio pacis latus mittitur. 29
Blesi proconsulis indoctria in profligando Sacrouiate. 185
Blesus seditiosos increpat ac retinet. 23
Blesus reipub. lat. Lepido, seque excusat ne in Africam eat. 118
Iunius Blesus qui tribus Pannonicis legionibus præsidebat, intermitti solita munia. 21
Iunius Blesus triumphi insignibus à Tiberio auctoritur. 184
Blesus quidam ex seditiosis, verberibus affici. 24
Blesus artifex dicendi. 23
Blesus filius proconsulis propriam manum adversus Tacfarinatem ducit. 184
Iunius Blesus provincia Africa præregatur. 171
Blesus à Tiberio tributum est, vt Imperator à legionibus salutaretur. 185
Britannicæ regulo remittunt milites ad Germanicum, eò vi tempestate aucti. 83
Brulleri Germani. 44
Brulleri, Tubantes, Vsipetes Romanum exercitum lacessiunt, sed à Germanico reprimuntur. 44
Brulleros sua vrentes L. Stertinius fundit. 50
Brulleri Germaniæ populi. 50
ad oppidum Brundisium magna multitudo mortalium conflut obuiam Agrippinæ. 131.
Brutidius Niger Silanum accusat. 179
Brutidius artibus honestis copiosus. 180
Cassius & Brutus in funere Iuniæ eo ipso præfulgebant, quòd effigies eorum non visebantur. 186
Brati cæciant. 217
Bratus & Cassius ab historia scriptoribus nunquam sine honore nominantur. 217
Plurimi composuerunt res gestas Bruti & Cassij. 217
Byzantchium vrbs Thraciæ. 106

C

Cæcilius Cornutus Prætorius, accusatus maiestatis mortem sibi festinat. 211
Cæcina præmittitur vt occulta saltuum scrutetur apud vltimos Bructerorum. 50
Cæcinam terret dira quies. 53
Cæcina cum quadraginta cohortibus aduersus Arminium, & Inguiomerum profiscitur. 50
Cæcina Marsos congredi ausos prælio cohibet. 47
Cæcinæ sententia eloqua. 157
Cæcina, cum fugerit militem ex castris, prosultans in limine portæ fugientibus clausit viam. 54
Cæcina cum Germanicus excritum duxerat, cum expulsis cohortibus prout, & obstantes syluas amolitur. 43
Cæcina equos & suos, & legatorum, & tribunorum fortissimos cunctis bellatoribus tradit. 54
Seueri Cæcinæ sententia de exoribus non docendis in prouincias. 155
Cæcina vnà cum aliis fabricandæ classi præponitur. 74
Cæcina ducit agmen ad vltimos Bructerorum, vastisque magnam regionem. 50
tumultuaria caterua Germanorum ab Germanico Cæcinæ in hostem ducendæ traduntur. 46
Cæcina Seuerus. 144
A. Cæcinna inferiorem exercitum in Germania curabat. 30
Cæcina legatus duas legiones post seditionem reducit in conuentum Vbiorum. 34
Cæcina qua ratione vltus sit seditionem suæ exercitus. 42
Cæcina monitus est à Germanico vt pontes longos quam maturrimè superaret. 52
Cæcina pugnam aduersus Arminium sustinet, equo delapsus feri ab Germanis circumuentus est. 53
Cæcina vt pontes in locis limosis resiceret, sibi tantum sustinet Arminius, in loco castrametatur. 52
Cæcina secundarum, ambiguarumque rerum sciens, seque interritus. 53
Cæle Vibenna dux gentis Etruscæ. 141
Cælius mons sic appellatus à Cele Vibenna duce gentis Etruscæ. 241
Cælius mons idem Augustus, & cur. 140
mons Cælius dextius. 140
Cælius mons, idem Querquetulanus. 36
C. Cæsar componendæ Armeniæ delectus. 72
Cæsar dictator pop. Romanos hortat legauerat. 96
Cæsar Dictator Ciceronis libro, quo Catonem cælo æquauit, rescripta oratione velut apud iudices respondet. 217
Iulius Cæsar amisit vnicam filiam. 134
G. Cæsar Armeniam obtinuit. 165
C. Cæsar literas missasque ab Augusto ad res Orientis. 97
Sylua Cæsia. 43
Cæsius cerdo reprehendorum damnatur. 181.
Provincia Calet. 211
caligula infans, & cur sic appellatus. 37
cæsar caligula filius Germanici & Agrippinæ gregali habitu. 56
L. Calpurnius consul. 239
calpurnius aquilifer. 36
calpurnius Salvianus præfectum vrbi Drusum auspicandi gratia tribunal ingressum adit in Sext. Marium. 219
C. Calusius consul. 118
calusius miles gladium strictum offert Germanico, quo se interimat. 31
camillus recuperator urbis. 105
camillus bonus modestus. 105
Furia Camilla, referente Tiberio, decernuntur triumphales exequiæ. 105
candidati præture duodecim nominantur à Tiberio. 10
Lex cautum erat, vt numerus liberorum in candidatis prepolleret. 104
ala cauninefatis. 146
campum oppidum Ægypti, vnde sit dicta & aqua cauditum. 211
canopus Spartanus. 111
Cantius ab Germanico mittitur ad Galliarū consul. 74
Atticus capito irridetur à Tacito. 182
capitis humani diuinique iuris scies bonas artes debuisse abesse. 183
capito Ateius meritur. 185
cappadoces in formā prouincie redacti 408
cappadocię regnum in prouinciam redactū est. 97
capreæ Thelebois habitatæ fama tradit. 241.
capreæ insula trium milium spatio ab extremis Surrentinis promontorij diuulsa: unde deficipta. 241
caput vrbi Campaniæ. 235
Carinualda dux Batauorum pro Romanis pugnam aduersus Germanos suffuso ogne labitur. 77
carmina. 117
carmina Bibaculi & Catulli referta contumeliis Cæsarum legantur. 217
carsius sacerdos absoluitur. 201
Cassius Cherea centurio ferre sibi patefacit viam inter armatos milites feliciosi. 31
Cassius quidam mimus. 58
Cassius Severus, cum ei interdictum esset aqua & igni, saxo Seriphio cōsumit. 207
C. Cassius vltimus Romanorum. 217
Cassius & Brutus Philippensis cæpse obtinuerunt armati. 218
Cassius Severus præcipuis scriptis fœminas illustres diffamabat. 58
Cassius & Brutus in funere Iuniæ eo ipso præfulgebant, quòd effigies eorum non visebantur. 186
Quæ casus offert in sapientiam verti debet. 28
catenæ inter spolia Germanorum reperta, quas in Romanos portauerant. 80
Porcius Cato Prætorius. 242
Sergius Gallia à Catone censorio accusatur. 179
catualda vltionem ausus aduersus Marobodum. 112
catualda pulsus Germanorum ripis. 112
catullus poeta. 217
culo alterum, nec Lucilo centurionis. 25
celenderis castellum Ciliciæ. 123
cenotaphia annis apud Ephesum. 177
Cur destrictī sint senatus, & equitum census. 88
centesima rerum venalium. 63
centurionatuum inde est. 39
in Centuriones ab seditiosis militibus sæuitur. 31
centurio nomine Tiberij nuntiat regibus Thraciæ vt armis discrepent. 153 & seq.
cercina insula. 101
cercina Afeci mariti insula. 45
certus Senatoris verbo. 158
cethegus Labeo legatus quinte legionis. 247
C. Cestonius legatus legionis primæ in Germania iudicium, & pœnas de seditiosis militibus quondam exercuerit. 39
Chaldæi. 146
chaldæorum promissa. 25
chatti improuisò oppressi. 47
chatti Romanos ex Adrana flumine pontem captantes arcent. 47
Chattis bellum gerit Silius, missus à Germanico. 83
Chauci inter auxilia Romana agentes. 120
Chauci in commilitium à Germanico adsciscuntur. 50
Chersisi collibus detrahuntur. 80
chersisi cum vellent immane Chattos aduersus Rom. ab Cæcina exercitis sunt. 47
Chersisi longa haud procul Vesurgi insidiæ. 79
Cheruſci, & cæterorum gentes ab Arminio vocantur ad bellum contra Romanos. 50
Cheruſci pro antiquo decore, & recēti libertate pugnant. 101
Cheruſci, aliæq; gentes Romanis rebelles. 84
Cheruſci facta apud paludes prælia procera membra, hastæ ingentes ad vulnera faciendā. 52
Ciceronis liber quo Catonem cælo æquauit. 217
Ciuitati Cibiratice apud Asiam subuentum. 201
Cilicum regulī. 122 & seq.
Cilices terga uertunt cohortibus Romanis. 123
Ciminij ciuites, ac tabe obliti. 117
Cimbrii haud secunda natio ad bellum à Mauris cōpulsantur aduersus Romanos. 105
Cimæ non longa dominatio. 3
Lodi Circenses. 115
Circenses populi Africæ. 184
Ciuilis arma neque parari possunt, neque haberi per bonas artes. 13
Ciuitas Romana varè dabatur, nec nisi virtuti pretium erat. 160
Rep. tenui, angustè ciuium domus. 82
Ciues non sunt, quibus eā proscita est senatus auctoritas, vt quidam audeant. 37
Cladis Romanorum accepta à Frisiis. 247
Populus Romanus cladis exercituum, interitusq; ducum, funditus amissas nobiles familias constanter tulit. 134
Clanis fluuius Hetruriæ. 64
Clarius Apollo apud Colophona. 106
Classe mille nauium fabricat Germanicus. 74
Claudia Quintia statua vim ignium bis elapsa. 240
Claudia Pulchra sobrina Agrippinæ à Domitio Afro adulterij & veneficij in principem, & deuotionum postulata. 122
Claudia Pulchræ sola exitij causa, quòd Agrippinam ad cultum diligeret. 122
Claudia pulchra damnatur. 133
Claudia pulchra mater Vari Quintilii. 241.
Claudia familia superbia insita. 7
Claudius Marcellus pontifex & ædilis curulis ab Augusto fit. 5
Sancti acceptique nominibus Claudij. 240
Claudiorum effigies in funere Drusi magno ordine spectabantur. 198
Claudij nomina omissa à Vitellio. 144
Claudij nomen adscriptum cum cæteris principibus. 144
Claudius frater Drusi. 131
Clementia servi Postumi Agrippæ laudatur. 94

Clementia ætate, & forma haud dissimili ac Postumus Agrippam dominum. 94
Responsum Clementis datum Tiberio. 96
Clementis centurio expositi Drusi mandata militum. 27
Clementi Agrippæ seruus vinctus clausus est in palatium trahitur. 96
Clementi Hostiam inuehitur. 95
Clementi Iulium ob promptum ingenium ferratur à militibus seditiosis. 25
Clementi in secreta palatij parte, iussu Tiberij, interficitur. 96
Clementi centurio cum aliis animos militum seditiosorum remocare conatur ad officium. 28
Clementi adit municipia obscura diei. 95
Clypeus censetur Germanicus. 125
Cocceius Nerua consularis legum peritus, comitatur Tiberium in Campaniam. 235
Celaleta populi Lisatia. 160
Cœlius Cursor quòd filiū maiestatis criminibus Magium cæcilianum prætorem petentem, punitus. 119
cui petunt verustum afili ius delubra Asculapii. 201
Cois templo Æsculapii ciues Romanos inducentur in magno periculo. 201
Colophon, ubi Clarius Apollo. 106
C. Cominium Tiberius probrosi in se carminis cognitionem precibus fratris concedit. 212
comitia in foris. 119
comitia quando primum è campo ad patres translata sint. 10
Camagenis Q. Seruæus præficitur. 108
in concione, quæ pauci incipiunt, reliqui ad strepunt. 77
more prisco duces exercitus, bene gesta Rep. gaudio & impatu vilterio exercitus exclamabantur. 185
concordia Dea. 87
Arduum est eodem loci potentiam, & concordiam esse. 194
Quæ apud concordes vincula sunt charitatis, eadē sunt incitamenta iraruin apud infensos. 46
conjurationis difficultas 203
conjurationis parentibus genitī. 205
amissa conjurandi adsuetudo. 203
congiarium plebi datur, quo primùm die Nero forum ingressus est. 112
Consilium Aequi, quòd filius maiestatis criminibus Magium cæcilianum prætorem petentem iussit punitus. 159
Plurium accordia vnius eximitur constantia. 31
Cū vnius, aut alterius fœminæ imbecillum animum malè corripiuntur mariti conferre rerum secundarum, aduersarumq. 217
Magna consternatio in castris Romanis. 54
consulatum L. Brutus instituit. 3
consulit vergilius nititur, ne quod Resp. detrimentum capiat. 203
Cora Hetruriæ promontorium. 94
Corbulo executionem ignominiæ reficiendorum suscipit. 154 & seq.
corcyra insula littora calabriæ contra sita. 131
Aucharius Priscus vetum verbum pronuntiat in senatu habita. 217
Cornelius Sisenna per affinitatem coniunctus Germanico. 98
Cornelius Silanus excitum Pœnorum custodia circumdat. 73
Cornelius Sillanus Syria à Tiberio demotus. 93
Obiecta crimina pro adprobatis minimè debent accipi. 139
Cæpio crispinus quæstor suum prætorem Gratianum Marcellum maiestatis postulat. 19
crepidatis in Gallia quinam incedant. 181
cruptorix Germanus stipendiarius. 247
cuneus Germanici. 125
T. Curtisius seruilis belli socius fuit. 210
curtius Atticus insignis equus Rescensitatur Tiberium in campaniam. 136
cusum fluuius Germaniæ. 113
Cyclopes interfecti. 177
cyprierum tria delubra. 177
cyrenensis. 181
cyrus Rex Persarum dedicauit templum Dianæ apud Hieracesarimos. 177
cythera insula. 131
cyzicenī cur amiserint libertatem, quam bello Mithridatico meruerant. 219

D

Dalmatium imperitante Tiberio duæ legiones tumbant. 195
Dalmaticum mare. 136
Danubius Noricam provinciam præfluit. 113
ripa Danubii. 195
Darius. 172
Decemviratûs potestas biennium valuit. 3
creatis decemviris, accitis quæ vspiam egregiis, compositæ duodecim tabulæ. 110
fallum S. C. ne decreta patrum ante diem

Universidad de Deusto
Biblioteca

decemuiri ad arcanum deferentur. 168
Decius defertus à suis cadit. 145
Decij magnitudo animi. 145
Decius imperat manus, exercitus militia. 145
præcipuum munus amicorum erga defunctum quale sit. 118
à legibus nihil ea puniuntur. 181
Decreta sacerdos apud Delphos edit oracula. 106
Dele Apollinem & Dianam ortus esse vulgus credat. 177
Desultoriæ agere. 127
leniore flagitio interficitur legatus, quàm à principe desciscitur. 83
desultores. 117
animus absentia, & provinciarum administratio Diabolus non coercetur. 183
vulgatum erat, non licere Dialibus egredi Italia. 171
Diana Limnatides. 127
Diana unde orta. 177
Perfica Diana, delubrum rege Cyro dicatum. 177
Diana Taurepolyma. 177
dictu dicta vitiis. 218
dicta & maledicta differunt. 167
Dictatura ad tempus sumebantur. 3
Dij manes. 132
Deorum omnium diis cura sunt. 59
à Dijs nisi festa supplicum preces audiuntur. 158
Dirus vox ex dentibus Ybracum perenda arena coitis. ipsique primus sic cum exulare & liberis vitam permisit. 131
emotionis per vigenti annos discordia in rep. 111
discordia malorum extremum. 231
malum cavè Tiberius ex virtutibus sumpsit, quàm dissimulationem diligebat. 145
Pub. Dolabella Varo convictus furtum se adiungit delatorem Domitio Afro adversus Varum. 241
P. Dolabella proconsul Africæ. 208
Cornelius Dolabella adulator, sine que sententia. 181
Dolabella Cornelius absurdus adulator. 165
Dolabelle petenti abnuit triumphalia Tiberius. 210
domestica mala tristitia sunt operiuda. 144
primæ dominandi spes in ardua, ubi sit ingressi adsunt studia & ministri. 197
dominationes vada præcesserint. 150
Dominus nolebat Tiberius vocari. 118
Dominus civili bella maxu petens, antonis partibus nunc Cæsaro misceatur. 128
Domitius exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quàm quisquam prorum. 112
Domitius Laodiceam adpulsus. 113
Domitius Celeri consilium Pisoni datli. 111.
Domitius Afer primarius eratorum additus. 233
angustus trames inter paludes quondam à L. Domitio ag gestus. 12
Domitius super vetustatem generis compitum erat Cæsaribus. 248
Domitius Pollio effigies filium sacris Vestalibus. 127
Domitius exulat de L. Sulla, quod filio inter spectatores gladiatorum loca non desisset apud senatum quæritur. 154
Domitius Afer corripit Varum Quinctilium. 241
Domitius Afer prætorius modicus dignationi, & quoque faciuere properus clarescere. 232
L. Domitius moritur. 227
Domitio nuptum datur Antonia Octavia gnata. 228
Gn. Domitius ducit Agrippinam. 248
Domitia aura Octavia, cique per ipsam Augustus erat annunciatus. 248
Domitius in Syriam à Pisone mittitur. 122
ducentesima à Tiberio statuta. 37
C. Duillius primus rem Romanam prospere mari gessit, triumphumque navalem de Panis meruit. 103
C. Duillius templum Iano struxerat apud forum Olitorium. 103
duodecim tabule sunt æque iuris. 110
duritiæ veterum. 156
Dousa rufula. 212
Druſus eo anno verbum intraxit. 145
Druſus rebus Illyrico, prolata honore, eadē verbum intrat. 137
Druſi patris Germanici magna apud pop. Rom. memoria. 51
Druſus ex Germanici liberis togam virilē sumpsit. 193
donec superfuit Druſus tolerabilis fuit res statas principe Tiberio. 196
Druſus similibus artibus vitatur. 236
Druſus agit in Dalmatia. 108
Druſus tributum inbet Frisiis. 246
Druſo promptum ingenium ad asperiora. 29
Druſus intendit Seiano manus, & contra tendentē os verberat. 193
Tiberius Druſum summæ rei admouet. 174
Druſus frater Asinii Saloninī. 185
Druſum tiberius summæ rei admouet. 174
Druſus frater Neronis accendit animum quòd mater Agrippina Neronī prompior erat. 238
Druſus mittitur ad firmandam pacem inter Germanos. 101
Druſus Tiberii filius mittitur à patre ad sedandam seditionem legionum Pannonicarum. 26
Druſus secundum consul & collega patris. 154
Druſus Cæsar Consul. 46
Druſus ager. 165
Druſus recitat legionibus literas patris. 26
Druſus Tarracinam progressus obuiam Agrippinæ. 132
Querela, & vocule hominum adversus Druſum. 175
Druſus æquus fratres filios. 104
Druſus alloquitur legiones seditiosas, iam tamen respicientes. 29
Druſo necatus venenis. 187
ata Druſo patri Germanici, à Germanis dilecta ab Germanico restituitur sumuque patris ipse cum legionibus decucurrit. 74
alter ex gemini Druſi labores extinguitur. 202.
Druſus præsidet edendo gladiatoribus, quos Germanico fratris, & suo nomine obtulerat. 62
Druſi forma patris mitigat. 159
fauor vulgi erga Druſum patrem Germanici haud prosperus. 96
Druſus abrogans. 176
De usu consul dissignatus à Tiberio eximitur decedā primo loco sententiæ in Æmyliam Lepidam. 147
Augustus in Druſum patrem Germanici multa honora & magnifica fecit. 133
Druſo propinquanti obuiam venimus legiones. 26
Druſus assentitur sententiæ Rubellii Blandi in Lepidam. 147
Druſus apta temperando animo disseruit. 114
Druſus de matrimonio suo verba facit in senatu. 157
Druſus Illyricos ad exercitus profectus est. 135
Druſi præfectus urbis. 219
Druſus vili sanguine nimis gaudet. 61
Druſi querelæ contra Seianum. 197
somno Druſi cum Pisone habitus. 135
Druſus à Pannonicis legionibus fidata fidelitate in urbem redit. 30
Druſi epistolæ pro superbissimis accipiuntur. 175
largitor nomine senatus Druſus. 154
Druſus incallidus, & facilis inuenta. 135
Druſus in Illyricum mittitur. 99
Druſus solicit Germanos ad discordiat. 112
Druſus clamore legionum turbatur. 27
Druſus rudis dicendi. 19

E

EDictum à Tiberio initio principatus positum tribunitiæ potestatis præceptione fuit. 10
Elephantine. 111
eloquentia non discernitur fortuna. 125
L. Ennius eques Rom. mortē sibi consciscit. 182
Ephesij memorant Dianam atque Apollinem apud se ortos esse. 177
templum Apollinis & Dianæ apud Ephesios. 177
Ephesij. 254
Epidephones Germanicus moritur. 125
principe Tyberio fremonta, & pecuniæ vectigales, & cætera publicorum fructuum scientiarum equitum Ro. agitabantur. 195
equites Ro. pro valetudine Augustæ votum donum Equestri Fortunæ. 183
Erata regina Armeniorum brevi pulsa. 73
Erycini mons. 217
gens Etruscæ. 241
Eudemus amicus, ac medicus Liuiæ. 133
Eudemus per tormenta interrogatus. 199
plures alterum contis docentur. 215
retus ille tractus ab Euxino usque ad flumē Euphratem, imperitante Tiberio, quatuor legionibus coercitum. 194
excisa portem Exquilinam cum classicum canere iussisset consulet, more prisco, ne sacrorum animadvertebant. 83
Exundantes opes ad ornatum urbis, & posterum gloriam quomodo conferentur Augustus non prohibuit. 185

F

FAbia apud Fabricium pecunia, pudor apud Scipionem. 88
Falanium opum Ro. accusator maiestatis. 38
fortunam famam contemnitur virtutes 112
atrocior semper ista Fama ergà domum suam exitus. 199
fortunæ cupido in eum studia militum, & amissa patrui voluntas, hæc optima fama principio clementiam sequitur. 213
mos fama est, cuncta in maius augere, & credere. 162
Cognitio de famosis libellis ab Augusto primum tractata. 58
Problema an fato, & forte nascendi, ita principum inclinatio in hos, offensio in illos tam sit aliquid in nostri consiliis. 206
Feriis libus non licet præsidere Iudex. 178
Felius patrem maiestatis postulat. 211
Firmius Catus Senator ex intima Liboni amicitia, Libonem impellit ad Chaldæorū promissa, magorum sacra, & somniorum interpretes, & ad laxum, & ea alienum. 85
Catus Firmius patrum sententia exilij dānatus precibus Tiberij conceditur. Senatus tamen motus est. 214
Flaccus Vesularius indicium adversus Libonem defert ad Tiberium. 85
Flaccus Rhescuporim perpulit vt Romana præsidia iuuaret. 115
Flacco Vesularius equiti Rom. propior cum Tiberio visus. 85
Pomponius Flaccus Mœsiæ à Tiberio cur præfectus sit. 115
Flamines Quirinales sortiebantur provincias. 175
Modus eligendi flaminis Dialis. 203
Flaminica Dialis sacrorum causa est in potestate viri. 203
Flamines Dialis, priusquā olim simulatitios effectum, vt à Pontificibus Maximis ire in provincias prohiberentur. 175
Decretum Pontificum quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset. 183
Flamines Martiales sortiebātur provincias. 175
Via Flaminia. 136
Flauius frater Arminij, duce Tiberio, per vulnus oculum amisit. 75
Flauinibus natura sua ora, suos cursus, vtque originem, ita fines dedit. 64
In Pisonis, qui consulerat vt in iis quæ pertinent ad flumina nihil mutaretur scientiam concedit. 64
Fidena. 139
Flauius frater Arminij vocatur à fratre Arminio ad colloquium. inde paulatim ad iurgia progressi vix flumine ipso, quod interfluebat, quin pugnarent prohiberi poterant. 75
Flauio fratri Arminij nulla sunt pignora donatúsque est torque, & corona, aliisque donis militaribus. 75
Flauum castellum. 246
Acdes Flaviæ iuxta Circum maximum constitutæ. 103
florentini orāt ne Clanis in Arnum trāsferretur. 64
florus insistit destinatis, & coepta bella, & rebellionē, pellexit alam equitum, vt cæsis negotiatoribus Romanis bellum inciperet. 161
Florus sua manu cadit. 161
Florus Belgas vocat ad arma contra Romanos. 160
Libido farmentorum carretta grāmbus Senatus decretis. 116
placitum olim, ne femina in sacris, aut gentes externas traherentur. 155
Mos receptus apud veteres, vt femine lectum stupri apud ædiles vulgarent. 116
Virtus ea culpa est, si fœmina modum excedat. 157
Fonteius Capito proconsul Asiæ absolutur. 219
Ædes tertiæ Fortunæ dicantur. 96
Fortunæ delubra in vrbe multa. 183
Fortuna cœpit turbare florentem Tiberij domum. 191
Oppidum Forciniense. 194
Forum Iulium Narbonensis Galliæ colonia. 113
Fossa Druſiana. 71
Solita fratribus odia. 239
Turpis trium Senatorum latebra, & detestanda fraus. 243
Clarum inter Germanos Frisium nomen. 247
Cum Frisiis bellum geritur. 246
Frisii transfugæ nauali populus pacem exuit. 246
Frumento pretium statuit Tiberius. 127
Quem dignitas fuga impediuerat. 36
Fulcinius. 137
Fulcinius accusat Pisonem. 139
Fulcinius Tiberius monet, ne facundiam violentia præcipitet. 144
Fundani montes. 137
Funus diui Iulij nimiis popali studiis turbatum est. 12
Funus Germanici. 119
Funus Iuniæ. 126
Funus Druſi illustre imaginum pompa. 198.
Funus Augusti irridetur. 12
Furius Camillus proconsul Africæ Tacfarinatem, & Numidas fugat. 105
Furnius damnatur. 233
Furnius adulter Claudia Pulchræ. 232
Futura in incerto sunt. 181

G

SErgius Galba à Catone Censorio accusatur. 179
Galliarum civitates rebellionem captant. 160
Fesse Gallie mittrandis equis. 74
Galli cadantur. 164
A Galliarum accusat ab Germanicō mittuntur P. Vitellius & Cassius. 74
Galli auxiliares in exercitu Germanici. 79.
Certamen Galle adversus Tiberium exortum est. 91
Galli sententia alte penetrat, & arcana imperij tentat. 91
Asiniæ Gallus. 137
Gallus Asinius adulator. 87
Rex Garamantum prædarum Tacfarinatis receptor ac socius populandæ. 103
Garamantum legati Romam veniunt. 110
Garamantes populi Africæ. 174
Gellius Poplicola quæstor Silani Silanum accusat. 180
Nulli Romanorum eiusdem, cuius erat Domus, fastigij viro gemina forpes est edita. 116
Gemmis. 140
Germanicus quanto acriora in eum studia militum, & amissa patrui voluntas, hoc terrendæ victoriæ intentior. 73
Germanicus in morbum recidit. 116
Germanicus audito legionum tumultu rapidus ire professione quibusque ibi egerit ad sedandas seditionis motus. 32
Germanici eximia species & quinque liberi. 96
Germanici graues in Pisonem contumeliæ, & cur. 116
Germanicus extrahitur tabulis à militibus sedatiosis. 35
Germanicus antevbat Druſum claritudine materni generis. 99
Germanicus versatur in summa pericula inter seditiosos. 13
Germanicus Druſum patrem precatur. 77
Germanicus revocatus ad Amisiam exercitu, legiones classe, vt aduexerat, reportat. 12
Germani inverecundi simisseni inermes, & timulenti ab Germanico opprimuntur. 41
Fama classis Romanæ amissæ vt Germanos ad spem belli, sta Germanicum ad illud coercendum excitt. 83
Germanicus præmittit literas ad Cæcinā & legatū infestum exercitui turbidi. 42
Germanicus, in cuius manu ea legiones erant, immensa fecerum auxilia, interea apud populum suum, ostentabat Tiberium non habere imperii, quam expectare malint. 10
Germanicus cum ab Tiberio Romam arcesseretur, intelligebat, se per inuidiam parto iam decore abstrahi. 84
Germanicus extrema Asiæ, Perinthumque, ac Byzantium Thracias urbes, mox Propontidē angustias, & os Ponticum intrat. 106
Querelæ hominum quòd Germanico non satis honorum ex funere tribunum esset. 134
Germanicus Agrippinam neptem Tiberij in matrimonio, p luisque ex ea liberos habebat. 11
Germanicus extremadē tumulo Varianis legionibus primum exspitem posuit. 31
Vi Germanicus, & Druſus manentes vrbem intrarent, decretum fit. 113
Germanicus exercitum seditiosum alloquitur. 36
Concio Germanici apud seditiosos milites, à quibus regabatur, ne vxorem abire sineret. 37
Germanicus iterum consul inuit consulatum apud vrbem Athenas Nicopolim. 103
Negotiatum literis de valetudine Germanici Romam afferunt. 114
Germanicus adæquatur magno Alexandro. 119
Consules, & Senatus, ac magna pars populi viam, qua Agrippina in vrbem veniebat, conversique Germanici pertabantur, complenerunt. 132
Germanicus seorum à latere dimisit ne fascibus sederet. 33
Germanicum annum effluendis capitis in Germania ab Tiberio posita. 74
Germanicus extinguitur. 119
Germanum repit Segestem ab obsidentibus popularibus. 47
Germanicus secunda nauigatione eum le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

...ionem lacus, & Oceanum usque ad Amisiam fluvium peruehitur. 71
Germanicum respondet legatis Artabanis. 110
Germanicus filius Drusi fratris Tiberij, Augusta nepos. 31
Germanicus quanto summa spei propior, tanto impensius pro Tiberio nititur. 32
Germanici triremis in magno naufragio Cleancorum terram appulit. 83
Germanicum bellum gerens aduersus Marsos pergit introrsus, populatur, excindit. 83
Germanico excessisse Augustum affirtur. 31
Cineres Germanici qua pompa portarentur. 132
Germanicum cupido inuasit soluendi supremo Varo vltisque militibus. 50
Germanicus manibus æquis cum Arminio pugnat. 52
Germanicus Athenis uno littore vtitur. 105
Germanicus redeuntem in asia Arminium sequitur. 52
Germanicus bellum in Angrivarios Stertinio mandat. 82
Mors Germanici Romam delata magno dolore, & ira omnes affecit. 114
Germanicus maiorem partem legionis classi impositam per flumen Amisiam Oceano inuehit. 82
Germanicus quod ardentem sibi, extera legatio permittit. 81
Quibus perisse Germanicum lætarentur. 122
Germanicum se ipsum incusantem vix cohiberi amici quin mari opponeret. 83
Cur Germanicus popolo Rom. charus esset, & simile cum ingenium. 32
Germanicus impositas nauibus quatuor legionibus per lacus vehit. 70
Germanicus cur mare intrare destinet cum exercitu. 74
Germanicus venit Athenas. 102
Germanicus primus cum prætoria cohortibus capit vallum hostium. 81
Germanicus clemens. 109
Germanicus excipitur Athenis quæstionis honoribus. 106
Germanici benignitas, & comitas erga exercitum. 57
Germanicus pari cum graui amicta. 110
Vltima verba Germanici ad vxorem. 118
Eubœam venit Germanicus. 106
Regimen summa rei in Germania penes Germanicum. 30
Germanicus castra Cecina recenti cede fœdissima infecta ingreditur. 43
Germanicus Visurgim transgressus. 77
Germanicus, qui magis agnoscitur, detestatis tegmen capiti. 82
Germanicus, & Piso consumunt Cyrri similque loquuntur. 109
Comitas Germanici. 110
Germanicus nullam ex consilio hostium iniquitatem. 81
Cineres Germanici tumulo Augusti illati. 153
Dies quo reliquiæ Germanici tumulo Augusti sunt illatæ. 153
Germanicus incensa Mattio, vertit ad Rhenum. 47
Germanicus triumphat de Cheruscis, Chattisque & Angrivariis. 96
Germanicus clementer respondet Segesti. 49
Germanici mortem Tiberius inter prospera ducebat. 191
Germanicus summa ope parat bellum aduersus Germanos. 46
Germanici alienatio patrui amorem apud cæteros auxerat. 99
Triumphus Germanici. 96
Germanicus Zeminis regis Armeniorum capiti insigne regium imponit. 108
Germanicum persuasum habet sibi à Pisone datum esse venenum. 116
Germanicus testamentat Pisoni amicitiam per epistolas. 117
Læta Germanici quies. 78
Germanicus exuerat in Chattos Germanos. 46
Germanicus Nilo fabuleatur. 111
Laudes Germanici. 119
Mors Germanici læta Tiberio. 132
Germanicus Drusi cortus alis apud Rhenum legionibus imponitur & à Tiberio, iussu Augusti adoptatur. 6
Germanicus agendo galliarum censui intentus. 30
Germanicus adpellit Colophonem. 106
Corpus Germanici nudatum in fora Antiochensium. 110
Germanicus vt militum mentes penitus nosceret, quid egerit. 77
Germanicus post seditionem tres legiones sacramento adigit. 34
Germanicus Ægyptum proficiscitur. 110
Germanicus sacrat aras Syri. 103
Germanicus auxiliis occultius se patrui, atque vltus. 31
Germanicus Hadriatici, ac max Ionii maris aliquantum nauigationem perpessus. 106
Germanico permittuntur provincia, quæ mari diuidantur. 98
Nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum. 117
Germanicus ducit exercitum aduersus Germanos. 43
Germanicus meritur Epidaphnæ. 114
Germanici Antiochia crematur. 115
Mira manifestandæ Germanici erga Cæsarem. 107
Germanicus nomen Imperatoris audiere Tiberio accipit. 49
Germanicus Morsen irrumpit. 83
Germanicus P. Vitellio duas legiones itinere terrestri ducendas tradit. 56
Germanici aduersa valetudo. 116
Amicitiæ Germanici perniciosa quibusdam. 204
Oratio Germanici ad milites. 75
Germanico offertur imperium ab legionibus. 33
Germanici suprema verba ad adsistentes amicos. 117
Germanicus & Drusus fratres egregiè concordes. 99
Germanico decernitur triumphus. 46
Germanicus non latus ob superbiam Pisonis. 108
Germanicus expeditis exercitum in Chattos rapit. 46
Germani habent corpus visu terribum, & ad breuem impetum validum: nulla vltra patientia, siue pudore flagitij: siue curâ duum abesse fugiunt, pauidi adsisti, inter secunda non diuini, non humani veris memores. 72
Apud Germanos ingentium bellatorum fuit feroces saltus, modica domi armenta. 146
Germanorum acies trans Visurgim flumen. 76
Germani custodes adsunt imperatori. 26
Ad supplenda Germanici exercitus damna certant Gallia, Hispania, Italia, quam laudate studio Germanici arma inuadit, & equis ad bellum sumptis. 57
Germanis quæ arma. 78
Germani quidam, alto ad vallum castrorum Romanorum equo militibus, si quis transfugisset, multa pollicetur. 78
Germani licet victi, tamen pugnæ volunt, arma rapiunt. 84
Germani olim bellum cerebant magistratibus, aut difficilius per cæteras. 100
Germani quantum aquarum circumsorgentibus iugis oritur veritus in subiecta vbi erant Romani. 52
Germani inter Albim & Rhenum virgas, & ferarum, & togam viderunt. 49
Germanico mens est, vt quoties ædificandum, quàm per formidinem cædi, tergo abiectum laceratum. 47
Germanicus legiones seditio incedit. 30
Germani imbuti disciplina militari, quam ab Romanis didicerant. 100
Germani lati ob iustitium, & discordias exercitum Romanorum. 43
Milites Romani Germanicarum victoriarum. 164
Germani petiti inter Romanos merebant. 246.
Germani castra Romana aggrediuntur. 55
Germani ob prospera aduersus Romanos indefessi. 52
Impetu clade afficiuntur Germani ab Germanico. 44
Truculentia cæli præstat Germania. 83
Auxiliares Germani in exercitu Germanici. 79
Germani ab Romanis acie fundantur, & fusio Ionio. 73
Germani aliqua ex Rheno colebant. 45
Germani fugiunt. 80
Germani ab Romanis truciduntur. 55
Turpis Germanorum fuga. 80
Gentium senatus consulta, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadriginta virorum millium census esset. Amphitheatrum imponeretur, nisi solo servitutis spectaculo. 140
Gladiatores destinatis seruitiis in Gallia continuum ferè triennium. 162
Gnæus Gracchus tulit filium ex insula Cercinna. 101
C. Gracchus absolvitur. 101
Gracchi turbatores plebis. 159
Gracchus per Africam & Siciliam mutat fortidas merces. 101
Græci condunt per Asiam vrbibus ara matris patriæ datur. 101
Græci liberalibus studiis præditi Tiberium comitantur in Campaniam. 136

Graci sua tantùm mirantur. 122
Gyarus insula immitis, & sine cultu hominum. 182
Gyarus insula. 181 & 212

H

Hæmus mons Thraciæ. 160 & 232
Halicarnassij. 234
Haterius prope à militibus interfectus. 19
Haterij Agrippæ tribuni plebis intercessio, cùm de parua histrionum ageretur. 63
Haterij Agrippæ sententia iudicium est C. Luterio supplicium. 166
Haterium Agrippam, vt Prætor fieret, Germanicus, & Drusus fouent. 104
Q. Haterius diem obit. 239
Haterius Agrippa Consul designatus. 166
Q. Haterius suspicacem Tiberij animum perstringit. 18
Haterius fœdissimus adulator deridiculo est. 175
D. Haterius Consul. 168
Q. Haterius consularis multa dicit in lucis ciuitatis. 88
Haterius Augustum orat. 19
Heniochi. 116
Silua Herculi sacra. 77
Hercules patrius Lydia. 177
Hercules vbi ortus dicatur. 111
Hercules apud Græcos deûm numero additur. 222
Hercynia Sylua. 100
Hermunduri populi Germaniæ. 113
Hiems præmatura & sæua. 29
Hirrus cæsarea. 102
Hirrus cæsariensis. 177
Hispania vlterior per legatos orat, vt deliberum Tiberio, matrique eius extraueret. 219
Hispaniæ, imperitante Tiberio, tribus legionibus habebantur. 194
Romanus Hispaniæ, egenus, ignotus, inquies. 59
Dicta in senatu sententia, vt prætoribus ius vergarum in histriones esset. 63
Pulsi histriones Italia. 202
Augustus immanes verborum histriones reprendit. 63
de immodestia histrionum à Tiberio relatio est. 202
Homonadenses populi Ciliciæ. 165
Honores in funere Germanici reperti, ac decreti. 125
Oratio M. Hortali potentis ab Tiberio vt se, & filios ab impia defenderet. 92
Hortalus Tiberio grates non agit quamuis ab eo pecunia donatus. 94
M. Hortalus illectus ab Augusto liberalitate decies sestertium dotare vxorem, suscipere liberos. 92
domus vacuefacta pudendam ad inopiam delabitur. 94
Hostilis exuuiæ ad ornatum vrbis & posteritatem gloriam quominus eas ferrentur Augustus non impedit. 183
Hyberus Rex. 194
Hypepeni. 234
Hyrcani. 202

I

Iano templum dedicatur. 103
Icompus Idistauisus medius inter Visurgim, & colles. 79
Igues effulserunt inter ruinam dei in verbum Asiæ. 102
Ignis violentia. 240
Iliensis parentem urbis Roma Troiam referunt. 234
deterrimo cuique incedebat licentia impune probra, & inuidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæsaris. 138
ea condicio est Imperandi, vt non aliter retineo constet, quàm si vos reddatur. 9
Imperatorium Imperatoris ab Augusto quibusdam concessum. 181
plures Imperatores. 185
Imperator augurato, & auspicatissimis exercitio moribus preditus seruilia attrectare non debet. 31
Imperitante Tiberio Italiam vroquem arma duæ classes tenebant. 194
Italia externæ opis indiga. 171
bellum Italicum. 151
vniuersum Imperium Romanum quot classibus, & legionibus teneretur. 193
Imperium Romanum principe Tiberio, ad mare rubrum patescebat. 111
fatis parcarum aduersus Impudicas in ipsa professione flagitij est. 116
cuncta mortalium incerta. 58
Industria & vigilantia haud minùs necessarie quæ tes parandæ regno fingunt. 192
Inguiomerus Arminij patruus ab Arminio trahitur ex parte suas aduersus Romanos. 50
Inguiomerum in prælio, tela volitantium acie fortuna magis, quàm virtus deferebat. 82
Inguiomerus laudatur à Marobodno. 109
Inguiomerus grauiter vulneratus. 55
Inguiomerus ad Marobodnum perfugit. 180
Inguiomerus fugit ex prælio. 80
commendatio interdum vtitur ex inimicis. 185
plerumque Innocentes recenti inuidia imparet. 121
quæ Inopina accidunt, multò quàm cætera, sunt maiora. 55
Infames magis, quàm periculosi. 53
Interminati. 64
ex Inuidia nascitur odium. 186
Irreuerentia iuuentutis grauibus decretis notata. 134
Isauricus. 177
aduersus Impios hebescunt fydera, pauca tempestates. 30
Iuba rex. 194
Iudea fessa ueteribus diminutionem tributi orat. 98
allum de sacris Iudaicis pellendis. 117
vera, aut in deterius credita iudice ab vno facilius discernuntur. 137
Iulia vxor Augusti adultera, ideoque proiecta in insulam Trimerum mortem obit. 141
Iulia filia Augusti maritur. 45
Iulia patri Augusto literas scripsit cum insultatione Tiberij, eaque à Gracchi compositæ credebantur. 45
Iuleâ domo effet in matrimonio M. Agrippæ Sempronius Gracchus temerauit. 45
Iulia Drusi filia Neroni nuptiæ datur. 153
Iulia fœrat in matrimonio Tiberij, spectatque vt imparem. 47
Iulia ob impudicitiam à patre Augusto relegata. 41
Iulia Augusta ope sustentata. 245
Iulia Augusta valetudo atrox. 178
Iulius Iulius ciuitates Treuirorum, discors Florc, incendatam Treuirorum multitudinem dissicit. 161
Iulius Antonius ob adulterium Iulie mortis pœnas. 128
Iulius Florus exstimulator rebellionis apud Treueros erat. 160
D. Iulius seditiosi exercitus vno verbo cum pectus. 37
Iunia Catonis auunculo genita, C. Cassio vxor 11. Bruti fuit mortitur. 126
Iunia familia. 181
Iunius quidam ab Libone tentatus vt infernas vmbras carminibus eliceret. 86
Iunia Othonis vetus ari fuit exercere Indis literarium. 179
Iunius Senator. 140
Iunius Silanus consul. 142
Iunius Otthe vxoris patruus Senator. 179
Iunius Blæsus & Lepidus à Tiberio nominantur, ex quis proconsul Africæ legeretur. 138
Iuppiter Salaminius. 177
Iusiurandum perinde æstimandum, quam si quis Iouem fallat. 59

L

Labeo Antistius studiis ciuilibus, artibusque egregiis præcellens, & incorrupta libertate. 185
Pomponius Labeo è Mœsia cum legione ad Sabinum venit. 119
Lacedæmonii cum Philippo Macedone bellarunt. 127
Lacedæmonii & Messenii contendunt de iure templi Dianæ Limnetidis. 227
Ælius Lamia proconsul Africæ. 201
Langobardi. 100
Langobardi pro antiquo decore, & recenti libertate pugnant. 101
Laodicenses. 234
Laodicea urbs Syriæ. 235
Lanuuinum municipium. 165
Latiaris medico vsu elicigebat Sabinii. 172
Latiaris Sabinum domum & in cubiculum trahit. 143
Latiaris & tres alii accusant Sabinum. 224
Latinius Pandus Proprator Mœsiæ 114
Latinii Latiaris fraus ad decipiendum Sabinum. 142
Latona partu grauida edidit Apollinem & Dianam. 177
Legati ab senatu apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. 35
rarum etiam inter hostes vt Legatus violetur. 36
Legati Artabani Parthorum regis Germanicum adeunt. 109
Leges turbantur vi, ambitu, pecunia. 4
non est vtendum imperio vbi legibus agi potest. 182
corruptissima rep. plurimæ leges. 151
Legum alia abolentur, alia contempto abolentur. 172
Leges, & Respublica. 150
multæ Leges in maleficii ex delicto sunt latæ. 150

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leges Cretenſium late à Minoe. 150
aliquando Legis diſſentione ordinum & adipiſcendi honeſtes honores, aut pellendi clarioris virtutis aliquæ ab prava per vim latæ ſunt. 150
Leges primo rudes erant. 110
Leges non in falſa conſtituuntur, quia ſuperua ne incerto ſunt. 181
Libo ſine patrono ad cauſam dicendam acceſſit. 86
Legiones ſibi faciebant caſtra. 82
Legionis in manu ſita erat res Romana. 31
Gn. Lentulus meritur. 227
Lentulus augur adverſus Semnum Malugineuſem diſſerit. 171
Lentulus Getulicus conſul diſſignatus Aquilium lege Iulia damnat. 227
Gn. Lentulus nominatur à filio Q. Vilij Servii. 212
Lentulus Getulicus conſul. 228
Cn. Lentulo inſonſe legiones ſeditioſæ. 27
Gn. Lentulus triumphalia inſignia de Getulio retulerat, eique bona tolerata paupertate gravia fuit, 227
Lentulus intimus amicus Tiberij, & ſenectutis veterna. 122
Lepida deſtinata nuptæ L. Cæſari, ac dein Augusto nurui. 147
Lepida multa, atrociaque crimina in iudicio objiciuntur. 146
Lepida Tiberium petit veniæ. 148
Lepida multum moleſtationis ergà ſe permouit. 147
M. Lepidus Ptolomæi liberis tutor in Ægyptum miſſus. 116
Manius Lepidus frater Æmilia. 146
turbida Lepidi rogationes. 151
M. Lepidus contra ſententiam Hatterij Agrippæ verba facit. 166
Æmilius Lepidus accipit à Tibere bona Æmilia Muſæ. 102
Lepidus ſpecie amicitiæ ab Auguſto deceptus. 14
Lepidus intentius ſe excuſat ne in Africam eat. 153
Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum veſſere. 3
Lepidus præmia medicis. 183
Lepidus grauis & ſapiens vir, aquabili auctoritate, & gratia apud Tiberium vixit. 206
M. Lepidus incuſatur à Sex. Pompeio, ut ſocer, inopi, & maioribus ſuis dedecorato. 151
M. Lepidus Piſoni adeſt ad dicendam cauſam. 137
M. Lepidus Aſiæ proconſul. 135
M. Lepidus ab Auguſto capax iudicatur imperij ſed aſpernatur. 18
Lepidus à ſenatu laudatur. 155
M. Lepidus & Iunius Bleſus à Tiberio nominantur, ex quis proconſul Africæ legeretur. 172
Lepidus à ſenatu petit ut baſilicam Pauli, Æmilia monumitâ propria pecunia formari, ornarique. 183
Lethum vanit Germanicus. 106
Diana Lucopheryena. 177
Liber pater bello victor ſupplicibus Amazonum ignoſcit. 177
Liber apud Græcos tres nomere additus. 111
Liberalitas Auguſtia auſa. 206
Libertatem Romæ L. Brutus inſtituit. 3
Libertorum ſeruilia ingenia. 77
Libo ornatur prætura à Tiberio. 85
Libo iuuenis improuidus, & facilis inuitabus. 85
Libo ſuâ manu ſe interficit. 87
Accuſatio Libonis, ipſo mortuo, apud patres peracta eſt. 87
L. Libo conſul. 71
Libo Druſus deſertor multis res nouas ab Firmio Cato ſenatore. 84
Libo accuſatus ab Trione, mutata veſte, ter eunit domos, vocem aduerſus periculo poſcit. 86
Libo lectica delatus in ſenatum immoto Tiberij vultu excipitur. 86
bona Libonis inter accuſatores diuiduntur. 87
Libo extremas preces P. Quirinio propinquo ſuo ad principem mandat. 87
uocordia Libonis. 86
Lybiam delatus Metellus. 111
M. Licinius conſul. 239
Varius Ligur adulter Aquilie. 227
Linenſium Regulus Piſoni adeſt ad dicendâ cauſam. 137
Linia ſoror Germanici forma initia ætatis iudicare, nec pulchritudine præcellebat. 193
Linia ab Auguſto in familiam Iuliam, nomenque Auguſtæ aſſumpta. 11
Linie Agrippinam inſectatur. 32
Linia cùm Auguſtus mœreret, acribus cuſtodij domum & vias ſepſerat. 8
Linie auunculus Auguſtus, ſocer Tiberius, ex Druſo liberi. 193
multa patrum in Liuiam adulatio. 19
Linia grauis in remp. mater. 14
Linia C. Cæſari mox Druſo nupta. 114
Linia ferat Germanici nupta Druſo duos virilis ſexus ſimul enixa eſt. 116
T. Liuius Pompeianarum partium ducis nuſquam latrones, & parricidas ſæpe vt inſignes viros nominat. 217
T. Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus. 217
T. Liuius amicus Auguſti. 217
T. Liuium Auguſtus Pompeianum appellabat. 217
C. Liuius accuſatur Libonis ſingillatim ex tormina obiecit. 86
M. Lollius ab Tiberio incuſatus in ſenatu tanquam auctor prauitatis & diſſendiarum C. Cæſari. 165
augendam cæremonialem Loci, in qua tâtum in principê honoré dij eſtenderent. 140
maieſtati maior è longinquo reuerentia. 41
ex longinquo cuncta augentur. 114
quanto quis plus adeptus eſt, tantò magis in lubrico eſt. 52
Lucilius Capito accuſatus à prouincia damnatur. 201
Lucillius Lêgus intimus Tiberio moritur: decretique ei honores. 202
Lucilius centurio ab ſeditioſis interficitur militibus. 25
Lucullus pellit Mithridatem. 219
Luculliſſimus cæſus, quo quinquaginta hominum millia debilitata, vel obruta ſunt. 138
Ludibria rerum mortalium cunctis in hoc worſantur. 144
Ludi Auguſtales. 31
Lugduni cohors præſidium agitabat. 126
Luna elaborat cælo viſa langueſcere. 17
Germanicus Luppia caſtello potitur. 74
Obſeſſores Lupiæ caſtelli ad famam aduentus Germanici delapſi ſunt. 74
Lupia fluuius Germaniæ. 10 & 74
Curtius Lupus Quæſtor captantem T. Curtij ſeruorationem diſiicit. 111
C. Luterij Priſci celebre carmen, quo ſuprema Germanici deflebatur. 166
C. Luterius Priſcus compoſuit carmen agro Druſo, quod ſi extinctus foret maiore premio vulgaretur. 166
C. Luterius legit carmen ab ſe compoſitum in domo P. Petronij. 166
Luterius Priſcus in carcerem ductus, & ſua ſponte exanimatus. 167
Luxus à fine Actiaci belli ad ea arma quis Ser. Galba remp. Romanam adeptus eſt, per annos centum profuſis ſumptibus exercitij. 172
Luxus in iuuene Druſo non adeò diſplicebat. 159
multa conſtituta ſunt in luxum ciuitatis. 82
de Luxu coercendo actum. 170
Luxus quibus in rebus conſiſtat. 170
Luxus cur paulatim exoleuerit. 172
Lycium mare. 111
Lycurgus Spartanorum legiſlator. 150
Lydus Hercules potius. 177
Lydorum opulentia. 135
Lydus Atye rege genitus. 234
Lygdus ſpado venenum dat Druſo. 197
Lygdus occulto indicio Druſum venesi in patrem arguit. 199
Lygdus ve ſeruaturum patefacit ordinem ſceleris aduerſus Druſum. 199
Lygdus etate, atque forma clarum domino, interque primores miniſtros erat. 198

M

Macedonia lenata proconſulari imperio, Cæſarique tradita. 61
Macedones Hyrcani. 101
falſa de magis Italia pellendis ſenatuſconſulta. 82
ſolitum magiſtratibus diem prorogari decreuit. 205
Magius Cecilianus prætor filius maieſtatis criminibus accuſatus. 114
Magnetes L. Scipionis, & L. Sullæ conſtitutis utebantur. 177
apud Magnetes eſt perfugium inuiolabile Dianæ Leucopheryenæ. 177
Magnetis. 101 & 234
Ludi Magni ab ſenatu decreti. 178
dicti olim familiæ magnificentia prolabebêtur. 172
Magorum ſacra. 25
mora Tiberij ante lex Maieſtatis trallabatur. 52
lex Maieſtatis amplectitur principum, aut principis parentum, uxoris, ſiquis in eos peccaret. 117
quanam lege maieſtatis contineretur. 52
Legem Maieſtatis reduxit Tiberius. 52
Maloulidus Chattorum dux in deditionem acceptus. 83
Maleficia. 117
Malugineuſis patri in flaminio Dialis ſucceſſit. 203
Mamercus opprobrio maiorum fuerit. 179
Mamercus Scaurus pro L. Sulla nititur. 154
Mamercus patruus, ac vitricus L. Sullæ, & uxorum uberrimus. 154
Mamercus Scaurus ſuſpicacem Tiberij animum perſtringit. 18
parum abſuit, quin Mancipij vnius audacia deſerdijs, armiſque ciuilibus remp. perculerit. 94
Manlio adultero Apuleiæ Varillæ Italia, atque Africa interdictum eſt. 104
manſuetude in libros. 119
Marcellus intra tumultum ereptus. 66
Granius Marcellus prætor Bithynice à quæſtore ipſius diuerſis de cauſis maieſtatis poſtulatus abſoluitur. 59
Marcellus. 137
Marcomanni. 101. & 112
mariti corrumpuntur ſæpe prauitatibus uxorum. 117
Marius Nepos prodigus, eoque metus ſenatui. 103
Sex. Marius accuſatur. 219
Marobodus vnum ſubſidium eſt miſericordia Cæſaris. 112
Marobodnus Rauenne habitat. 112
Marobodnus ab Druſo receptus. 117
Marobodnus rex Sueuorum pace obſtrictus à Tiberio. 84
Marobodnus in Marcomannos concedit. 101
Marobodnus fraſtus. 112
Marobodnus mittit legatos ad Tiberium oraturos auxilia. 101
Marobodnus ſe tollat, nec prohibere hoſtem abſtinet. 100
Marobodnus ſcribit Tiberio. 112
Marobodnus duodecim legionibus petitus duce Tiberio. 101
Marobodnus ab Arminio appellatur fugax & præliorum expers. 100
Marobodui regis Suenorum nomen inuiſum apud populares. 100
marobodui opes, & potentiam extollit Tiberius. 112
templum Martis vltoris. 113
Ædes Martis vltoris. 144
Marſus Vibius nuntiat Piſoni Romam ad dicendam cauſam veniret. 112
ad vicos Marſorum Germanicus exercitum ducit. 43
Marſi Germanicus irrumpit. 83
Martia vxor Maximi cauſa exitij mariti fuit, quòd quæ nupſit ſeruò nuncupauerat, id illa Liuie aperuerat. 7
Martina infamis veneficij, Plancinæ perchara à cui Sitio in urbem mittitur. 110
Martina ſubita morte Brundiſij extincta. 135
P. Martius ſupplicio affectus. 82
flamen Martius in Germania. 113
Maſſilia ſtudijs operæ dabatur. 118
Maſſilienſium preces. 117
Mater Deûm. 140
Periti cœleſtium, & mathematici ferebant rebitum Tiberij, cum in Campaniam iret, denegari. ſed patuit breue confinium artis. 236. *& ſeq.*
falſa de mathematicis Italia pellendis ſenatuſconſulta. 82
Liberi regis, mores externi, ſociati in matrimonium, regnumque. 72
Mattiacum caput gentis Chattorum ab Germanico incenſum. 47
Mauri à tributalibus in bello trahuntur. 105
Mauro Iuba rex accepit donum populi Romani. 194
aliud eſt medicina, aliud clades. 43
Mauritius Orecium repetens Libyam delatus. 111
Secordes ſunt qui putant præſenti potentia extingui poſſe etiam ſequentis ævi memoriam. 219
metuminis cuſtorum præfectus duorum militum ſupplicio ſeditionem reprimit, ſuadem audacia. 35
Modi Megaliſij. 135
Monumenta ſaxea effigiet. 111
Apidius Merula, quòd in acta Auguſti nõ iurauerat, albo ſenatorio eraſus. 227
Voleſus Meſſala Aſiæ proconſul. 181
Meſſala Valerius mirificat Tiberij adulator. 11
Meſſalinus cùm eos enumeraret, quibus gratia agi debebat, ob vindictam Germanici, omittit Claudij mentionem. 144
Valerio Meſſalino, filio Meſſale, inerat imago paterna facundia. 156
Meſſalini Cotta ſententia, vt mariti prouinciabilibus uxorum criminibus tenerentur. 107
ſecundum Meſſenios factum eſt ſenatuſconſultum de iure templi Dianæ Limnatidis 227
Lacedæmonij, & Meſſenij contendunt de iure templi Dianæ Limnatidis. 227
L. Metellus Pontifex Max. 183
proprius motus exercitam quoque eloquentiam debilitat. 180
non omnia metuenda. 93
Miloſis. 178. & 227. & 234
voluntarius Miles non eadem virtute, ac modeſtia agit, atque is qui ex delectibus eſt conſcriptus. 194
Militum mentes quando penitus noſci poſſint. 77
Miles, intermittente imperatore debita munia, laſciuire & diſcordare incipit. 22
deſideria militum non per ſeditionem, & turbat ad principem ferri debent. 23
Milites non ſunt appellandi ſeditioſi. 37
Militi Romani à Germanis patibula affixa 246
gaudebat cædibus miles, tâquam ſomes abſoluerat. 39
plerumque inopes, ac vagi ſponte militiam ſumunt. 194
Militia ſeditioſis grauis eſt, & infrallouſa. 22
Minos dedit leges Cretenſibus. 150
Miſenum. 194
atrox exemplum miſeriarum, & famis. 211
Miſericordia interdum eâ accuſantibus eſt. 118
Mithradates à L. Sulla pulſus. 177
Mithradates conſtantia Cyzicenorum, & præſidio Lucullo pulſus. 219
Mithradates bellum geſſit aduerſus Sullam 106
Romæ, ac Mithradatis ingentibus bellis labebat Reſp. 184
Adrogans Moderatio. 11
Mœcenas prouecta ætate, ſpretum magis in amicitia principis, quàm vim tenuit. 154
Mœcenas effuſus in amorem Bathylli. 46

prouincia Maſſia. 64
magna vbi ſæpiùs prorupere, difficilius retinentur. 144
Volcinius Montanus ob contumelias in Cæſarem dellas poſtulatus. 226
tremenſi nomine ſidiſſe ferantur. 102
Morbi corporis vetere, & diu auſti, nõniſi per diræ & aſpera coerceri poſſunt 170
verſo cuncta ſtatu nihil vſquam priſci, & integri manet. 6
Moſa fluuius. 74
Sexus Mulebris natura imbecillus. 157
Mulierum inſita pernicacia, & impotentia. 116
Sexus mulebris non imbecillum tantum ſuit, ſi licentia adſit ſæuus, ambitioſus, poteſtatis auidus. 115
Mummius imperator, 137
Munatius Plancus princeps legationis ad Germanicum à militibus incuſatur tanquam auctor atrocis ſenatuſconſulti. 35
Munificentia Germanici, qui militibus quàtum quis damni profeſſus erat, exſoluit. 84
Principes municipalium deſectionis capitâtes à Delet illa ſecuri percutiuntur. 209
Muſalamorum dux Tacfarinas. 105
muſulani valida gens, & ſollicitandibus Africa propinqua. 105
Mutilia, Priſca adultera. 200
Mytina. 102

N

Rex Nabatæorum excepti Germanicũ. 109
Nat annis. 64
optimè rebus Mortalium conſuluit Natura 63
Auguſtus reſtratas Naues Alliatæ reſtituit captas in oppidum Ferentinenſe miſit. 194
Gallæ littus reſtratæ Naues præſidebant. 194
Naues Piſonis, & Agrippinæ alio alijs obuia. 124
multa genera Nauium neceſſaria ſunt ad conſpiendam claſſem. 74
Naues lato vtero facilius tolerant fluctus. 74
Naues plano carinis ſine nouæ ſidunt. 74
Naues appoſitis vtrinque gubernaculis, inuerſo repente remigio, hinc vel illinc appellunt. 74
Naufragium patitur claſſis Germanici. 82
Nauportum à manipulo, qui ea miſſi erant audita legionum ſeditione, ſurripuit. 24
interdum Neceſſitates exprimuntur quæ permodeſtiam haberi non poſſunt. 23
Negatæ honor gloriam intendit. 110
Nero duxit Iuliam Druſi filiam vxorem. 131
Nero à liberis Germanici à Tiberio commẽdatur patribus. 114
Nero præcipuus ſucceſſionis Tiberij. 237
Nero agit gratias patribus, atque Ioui. 102
Nero modeſta iuuenta. 137
Nero ſibertis & clientibus exſtimulator. 238
Nero veluſtiſſimus liberorum Germanici. 92
Nicopolis urbs Achaiæ. 105
Iacus receptacula Nili. 111
Nilus. 111

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihil neque nimium, neque mediocre est, 82
Nisa urbs Campaniæ. 133
Nona legio Romana reperta in Africa. 208
C. Norbanus consul. 46
L. Norbanus consul. 110
Nuntia pernicies. 112
Non ubi in audaciam, ubi ad formidinem opportunior. 233
Numa religionibus, & diuinis iuris populum devinxit. 150
Numantina prior urbs Silvani insons iudicatur 108
Numida pedicum acies ferre nequeunt. 209
Numinis inferna. 117

O

O Cretum cetera mari violentior. 83
Oecia legionis & quinquagiata per amnes Vasconibus facta præfecti. 127
Oleander Frontis multa docet in luxum civitatis. 88
Paterna odia sua fas est publicis utilitatibus remittere. 14
Odrysæ populi Thraciæ. 160
Oleorum usus fessis Germanis fuga præsentis. 146
Olennius à primipilaribus regendis Frisiis impositus. 146
magnæ opes immensæ parsimoniæ, & munificentiæ habitæ. 247
M. Opsius prætura functus. 142
Oppius & alius legibus sanctitatis est fœminarum impotentia. 136
optimates in Pharsalica acie. 213
Optimi exercitibus altissima sapiunt. 212
Oracinum Clari Apollinis Germanos maturum exitium cecinisse fertur 106
rebus omnibus nisi quidam voluti orbis. 173
ostium Orientis nisi Germanici sapientia compositum non patebat. 92
Mota Orientis regna. 71
Orientis motus. 98
Locus Oryxæ. 177
Osiorum lodicrum. 201
Lucius Otho pater Silanum accusat. 179
Adversus otium castrorum multa quæsita erant. 33

P

M Paconius legatus Silanum accusat. 182
Paconii legatus Piseonem præcurrit. 133
Pagus flumen Asiæ. 145
Pannonicæ legiones fidem invicit. 11
Pannoniam duæ legiones tenebant, imperante Tiberio. 195
Legiones Pannonicæ seditionem amittant. 19.
Paterculum ex domo Pannoniorum Senatus introvocat, & alia quæ ad eam rem pertinent. 63
Paphia Veneris. 177
Papius Mutilus adulator. 87
Lex Pappia Poppæa quid continerat. 312
Lex Pappia Poppæa ab Augusto lata, & eius, & quid continuerit. 149
Cur olim parsimonia polluit. 171
Parthorum pudor, quasi degenerarint, 71
Parthis aspernantur Romanum. 71
Aphrodisienses, & Stratonicenses laudati quod Parthorum irruptionem pertulerunt. 177
Initium motus Orientis apud Parthos ortum. 71
Parmæ res magnum ad certamen progressa. 154
Parsalia dicitur equitis Rom. hereditate Tiberius tradidit M. Servilio. 102
Parsidis consilia in incerto sunt. 136
Bene tolerata paupertas. 217
Pax Germanis languida & soluta inter tumultuantes. 43
Pax qua consecuta est mortem Lepidi atque Antonij cruenta fuit. 14
In pace causæ & merita spectantur, ubi bellum ingruit, innocentes, ac meritis tecta cadunt. 42
Pedibus extelli incedit Germanicus. 150
Pedo præfectus equitum adversus Germanos duces strubus Frisiorum. 10
Pelops Pelopenesi inter Hercules posteros. 217 227
Per comitia dux seditionis. 11
Indicia perfugæ habita ab Germanico fidei. 77
Pergamum. 154
Cui maxima pericula sunt subeunda, hic deliberandi curarum, & periculorum caventium non est. 79
Asylum Æsculapii apud Pergamum. 178
Pernicies vibo Thraciæ. 106
Perpenna. 177
Persica Diana. 137
Persicus rex. 134
Persicus Rufus prætura functus. 142
Pharsalica acies. 218
Philadelphini. 102
Philippopolis à Philippo Macedone sita. 160
Philippus naturandus Athenienses. 111
Philippus Macedo. 217
Philippus. 183
Philopator Ceicum rex defunctus. 98
Phrataces cur patrem pulsi missus ad Augustum. 71
Phrataci insulta veneratarum officia ad Augustum scripta. 71
Phraates rex Parthorum depulit exercitus, & eosque Romanos. 71
Picenum. 136
Pinarius Natta accusator Cremutij Cordi. 217
Piso pater Cn. Pisonis civili bello resurgentis in Africa partes acerrimus ministerio adversus Cæsarem fuit. 58
Cn. Piso Atrocitate orationis sensa increpat & obloquia Germanicum perstringit. 108
Piso occupat Colendrum. 123
Piso navem solvit ex urbe. 117
Piso indignis lætitia, & à Tribuno Prætorie roborate delectat. 140
Piso regulos Ciliciæ ut se auxilio iuuarent scripsit. 122
Piso ad Drusum pergit. 135
Piso legatus & amicus Augusti. 137
Sequitur legionis sextæ signum ad visionem transiit. 123
Piso salum veneni crimen visus est dilusisse. 140
Pisonis accusatio non peralia ob eventum ipsius opportunam. 207
Piso balnearium mare tramittit, venisque Aquinum. 236
L. Piso Cn. Pisonis adest ad dicendam causam. 137
Piso intemperanter accipit quantum meritis Germanici. 120
Piso aliquot exemplum sibi à rege Nabatæorum datum 109
Piso vim Tiberio concedit, libertas eius vetustum infra despicit. 99
Cn. Piso adeò corruptus iudicium in Syria, ut vulgi sermones parùm legionum haberetur.
Piso vagus per amœna Asiæ, atque Achaiæ 135
L. Pisonis libera querela. 89
Pisonis effigies, iussu Tiberij, protelle & repositæ. 140
L. Pisonem externorum Hispaniæ præsidium quidam agresti nationi Termestinæ vana voluere in mortem effecit. 228
Piso præmissa ex verbum plenis, atque dat mandata ad Tiberium 135
Cn. Pisonem diversa sententia ab Asinij Galli super absentia Tiberij 90
Piso in immere crebrò se similem ostentat. 136
Cn. Piso insignia violentus, & absequij ignarus, Syria profectus. 98
Piso in Syria ab ingenuitus patrem appellatus. 113
Capita accusationis seu criminum quæ Pisoni ab accusatoribus obiiciuntur. 139
Piso datus à Tiberio adiutor Germanico rebus apud Orientem administrandis. 137
Piso elogium à Senatu. 145
Piso ultro ab Augusta arbitur consolatis utrique. 99
Piso idem Syria impositas ut pari Germanico exercerit. 99
Piso ex Cilendori castello seditionem capessit 123
Pisonis calicilli ad Tiberium. 142
Piso classem adpugnare tentat. 123
Piso Brutum & Cassium sequitur. 92
Pisonem Tiberius accusat secreti sermonis adversum magistratum habiti. 207
Piso durat mentem, senatumque rursus ingreditur. 142
M. Piso ignominia exsimitur. 143
Piso per literas invisus Germanicum lasciuè & superbè. 122
Iudices Pisonis implacabiles. 149
effigies Pisonis à plebe tractæ in Germania 140
Cn. Piso assequitur Germanicum apud insulam Rhodum. 127
non Cn. Pisonis in comitio apud regem Nabatæorum. 109
Pisonis domus foro imminent. 136
Pisonem inimicus assequitur, excessisse Germanicum.
Cn. Piso effusius verbis Athenienses perstringit. 107
Piso Narbonem Tiberi denelatur. 136
Piso professo ingulo, in cubiculo reperitur. 141
accusatores Pisonis. 139
Piso offert familiam, & ministros in tormenta flagitat. 140
Poppæus Sabino prorogatur provincia Mœsia, & Achaia, & Macedonia. 61
vera apud Tiberium populantur. 182
Populus Rom. non fraude, neque occultis, sed palam, & armatus hostes suos vicisse solet. 128
Populus parens omnium. 152
claris hominibus merentur ut posteros habeant 91
suum cuique decus posteritas rependit. 218
Aulus Postumius Flamen. 183
A. Postumius dictator vovorat ædes sacras Libero, Liberaque & Cereri. 103
Iulius Postumius adulter Mutilia Prisce. 200
ne postpositi contumelia incendantur, cauendum est. 41
prompti aditus, obuia comitas, ignotæ Patribus virtutes. 72
an provincia sub dominis, pœne sine arbitro sunt? 27
nunc prætoriæ cohortes ferme Etruria, Umbriaque delectæ, aut veteres Latio, & colonia antiquitus Romanis. 195
principes mortales, res æterna. 135
princeps debet scire se esse mortalem, & hominum officia fungi, satisque habere, si principum locum impleat. 221
principum diversa est fori ab reliquis mortalibus: his enim in eo stare consilia, quid sibi conducere putent; at illis præcipua rerum ad famam sunt dirigenda. 123
proinceps non potest cuncta sua sapientia cognoscere. 121
virtutes & laudes principi propriæ. 221
prius aliquid & excessisse à principe postulatur quam ab ordinariis magistratibus. 170
Principis vix terrore & minis vinci potest. 29
principes instar Deorum sunt. 158
cum principes insatiabiliter parare debeant, nempe, prospexam sui memoriam. 222
quæ cuncta regendi, principatus valide arduum, valdeque subiectum fortunæ. 15
nisi Principatus refutet quæ cuncta ad senatum vocat. 9
Mutilia Prisca in animo Augustæ valida. 201
tarda sunt quæ incommoda expostulantur, priusquam gratiam statim mereare, statim recipias. 29
Proconsul poterat retentâ civilis militiæ ab virtutem dare. 146
C. Proculeium Augustus in secretioribus habuit, veram ex illo quibus meditabatur fidem suam dare nuptum. 235
Prodigia à Tiberio visa sunt senatu, aut rei sponte cedere passus est. 103
Prodigiorum etiam ipsi, quos antepenunt insuti sunt. 48
Prodidere ferunt arma ad suam patriæque servitium. 230
res Romæ Prolata. 90
Promiscuæ viris & fœminis vestes. 170
augustæ Propontidis. 106
Prosutura minimum obtrectationis afferunt 225
Prudentia honesta ab detrectatione, vtilia ab usu discernit. 225
Ptolemæus Iuba filius rex Mauretiæ. 208
Ptolemæus rex à Dolabella cum popularibus excitus adversus Taefarinatum. 209
L. & M. Publicij ædiles. 103
Punica urbs i. Carthago. 235
Pyramides. 111
Pyramus amnis. 116
Pyrrhus metuendus Romanis. 112
Pyrrhi Romani venenum produnt. 128

Q

Q Ens Quadrum. 115
Quercia cerere. 115
mani Querquetulanus, postea Celius appellatus. 143
Quinti filius Varus cum exercitu amissus. 6
ut in Quinquennium magistratuum comitia haberentur censuit Gallus. 91
Quirinij, præter quam Tiberio, haud læta memoria. 166
P. Quirinius dines maritus Lepidæ. 146
Quirinius senex, vbi, atque obscurum. 147
Quirinus Deum numero additus. 222

R

R Asenæ filius Armenij habitus. 49
Rasenna. 194
Reatini. 62
Regibus aqua, eadem infima, insolita sunt. 97
à maioribus concessum est, egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat, loco sententiæ proferre. 93
asperarate Remedij truces. 59
Remmius Vonones. 116
Responsum Tiberij ad Marobodnum. 112
Resp. suma tres. 215
Resp. aterna. 235
non est prohobendus Reus quominus cuncta proferat, quibus innocentia eius sublevari, aut iniquitas adversij ereargui possit. 119
Rhati in castris Romanis pugnantes. 80
rex Ramses quas provincias imperio iunxerit, 111
Rhegini Siculum festum accolunt. 45
Rhenum inxta præcipuum vebus imperij Romani, octo legiones erant. 194
Rheni deserptio. 74
Rhescuporis Thraciæ regis facinus adversus Cotyn fratrem filium. 114
Rhescuporis domuator ut procul regno teneretur. 115
Rhescuporis fraude Cotyis cateni ventus, & Thracia omni potitur. 114
Rhescuporis Thraciæ rex. 113
Rhescuporis scribit ad Tiberium. 114
Rhescuporis circumdatus custodia in urbe trahitur. 115
Rhescuporis Cotyin necat. 114
Rhescuporis Alexandriam deuehitur, interficitur. 116
Rhescuporis frater Cotyes interfecto, bellum adversus Romanos voluit. 119
Rhœmetalces cum auxilio popularium ad Sabinum venit. 229
Varusani Germaniæ in Rhœtiam mittuntur. 59
M. Perse Consule magna quidem iam potentia res, gerendo tamen ad summum fastigium 233

Universidad de Deusto
Biblioteca

urbem Romam à principio regs habuere. 3
nummi Romanorum pugna cum Germanis confulis. 247
Romani inuicti, & nullo casu superabiles. 84
Romani omnia aduersa pugnantibus contra Cheruscis. 51
Romulus, ut dicunt, Romanis imperauit. 110
Romulus creditur urbis. 198
Rubellius Blandus consularis Lepide assensit in ea sententia, quam dixit de Hatorio Agrippa. 167
Rubellius Blandi sententia in Lepidum. 147
Rubrium equus Ra. accusatori quòd pecuniis violasset nummos Augusti. 58
Rufus Helianus gregarius miles seruati ciuis decus refert. idemque donatus est donis militaribus ab Agrippa & Tiberio. 146
rudimentorum numeribus stupra quæ fecissent. 111
rus ex Romæ quicquam statuendum. 181
falsæ auditionum depellendæ, falsique remouendi argumenta. 159
P. Rutilius à M. Scauro accusatus. 179
P. Rutilium legibus passim eius filii Sueyri adiudicant. 117
P. Rutilius à M. Scauro accusatus. 179

S.

SAbinorum sacra retinuit T. Tatius. 45
Sabina nobilitas. 198
Sabinus, dum exercitus in unum conderet, missa responsa dat Thracibus. 229
quæ ratione Sabinus Thracum, qui monimento
Sabinus auditorii cum exercitu Scauorum apud Latienum. 243
Tetius Sabinus exulat ex exercitu ob amicitiam Germanici. 242
Tullus Sabinus auunculus Germanici, suagre, & liberorum eius. 242
Sabinus Thracas mentatus ac proditor. 229.
Sabinus ultro quæ rerat Latienum. 243
Sabinus trucidatur damnatus. 244
Sabinus exercitum equo lacer offendit. 230
dissoluta sacra sacerdotio cum iura. 178
Sacerdotium sodalium Augustalium quidis institutum. 45
Sacerdotes Augustales. 125
Salius Sacrani rebellandi extimulat apud Ridum. 160
Sacrum castella capiat pugnam pro Romanis erat. 161
Sacrum instatur suos exules aduersus Romanos. 164
à Sacrum proponit Galli ad arma concitati. 160
Sacrum occupat Augustodunum. 162
Sacrum sua rursus iubit. 164
Sapiter Salaminus. 177
Sarpedon interficiendi. Pythonis Agrippæ æmulus. 253
Sallustius Maximus æmulatur. 253
Sallustius Crispus pertinax fautorum Tiberii, & Liuiæ, à matre Liuiam ne attrahat, uitiat. 9
C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus auctor. 253
C. Sallustius Crispus uertit. 253
Sallustij Crispi opera Clemens in urbem trahitur. 95
Salmacissus in exilium mittitur. 219
Sacra Samothracum. 206
Samij petunt ut delubra Iouenis sicinctæ vetustate ædificent. 201
Sardiam unius terræ conflatum. 102
Sardiani consanguinei Hetruscorum. 234
Sardiani. 178
quatuor milia libertini generis in Sardiniâ vsque. 117
grauitas cæli in Sardinia. 127
Sardinia unica Vestalis. 203
Sattius uerga Vestalis. 203
Sattius Secundus accusator Cremutij Cordi. 217
Saturnini tribunatus plebis. 111
quæ uaxes strumitur, si iudicium pestiferum in eadem ueste, quo sepulcheris ferumitur 221
Memorius Saturnij Sabinum accusat. 179
Saturnus ex Lepida filiam genuit. 147
Scauro Tiberius implacabiliter iratus. 19
L. Cotta à Scipione Africano accusatus. 179
L. Scipio Asiaticum populit. 177
P. Scipionis & Germanici similitudo. 110
Cornelius Scipio legatus in Africa aduersus Tacfarinatem mittitur. 184
Scribonia Augusti coniux. 81
Scythæ. 114
seditiosorum militum seditiosæ voces. 22
desinere à contactu seditiosorum, & discedere turbidos ab quietis, prosus summe salutaris reprimenda remedium est. 39
remedium comprimendi maxime seditiosi, quæ ratio est. Germanici. 34
seditiosi milites ratione Germanici repressi sunt. 39
Seditionis magni ac implacabilis ratus, sedationis. 11
seditionis prauitate ratio, quas usus est C. Cæsar. 37
alia seditio in Chauris coortatur. 35
seditiosorum militum verba. 30
seditio, vide Pannonicæ.
Segestani. 217
Segestes gentis Germanorum idemets conciliator, cum Romanis. 42
Segestes verba ad Germanicum. 42
Segestes ab Augusto ciuitate donatus. 42
Segestes pudet Romanis. 45
confilium Segestis datum Vare. 46
Segestes cur discors Arminio. 46
Segestes per legatos erat auxilium aduersus non populorum. 47
Segestes Arminio extremis inimicis. 48
Segestem fratri Segestis ab Sertinia uxore Vbiorum partubat. 57
filium Segestem Quintilio Vare cæpæ uillæ fisse diuitior. 57
Segestem fratri Segestis datur uxor, eiusque filia. 57
Segimundus filius Segestis fœderis apud arum Vbiorum idemque profugus ad rebellis periculi tamen mandata patris ad Germanicum à quo benigne excipitur est. 47
Seianus destinatur socer filio Claudij. 133
mira Tiberij indulgentia in Seianum. 192
Seianus prima incunda C. Cæsarem Augusti nepotem sollicitat. 193
Seianus Liuiam adulterio pellexit, eamque ad uxorem sum, consortium regni, & necem mariti impulit. 193
initium & causa turbandæ domus Tiberij penes Ælium Seianum. 191
Seianus Lygdi Spadonis animum stupro uexit. 198
Seianus occiso, Tiberius sex annos secreto uixit. 135
Seianus non ita Drusum fouebat, ut non eum quoque fœminæ fatum excitij meditaretur. 239
Seianus accendit offensiones Tiberij in Agrippinam adio in longum iacens. 56
Seianus ferox scelerum uolutat secum quonam modo labores Germanici peruerteret. 200
Seianus Tiberium ad uitæm procul Romæ amœni lacis degendam impellit. 226
Seiani non occulta aduersum Agrippinam & Neronem insidiæ. 242
congressus Seiani per ambitum, & facietatem conciliorum parabatur. 248
Ælium Seianum celebribus prætorijs præfecit. 191
Seianus auunculus Blesi. 124
formæ eadem illorum Seiani ad Tiberiū. 122
Seianus Drusum Neronis fratrem in suas partes traxit. 238
Seianus eludit Pisonem, ne profitat libellū quo continebantur secreta mandata Tiberij in Germanicum. 141
quibus artibus Seianus impulerit Augustā ad uitæm procul Roma degendam. 226
Seianus uarijs artibus adeò Tiberium demouit, ut obscurum aduersum alios sibi uni incautum intellexisque redderet. 191
Ælij Seiani origo, mores, & quo fastigio ad dominationem conscendit. 191
Seianus arcum turbat suspicionesque in Neronem, & crudeli temperatores. 242
Tiberius cum Blesa tribunatus insignia triumphi dare ad sollicit honori Seiani. 184
ad consolationem mœroris per Seianum adiit. 242
Seianus parat uiuentium quo diuisum nocet. 197
Seianus genus, cultusque & manibus supra Cæsarem suspensus reperitur est à militibus in magno motu, & periculo. 137
Seiani corpus laborum tolerans, animus audaxiæ quæ descripsit. 192
Seianus, ut cœperat adhuc potentia, hinc consilij metuscere uolebat. 196
Seianus uolumtas, nisi scelere quærebatur. 242
tussellus, & nimia spei Seianus. 133
cur Seianus præsentia cohortes dispersas per urbem una in castra coadunauit. 192
Seiani datior exagitatus quam Tiberio ipsi. 148
auxisse patres effigiem Seiani. 184
Seianus factionum ausorum reperitur. 193
Seianus potius magnum Tiberij. 56
Seianus assimulat uelitis partes aduersus Iliricum Germanici. 257
Seianum Tiberius laudibus effert. 183
Seianus compositi ad Cæsarem iudicibus. 211
Seianum nimia fortuna facere. 225
respondet Tiberius Seiano. 225
auxit Seianum adumbrat Agrippinam. 214
Seianus auctus adulatus esse uniuersum ex duas partes. 204
Seius Strabo equus R.m. pater Seiani. 191
Sempronius oratibus ceruicem percussoribus offert. 45
Sempronius Gracchus familia nobili, foleo ingenio, & peccè facundus. 45.
Sempronius Gracchus ob adulterium Iuliæ à Tiberio malè habitus & Cerinnam Asyci mariti in solam amotus. 45
Sentius obsidet Caleudorim. 123
Sentius contrahit eos ius aduersus Pisonem. 113
Sentius potitur Calenderi castella, in quo erat Piso, rui nihil, quàm nauci, & tutum ex urbem iter concedit. 124
Sentius monet Pisonem ne castra corruptoribus, ne pronuncium bella tentet. 113
Gn. Sentius legatus, ex tacito Germanico, Suriæ præfectus. 120
Septimus Centurio militibus ad exitium dedit or. 31
Ne hostis quidem sepulturam inuident. 21
Sequani pauci turmis profligati. 164
Sequani finium Galliarum extremi, & Ardui contermini. 163
Galli Asiaij sententia in Serenum. 122
In Q. Vibium Serenum ex seruis quæsitum. 211
Serenus ad Tiberium literas mittit. 211
Serenus Amurgum repertatur. 213
Vibij Sereni confilia crimina in Fonteium Capitonem. 219
Q. Vibius Serenus accusatur maiestatis à filio. 211
Saxum Scriphium. 207
Scriphus insula. 127
Q. Seruæus Cæpio reus proponitur. 102
Sertorij, ac Mithridatis ingentibus bellis labebat Resp. 184
M. Seruilius consularis illustris à Tiberio ad dicendum in Scauorum aduersus Lepidum. 147
Seruius Malgiocensis flamen Dialis ut Assium forte habebat. 111
Seruius Tullius sanctor legum, quis etiam regno ubi emperauerat. 150
Seruilis belli femina. 210
Questor de seruo in caput domini uetere Senatusconsulto prohibebatur. 86
Cassius Severus exsul Cretam amouet 107
Sexagenis dies in quibus reus in aliquem actus, ex delicto ad consolandum dabatur. 126
Asiaticus Gallus consul ut quia Tiberij plana urbis stagnauerat Sibyllinis libri adscriptor. 92
Signum præturæ edentibus defuncto Augusto dedit Tiberius, ut cœperat. 10
M. Silanus consul ut publicus, prouinciique munificentia, ad memoriam temperatus non consulum nomina præscribebantur, sed eorum qui tribunitiam potestatem gerebat. 274
D. Silanus imperitante Tiberio, Senatum, & principem deprecatus ausus est. 148
C. Silanus proconsul Asiæ repetundarum postulatus. 179
D. Silanus in nepti Augusti adulter amicitia Cæsari prohibitus. 148
D. Silanus Iunia familia exhibitus. 148
Silanus defensionem sui deserit & ad Tiberium mittit codicillos. 130
M. Silanus potens, & nobilis, & eloquens. 148
M. Silanus Consul. 110
Silius hortatur suos ut pugnam expectent aduersus gallos. 164
Silius medicam predam, & Arpi principis Chattorum coniugem filiamque rapit. 74
Silius ingentis exercitus copiam per Romanos moderator, partis apud Germanicum triumphalibus Sacrouiriam bello uictor. 104
Silius ab Germanico cum aliis præpositus fabricandæ classi. 74
C. Silius abiit legiones Treueris, quæ Arduennam petebant. 161
C. Silius à Germanico mittitur in Chattos cum triginta peditum, tribus equitum millibus. 83
Silius Augustodunum petit. 163
Silius uiginti centebit Varo insalidos fenestra. 161
C. Silius legatus superiorum exercituum dabat, in Germania. 30
Accusatio Silij & uxoris quæstionis maiestatis exercita. 206
Silius legatus iubetur irruptionem facere in Chattos. 74
Silius & uxor haud dubiè reputandarum crimicibus barebant. 206
Bona Silij fisco addicta. 206
Silius immoderatum dominationis uolutatis fines prouertit. 206
Silius uastat Sequanorum pagos. 163
Silius Nerua Consul. 241
Silius & uxor corripiuntur. 103
Sipylum centuriatum una legio manti deposita, alia eum custor. 26
Sisenna Statylius Taurus Consul. 71
Siti fatigantur Thraces. 231
Sisyphi ueteni templum urbis Romæ & ut ad dicendum in Scauorum aduersus Lepidum. 147
Smyrnæi C. Rutilium eunem sibi adhuc. 227
Smyrnæi à Tantalo, sine Thesea, sine una Amazonum condita. 235
Smyrnæi. 235. & 178
Smyrnæorum merita erga populum Rom. 235
Smyrnæi præsentur Sardiani. 235
Smyrna. 235
Solon legislator Athenibus sum. 150
Somniorum interpretes. 85
Sosia uxor Silij in exilium pellitur. 206
Sosia quid Agrippinam ad cultus deliquit, assicta. 232
Sosia Galla uxor Silij, carinatis Agrippinæ causa principi. 213
Spartacus nunquam datum ut pallo in fidem acciperetur. 184
Spartani, leges dedit Lycurgus. 150
Spartana uilla. 217
Spartacus se dicuntur, spreta exobsitate fugitiuæ, adgnita uidentur. 218
Nobil. spectandum. 93
Spartacides à germanico sacratur. 103
spolia Variana clades hostibus cepta. 48
stasius tribunus Curtisium, & cæteros conuertat in urbem trahit. 211
Statilius postulatus est Messalina, quòd statuas suo altius quam Cæsarum, sive erat, & alia in statua, emptatis capite Augusti, effigiem Tiberij indiderat. 60
Stertinius missus Germanici equitum cohortis tramitis per Versurgim flumen. 74
Stertinius ab Germanico præmittitur ad accipiendum in deditionem regimentum fratrem Segestis. 47
L. Stertinius aquilam cum Varo amissam inter Brutteros reperit. 50
L. Stertinius Brutteros sua secutus fundit. 50
Stertinius perfidiam Augrivariorum ultus est. 75
Stertinius accurrens attinet placidum, ne cum fratre Arminio pugnet. 76
Stertinius cum turmis equitum circumgreditur Cheruscos. 80
Vinus strationicidæ. 178
Stratonicensium ciuitas Iouis, & Trinia religionem tuebatur. 177
tutus ab Tiberio in deditionem accepti. 84
suum auxilium uitant aduersus Cheruscos. 100
tuum gentes deficiunt ad Arminium. 100
suilium ab exilio regressum uidit sequens ætas inopinantem. 214
P. Suilius quæstor germanici amatus in insulam. 214
suilius Claudij principe amicitia diu profuit, nunquam bene usus. 214
suilia non longa dominatio. 3
L. Sulla dictator. 111
Sullanus exercitus suus Ateij Capitonis. 185
C. Sulpitius Consul. 168
Sulpitius Quirinius uenitur. 165
Sulpitius Quirinius datus reliet C. Cæsari Armenium obtinenti. 185
Sulpitius Hemonadensium exsilio expugnato insignia triumphi adeptus. 165
Lex sumptuaria. 168
Sunt mobilia ad superstitionum peruersa sedendum in deditionem regimentum fratrem Segestis. 47
L. Stertinius aquilam cum Varo amissam inter Brutteros reperit. 50
L. Stertinius Brutteros sua secutus fundit. 50
Stertinius perfidiam Augrivariorum ultus est. 75
Stertinius accurrens attinet placidum, ne cum fratre Arminio pugnet. 76
Stertinius cum turmis equitum circumgreditur Cheruscos. 80
Vinus strationicidæ. 178
Stratonicensium ciuitas Iouis, & Trinia religionem tuebatur. 177
suum ab Tiberio in deditionem accepti. 84
suum auxilium uitant aduersus Cheruscos. 100
suum gentes deficiunt ad Arminium. 100
suilium ab exilio regressum uidit sequens ætas inopinantem. 214
P. Suilius quæstor germanici amatus in insulam. 214
suilius Claudij principe amicitia diu profuit, nunquam bene usus. 214
suilia non longa dominatio. 3
L. Sulla dictator. 111
Sullanus exercitus suus Ateij Capitonis. 185
C. Sulpitius Consul. 168
Sulpitius Quirinius datus reliet C. Cæsari Armenium obtinenti. 185
Sulpitius Hemonadensium exsilio expugnato insignia triumphi adeptus. 165
Lex sumptuaria. 168
Sunt mobilia ad superstitionum peruersa sedendum
Dum superstitio regat, adiuuandi sunt uictus. 13
supplicationum dies constituti ob uictoriam Liuiæ. 87
suramber ab Tiberio in deditionem accepti. 84
suramber cohors. 230
syene 111
syrtes fossa manibus diminutarum tribus erat. 98

T

Tiberius dat negotium Blesæ ut militem Tacfarinatis ad spem armis sum uenire pauoidi prolicerat, ipsius autem dotis quoquomodo patrocinat. 184
Tacfarinas uenit ut filia & offensis undique Romanis, rumido in uita capiatis tem haud multa mente effugit. 219
Tacfarinas pulsa cohortem Romanam. 141
Tacfarinas audet mittere legatos ad Tiberium, perque ses pueros fidus filij, & reconciliat sua. 184
Tacfarinas Tolumnij filius. 177
Tacfarinas natione Numida turbat Africam. 184
Adhuc regnat Africam Tacfarinas. 208
Copia Tacfarinate fundantur. 146
Tacfarinatis frater capitur. 185
Tacfarinas auget uires, positisque castris Thubustum oppidum circumsidet. 209

Universidad de Deusto
Biblioteca

Taefarinas desertor, & praeda, & latro. 184
Ratio belli gerendi qua utebatur Taefarinas. 146
Quemodo adueršus aetes Taefarinatis se bellicosissimum. 184
Taefarinas bellum in Africa renouat. 145
Taefarinatis copiae fugantur. 209
Qua ratione bellum cum Taefarinate sit confectum. 209
Taefarinas rebortem Romanam circumsidet. 145
Taefarinas pugnat cum Camillo, ab eoque fugatur. 105
Taefarinas spargit bellum. 146
Taefarinas ab Apronio Caesiano pellitur in desertа. 146
Templum Tanfanae in Germania fole aequatur. 44
Tantalus Lane ortus. 135
Tarquinius rex Romanorum pulsus. 130
Tarquinius Priscus rex. 241
Tarfa duae Thracum domitis in pectus ferrum. 231
T. Tatius fodalis Titios instituit. 45
Mons Taunus in Germania. 46
Taurus. 183
Telamon pater Teucri. 177
Temnus. 101
Templum ut in provincia Tarraconensi struatur Augusto petentibus Hispanis permissum. 63
Tepla qua fili principe erigere debet. 221.
Tepora infelia & adulatione feroida. 179
Terebra augent formidinem. 130
Terg. 173
Termestini populi citeriores Hispaniae. 128
Testamentum Augusti per virgines Vestae ad Senatum illatum est. Tiberium & Liuiam heredes habuit. 11
Teutoburgiensis saltus. 50
Thala. 146
Theatrum Marcelli. 172
Thebarum magna vestigia. 111
Themistius quidam Areo iudicio falsi damnatus. 107
Theseus diuinae stirpis. 235
Thracia diuiditur in Rhoemetalcem filium, & liberos Cotyis. 115
Thracum virtus. 232
Thracia Rhoemetalces, & Trebellianū incusat quòd populatum iniurias inultas finerant. 150
Thrace quidam bellum inopinatum, ardua, & metum maximo. 225
Thracia diuisa in Rhoemetalcen & liberos Cotyis. 159
Thracia regnum ab Augusto datum in partes diuiditur. 111
Thracae arma capiunt aduersus Romanos. 160
Thracium imperitante Tyberio vexbat Rhoemetalces, ac liberi Cotyis. 194
Thracia infidelitas Romanorum difcere agit. 160
Thracae aduersantur castra Romana. 230
Thraces aliqui se dicunt Sabina. 231
Thracia fualis. 160
Thraces dicuntur se Italos. 221
Thubusium oppidum in Africa. 209
Thuscus vicus. 241
Tiberius quasi iturus in Germaniam eum non fefellit. 41
Tiberius decretas ob tribuniciam Drusi potestatem sacrificias temperat. 175
Dissimulatio Tiberij cum Libone. 85
Tiberius in loco praeij aduersus Germanos euentosis salutatur Imperator. 81
Responsum Tiberij datum Maroboduo. 101
Tiberius se collegam consulatui Germanici destinat. 97
Tiberius properis matris literis Romā accitur cum moreretur Augustus. 8
Tiberius caulla, etiam fercuta ad gloriam trahebat. 126
Oratio Tiberij ad patres, qua purgat fesie, querum rumore arguebatur in ambitionem flexisse. 210
Tiberius sacras aedes dedicat. 103
Tiberius in funere Germanici publico abstinet. 132
Tiberius cultum, habitumque Germanici leuibus verbis perstringit. 110
Tiberius Germanico proconsulatere imperium petit. 20
Tiberius iurat se patiturum fuisse vitam Libonis quamuis nocenti, nisi voluntariam mortem properauisset. 87
Tiberij fermo & vultus adrogans & obscurus. 31
Tiberius accitos pontifices percontatur, num id precibus Agrippinae, aut minis tribuissent, vt filius Germanicis eisdem Dijs, quibus ipsum commendassent. 204
Tiberius varia crimina fcruit in, quos Augustus imperio dignos iudicauerat, è quibus illi praeter M. Lepidum sunt circumuenti. 18
Tiberium latior quòd Germanicus parem sapientia fortunam erat, quàm si bellum peracies confecisset. 113
Tiberio laeta Germanici mors. 132
Tiberium vexit libertas Pisonis matrevti tuentur. 143
Tiberij verba ad vitam. 148
Tiberij oratio in Senatu de Pisone. 137
Tiberius per inuidiā Seiani in cusatur. 224
Tiberius duodecim villarum nominibus, & moribus infedit. 241
Tiberium Tiberio fuit, continuare imperia, & cur. 64
Tiberius cuncta per consules incipiebat, tāquam vetere Rep. & ambiguus imperandi. 10
Tiberius Pisoni occulta mandata dat adnitsus Germanicum. 92
Miro gaudio Tiberius afficitur ob genitum Neronem à Livia editum. 126
Tiberius dedicat per Campaniam templa. 175.
Tiberius summus pontifex. 175
Tiberius non abstitit falsis quae de morte Germanici nuntiabantur. 115
Tiberius nomine Germanici trecentos plebi fefterios virtim dedit. 97
Tiberius in iudicio Pisonem clausit. 141
Aurea Tiberio verba, & memoria mandanda. 221
Tiberius & Seianus in proximo Campano adsciuntur. 248
Tiberius abstrusos & tristissima quaque maxime scrutatur. 26
Hereditatem nullius adiit Tiberius, nisi cum amicitia meruisset. 102
Tiberius volebat videri vocatus à Rep. 11
Senatus imperia petit à Tiberio vt imperio fuscipiat. 16
Tiberius spernendis rumoribus validus. 136.
Tiberius literas ad exercitus, tanquam adepto principatu mittit. 10
Tiberius ob mortem Pisonis in maestitiam flectit. 142
Non fas Tiberio infringere dicta Augusti. 63
Tiberius vt propriā & fui sanguinis Drusum fouebat. 99
Tiberij ingenium in mandandis rebus fuit. 195
Tiberius fetocissimas gentes perdomuit. 165.
Tiberius aduersus Germanos plura consilio, quàm vi perfecit. 84
Tiberius Rhodi agens. 165
Litterae Tiberii ad Senatum. 169
Tiberius mandabat honores. 195
Tiberius nusquam crudelitatibus abundat, nisi cum in senatu loqueretur. 10
Tiberius in Campaniam concedit. 154
Quae gloria se Tiberius prisci imperatoribus aequaret. 118
Tiberius cupiens erogande pecuniae per honesta, quam virtutem diu retinuit. 61
Tiberius laudat Drusum pro rostris. 200
Iustima causa cur Tiberius Rhodum abscederet. 45
Tiberius grauiter indoluit contumelia, quā sibi, populoque Rom. Taefarinas inferebat. 184
Tiberius fauorabili in speciem oratione vim imperij tenuit contra sententiam Galli Asinij. 91
Tiberij modestia, ac temperantia in spernendis nimis honoribus. 127
Tiberius habet in animo abstrahere Germanicum ab facta legionibus. 73
Tiberius metuebat libertatem, & adulationem oderat. 128
Tiberium ad deteriora trahebat. 51
Tiberij animi firmitudo in morbo, & morte Drusi. 197
Tiberius pergit in cubiculum Apronie. 208
Tiberius dissimulat damna accepta in Germania, ne cui bellum permitteret. 147
Tiberius cur ab Augusto successor adsitus 14
Tiberius ne lictorem quidem matri decerni passus est. 10
Tiberii nomen Augusta sua posscripsit. 178
Simul excessisse Augustum & Tiberium rerum potiri fama eadem tulit. 8
Tiberius bellica Germanici gloria angebatur. 44
Tiberius aduersatur precibus M. Hortali. 93
Tiberius lenamentum statuit terreri illato per legem Papiam. 112
Tiberius latitia, cuiāque simul affcitur ob res in Germania ab Germanico gestas. 44
Tiberius magnificum filio credidit accitu Romā Vononem. 71
Quando intuta Tiberii amicitia existimaretur. 97
Tiberius in deteriora mutauit principatum. 193
Principe Tiberio publica negotia, & priuatorum maxima apud patres tractabantur. 195
Tiberius, quò maiores prouinciarum motus ipse mitigaret, tanto impensius in securitatem compositas. 163
Tiberius Iuliam vxorem suam spernit, ita quam imparem. 45
Tiberio cur non ingratum accideret, tollari res orientis. 73
Tiberio non probatur fallum Germanici, quòd primum aspitem extrueret do tumulo Vari, eosque ingeniibus cafis pofuisset. 51
Tiberius ad cuncta & sapius irrisa resultitur. 198
Tiberius libellum Augusti manu perscriptum, quo ea omnia continebātur, ec quibus constabat imperium Ro. in senatu recitatus fuisse. 16
Tiberij vsipiones aduersus Seruium Malagonensem flaminem Dialem. 183
Tiberius acerrime increpat Germanicum quòd Alexandriam introisset. 110
Tiberius quamvis intentus olim publicas ad curas, tanto securatior in locum, & mobilitatis refugiatus. 142
Tiberij litera ad senatum, quibus decretam filij, Drusillae sententia, quatinam praenobat. 165
Tiberius Rhesaporim Thracae regem ad Augustum gradatur. 115
Tiberius Drusum, & suum Illyrici mania in senatu laudat. 44
Tiberius per literas obliquè callidat patres quòd inuicta tutamen ad principem reuerterent. 118
Tiberius per literas petit ab senatu tribunitiam potestatem Drusi. 173
Tiberius consulatus saepe recusans Gallica expectatus est indicium, atque dubitatione bellum. 161
Tiberius, incolumi Germanico, integrum inter ipsum & Drusum cubicum vitauit. 174
cur Tiberius abstinuerit spectaculo ludorū, ubi spectabantur gladiatores. 82
Tiberius indicijs adsidebat in comun tribunali. 61
Tiberius interdum simulacrum libertatis jenatui praebebat. 65
Tiberius duas praetorias cohortes misceat ubicunq; Agrippina Brundisium vsque. 131
Tiberius crebris epistolis Italiae munit Germanicum, redeat ad triumphum decretum. 84
Tiberius dat libens Hortali duces à fosteritia qui sexui virili essent. 93
Tiberius tertium consul. 105
Tiberius defendit Plancinam. 141
oratio Tiberij, quae fenatum consolatur ill propter obitum Drusi. 197
Tiberius Neronem mortuo Augusto, maturius annis spellatus bello. 7
latabatur Tiberius cum inter filios suos, & leges senatui distiparet. 104
Tiberius terrens orga Neronem. 132
Tiberius etiam in his, quae vitio facerent, atrocibus. 61
Tiberius quamvis principatum sibi firmauerat. 176
Tiberius validas sperendis honoribus. 220
Tiberius omnia facta, dictaque Augusti vice legis obseruabat. 210
Tiberius vltionis in Sabinum auidus 124
Tiberij mens haud facile interdum dispici poterat. 146
Tiberius quartum consul, & collega Drusi 114
Tiberius liberalis erga Sardianos, & alios populos maximis damnis ob motus in terra motus affectos. 102
Tiberium anceps cura distrahebat, vinc multum Clementem seruum cruciari, ac tacitam credulitatem tempore ipso vindicare fineret. 95
Tiberium nihil aequè anxium habebat, quā ne compositа turbarentur. 113
Tiberius matris impotentiae extimuit, quam dominationis fociam aspernabatur. 236
Tiberius agit grates patribus, quod Tabonē punissent. 241
Tiberius famam moderationis peperit 173
Tiberius Nero, defuncto Agrippa, assumptus focius tribunitiae potestatis. 173
Tiberius negotia pro solatio accipit. 201
Tiberius festinanter in urbem redit ob aegra eam Augustae valetudinem. 178
Tiberij animum altius pertranit animi magnitudo, & liberalitas Agrippinae. 51
diuersa sententia super absentia Tiberii. 90
propinquum Tiberio fuit, fidera magis reperta prisci verbis obtegere. 105
Tiberius veterem à Lepida petitur. 148
Tiberij verba Graeca. 179
Tiberio etiam sens habitus corporis erat pudori. 138
fole affingit Tiberij, cuncta certiora fugientibus, quae lata manifit. 240
Tiberius auctor edili Sempronij Gracchi. 45
Tiberius cum Agrippina & matre diu stabili poma laudans manu sua manu tradidit: quae illa intacta ore ferens transmisit. 234
Statura & forma Tiberij. 238
Tiberius Germanici liberis patribus commendat. 197. & seq.
Tiberius Rhodi fuerens vitabat coetus, & voluptates verecundabat. 216
Tiberius Agrippinam relinquit fuis vitijs. 233
Tiberius exceptum peculium, in quo vinimum esse distabatur, reddit Drusi. 199
Tiberius suum quod Rhodi egerit. 7
mira ars Tiberij in ijs quae pertinent ad remota. 84
nomen patris patriae Tiberius repudiauit: neque ea alia sua iactari permisit. 17
prima Tiberii erga pecuniam alienam diligentia. 106
Tiberius satis firmus aduersus pecuniam. 144
Tiberij liberalitas in exteros Tentas Agrippae ab re posthabitam. 137
in verba Tiberii Caesarii Ser. Pompeius, & Ser. Apolphus Caii, primi iuuenes, nunc eminis & magistratus & populus. 9
Tiberius fidelium ministros vt perueni ab alijs nolebat, ita plerumque fallatur, & oblatis in eandem operam excentibus, vetores, & praecauum assiuit. 241
Tiberius dat operam vt primat vulgi sermones aduersus fi, idq; artes, quibus non fatis honorum Germanico in funere tributa esse. 134
Tiberium afperarunt carmina inscripta ac clamores vulgata in senatum fi, publicumque cius. 58
Tiberius quoties filium mittebat, fubtilis propositique loquebatur 114
Tiberius quartum matri indulsit. 89
principe Tiberio fua consultibus, fua praetoribus, potes, minoresque magistratus sub quoque exercebant potestatem legi quae que fi maiestatis quaestio eximatur, bona in vsu. 195
Tiberius spernit diuina, humanaque obseruans. 62
Tiberius aduersus seruitis cuitatis, aqua insalubatur, quod non ad compescendos exercitum motus propensiorem, sitiens fuit non omittere caput rerum. 42
Tiberius interpretatur Pisonis iurisdictionem fenatum remittit. 117
provulgum Tiberii. 237
Tiberius M. Piso in crimine reuulsis bella parat. 142
Tiberius ob eminentes virtutes fili, datur, & vsurpata vitia edebat. 14
Tiberius facerdia minimi parabat. 215
Tiberius agit grates Varum Agrippa, & Domitio Pollioni. 117
Tiberius interpretatur, quid ea verba verum sibi, semper, in Dijs futura Gallorum, hostis acris, fuspecta a primordio operum. 163
quando Tiberius citius, patriamque habitum apud Gallos fenatus prifcos. 164
Tiberius parentis patriae vocabulum recusat. 117
Tiberius in adulationem Lepidi inhibet. 195
Tiberius nuntiis ad Augustae in Germaniam mittit. 84
principe Tiberio immixta, aui modicis laetifera pax, magis vtilis rei & principi pro ferendi imperij insuperata. 215
Tiberius humaniter excepit Pisonem filiū. 135
Tiberius haud vnquam domui Germanici nitit. 103
Tiberius refert ad senatum de honoribus Germanici. 44
Tiberius Neronem principem Augusti, filium, collegam imperii, consulem Tribunitia potestate ab Augusto iunctum, omnisque per exercitus oftentatum. 3
Tiberius intercellu temporis ne militia abiuc. 168
Tiberius monet Germanicum vt relinquat maiorem Drusi fratris gloriae. 84
Tiberius mira arte vafer, animos senatorū varie differendo de magnitudine imperii & fua modestia. 15
Propertius Celeri praefecto Tiberius domus fuisse cum dicit. 61
Tiberius fedare clamores cupiens, et fallationem singulorum fi, fit publicum, non vt faterentur, fuspecta a primordio, fed vt negarent, & negare discerent. 29
Tiberii adeum aduersus eundem Sermones. 212
Tiberius Germanico alienum esse consolatum. 84
Tiberius Capreas se in insulam abdidit. 141
Tiberius Romae ab trepida ciuitate incusatur, quòd non ipse esset ad reprimendos fe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur. 40
Tiberium senſum quotundam Senatorum iuuit. 52
Aſiæ vrbes templum Tiberio, matriſque eius, ab Senatu ſue decreuerunt. 202
Tiberius lentus in meditanda, vbi prorumpebat, treſibus dilis atrocia facta contegebat. 245
Tiberio ſuſpenſa ſemper & obſcura verba. 15
Vigilantia Tiberij. 196
Tiberij mens patientia. 240
Tiberius proficiſcitur in Campaniam. 235
Tiberius callidus & noui iuris reperior. 28
Tiridates. 134
Tigranes non diuturnum imperium fuit. 72
Tigranes ab Auguſto Armeniæ rex datus, deductiſque in regnum à Tiberio Neronc. 72
Titidius Labeo Veſtilie maritus quòd in vxore delicti manifeſti ſocietatem legi ſuiſſet, accuſatur. 126
Titulus ſuperbus adpoſitus congeriei armorum. 82
Tmolus. 102
Torquatus ſæuer Silani. 182
Trallium. 234
Trebellienus Ruſus datus tutor liberis Cæſaris. 119
Trebellienus Ruſus, filius Cetyis nouatus adulio datur qui regnum tractaret. 111
Treueros tumultus ſitus. 162
Treueri rebellionem cœptant. 160
Tribunis reddita licentia quoque velint populum agitandi. 111
Tribunorum militum conſulare ius non diu valuit. 3
Tributa & cenſuariorum lacta ſæpiùs, quàm tempora mutantur. 77
Tributitia poteſtas ſummi faſtigij vocabulum ab Auguſto repertum. 173
Regna tributa Cappadocibus dominata. 108
Trinacrii inſula haud procul Apulis interibat. 145
Trium virum Piſonem apud conſules poſtulat. 136
Tres priorem vitam Piſonis accuſat. 136
Trio accuſator inſignia cerripit Liberum rerum. 86
Trinia. 177
Triumphalia inſignia decreta A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Germanis geſtas. 57
Auguſtus potuit Triumuiri nomen. 5
Trita parcus verbi Rome. 134
Tubantes Germani. 44
Sexus Tubero nominatur à filio Q. Vibij rerum tanquam eodem principio, & rerum nomine cognitarij. 115
Tubero defeſſo corpore. 115
Sexus Tubero legatus Germanici. 81
Tullus rex Romanorum. 150
Turreſis duæ Thraciæ. 131
Turnus ch Audecanis primo rebellionem cœpauit aduerſus Romanos. 161
Tuta & preſentia præſtant vetcribus, & pernicioſa. 4
Rondorum reuerendo Tiberio quibus mandatum. 62
Tiberij planus vehis flagrat. 62
Tyrrhenus Atys rege genitus nouas condidit ſedes. 234
Turnus oppreſſit ab Acilio Aviola. 161

V

VAhalet, i. Rhenus. 74
Valerius Naſo Smyrnam mittitur ad dedicandum templum 235
M. Valerius Conſul. 132
Valerij Meſſalini ſententia. 144
P. Vellæus præfectus exercitui, qui proximus Thraciæ erat. 160
Vanilocutia C. Luterij. 166
Vana à ſceleſtis differunt. 166
Vannius rex. 113
Varro Conſul paternas inimicitias obtendens diem dixit ſibi. 207
Varro inualidus ſenecta. 162
Varus Quinctilius corripitur à Domitio Afro. 241
Reliquiæ Vari, legionúmque inſepulta dicebantur hauſi procul Teutoburgienſi ſaltu. 50
Quinctilius Varus ſecundum quietem viſus Cæcinæ. 53
Varus vulneratus infelici dextra, & ſiniſtra mortem inuenit. 51
Vari caſtra lata ambita. 51
Varus fato, & vi Arminij cecidit. 46
Vbiorum ciuitas in Germania. 57
Vberum oppidum ab ſolitoſſis legionibus excidio deſtinatum. 34
Vdinus lacus in Narem effunditur. 64
Vennones in Pyrrhum regem ab Romanis mittuntur & prodituntur. 118
Venenum Druſo datum per Lygdum ſpadonem. 197
Veneficum nulla criminum Martina occultatum. 135
Papbia Venus. 177
Venus Stratonicides. 178
Venus Amathuſia. 177
Q. Veranius legatus Cappadocibus præfectus. 108
Veranius amicus Germanici. 136
Veritas viſa & vera, falſa feſtinatione, & incerta valeſcunt. 93
Veſpaſianum Aſtrichi mora auctor antiquas culus reſtituit. 173
Veluſtiſſimi mortalium ſuæ pœna aut exercitationibus agebant. 149
Virginum Veſtalium in foro, & iudicio, quotiès teſtimonium dicerent, audiebantur. 90
Decretum vt quoties Auguſta theatrum intreiſſet, vt fides inter Veſtalium conſideret. 203
Veſonius mons ardeſcens. 141
Dum vetera extollimus, recentium ſummi incurioſi. 118
Veterum inſtituta erant, vt magna poſt prælia largitione, & cœna feſtis celebrarent. 140
Apud lacum Vetera duæ legiones primæ ſeditionem cœptant in Germania. 40
Veteres crebro ſunt ſecretis priuatim ſermonibus. 95
Veteres milites ſeditioſe flagitant. 35
Vibidius Varro prodigus, ſique motus Senatu. 103
Vibulenus dux Hermundurum cœnus. 113
Vibius vrontu præfectus equitum. 116
Vibius Serenus procunſul ulterioris Hiſpaniæ de vi publica damnatus. 201
Vibius Marſus Legatus Germanici in Suria. 122
Filius Q. Vibij Serenj cum queſtio maieſtatis, quam aduerſus patrem intenderat, ſibi aduerſa euenuſſet, ceſſit orbe. 212
Vibius Marſus. 235
Vibulenus gregarius miles ſeditionem augebat, dum monitur fratrem ſuum à Bleſo eſſe interfectum. 25
Magna victoria Romanorum aduerſus Germanos auſpiciis Tiberij, ductu Germanici. 82
Magna victoria Germanici aduerſus Germanos. 80
Legiones quanquam plus valuerunt eadem eiborum egeſtas fatigaret, cum, ſanitatem, copias, conſilia in victoria habuere. 15
Quemadmodum temporum vices, ita morum vertuntur. 173
Virginitiratus. 152
Vindelici in caſtris Romanis pugnantes. 80
Vipſania mater Druſi excidit. 145
Vipſanius Gallus prætor mortuus. 104
Vitis Dea. 144
Vis eſt contraria obſequio & diſciplinæ 23
Vitellius Varro infamiæ Germanicæ legatus mittit Acilio Aviolæ legionariam militem ad opprimendam rebellionem ortam in Gallia. 161
Vitellius obiicit legiones Treueris quas Ardennam petebant. 161
Vitellius Varro conſul. 203
Veſtilia licentiam ſtupri apud Acdiles vulgat. 126
Veſtilia in inſulam Seraphiam abdita eſt. 127
Viſurgis amnis Germaniæ. 56
Riuus Viſurgis medius inter Romanos, & Cheruſcos. 75
Vitellia ſecretus Petronij. 166
Vitellia nihil ſe audiuiſſe adſeuerauit eius carminis, quod C. Luterius compoſuerat. 166
Q. Vitellius prodigus ſique motus Senatu. 103
P. Vitellius duas legiones ſibi ab Germanico commiſſas ſtinere terreſtri itinere docuit, vt proximi Oceani conſpectatur. 56
Vitellius eloquens. 239
Vitellius amicus Germanici 136
P. Vitellius mittitur ab Germanico ad cenſus Gallorum. 74
Ad vnum omnia deferri non debent in ciuitate multis illuſtribus viris ſubnixa. 15
Vnum reip. corpus vnius animo regendum. 17
Volcatius Moſchus exſul in inſulis Veſtilie ſuſcepit bona ſua reip. cerram reliquit. 227
L. Volluſius moritur. 113
Vonones Pompeiopolim amittit. 110
Vonones fugit. 116
profugus Vonones ab Artaxata in regnum accipitur. 73
Vonones diuerſos à maiorum inſtitutis. 72
Vonones à Vibio Frontone vincitur. 116
Vonones gente Arſacidarum obſes Auguſto datus à Phraate. 71
Vonones à Parthis per legatos accitus. 72
Vonones ob ſuas vocatur municipium Cæſarum. 72
Vonones cuſtodia circumdatur. 73
Victo Vononi ab Artabano perfugium Armenia fuit. 72
Vonones interficitur. 116
Vota pro reditu Tiberij, ſupplicationeſque & alia decora ab Senatu decernuntur. 165
Votiuum maieſtatis pœnis affectus. 126
Vrgulania ad tribunal prætoris teſtimonij dicendi gratia venire detrectatur. 90
Vrgulania Siluani auia pugionem nepoti mittit. 208
Vrgulaniam in ius vocat L. Piſo. 89
Vrgulania à Piſone in ius tracta. 207
Vrgulanie potentia ciuitati nimia. 90
Vrgulania in ius vocata non obtemperauit. 89
Amicitia Auguſta cum Vrgulania. 208
Vſipetes Germani. 44
Veriſſima vtenſilium annulo clauſa. 72
Mos vulgo eſt, fortuita ad culpam trahere. 240
Nihil in vulgo modicum, nam terret ni paueat. 29
Vulgi ſermones de morte Germanici. 124
Vulgo mos eſt quàuis falſis rerum ſubdere. 35
Impiis poſteritas honeſta vulnera accepiſſent. 4
Reuerentibus maritis poſt laborem, quod honeſtius, quàm vxorium lenamentum? 136

Z

Zeno accepto regni Armeniorū inſigni in vrbe Artaxata, conſalutatur Artaxias. 108
Zeno Polemonis regis Pontici filius, Armeniis datus. 108

FINIS.

Errata ſic corrige.

PAg. prima in margine quorundam exemplarium lege, A. V. C. D CCLXVII.
Eadem pag. linea 7. pro dimittere lege dignitate.
Pag. 10. obſeruat. e. aut Regem pop. Romani præſcripſit, ſed tantùm Tribunum plebis, qua appellatione Repone, aut Regem pop. Romani, ſed tantùm Tribunitiam ius præſcripſit: qua præſcriptione, &c.
Pag. 11. obſeruat. e. non melius dici, lege, diſci.
Pag. 12. obſeruat b. cùm Tribunus plebis eſſet repone, cùm Tribunitia poteſtate fungeretur.
Pag. 20. lin. 14. poſt inirarentur, pro 2. repone, 3.
Pag. 59. obſeruat. n. parefecerunt. lege, parefecerunt.
Pag. 71. in quibuſdam exemplaribus, obſeruat. a, pro iis, lege, is.
Pag. 83. lin. 22. In quibus exemplaribus legitur, redemere, repone, reddidere.
Pag. 113 in 3. Annotat. pro 1. repone 3.
Pag. 131. lin. 13. pro ſucceſſit, lege ſucceſſit.
Pag. 140. obſeruat. b. pro ſici, lege filij.
Pag. 158. lin. 13. & ſeq. pro, niſi iuſtas preces ſupplicum, repone, niſi iuſtas ſupplicum preces.
Pag. 161. obſeruat. e. pro tendem, lege tandem.
Pag. 168. in obſeruat. 1. poſt, Sary. ſcribe numerum 9.
Pag. 191. in obſeruat. b. pro naturam, lege natura.

LVTETIÆ PARISIORVM,
EXCVDEBAT PETRVS CHEVILOTIVS.
ANNO M. D. LXXXI.
PRID. CAL. IVNII.

Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca